BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ALESSANDRINA ROMA
Q
d
41

R.d.41

TRACTATVS
DE CAVSIS EX QVIBVS EMPHYTEVTA IVRE SVO PRIVATVR.

AVCTORE D. AVRELIO CORBVLO VRBINATE. I. V. D. ET ABBATE S. GAVDENTII ARIMINENSIS DIOECESIS.

VRBINI. MDLXXXVI.

Cum Priuilegio Summi Pontificis

FRANCISCO MARIAE
FELTRIO DE RV.VERE II·
SERENISSIMO VRBINI DVCI VI.
ET C.

AVRELIVS CORBVLVS S.P.D.

ET ſi in ore hominum eſt, nihil eſſe dictum, quod non fuerit millies dictum: nihilominus ſemper laude dignos exiſtimaui eos, qui in aliqua ſcientia verſati, libros texere, eosq; proferre in medium ad communem vtilitatem multorum non dubitarunt. Vt enim omittam quid aſſequãtur, dum ocium malorum omnium originem fugiunt, dum ea, quæ ſunt varijs diſperſa locis, diuerſis ab auctoribus conſcripta, in vnum quaſi locum redigunt; certe ſibi proſunt, & nituntur etiam aliis prodeſſe quamplurimum. Ego igitur emphyteuſis contractus apud homines frequentiſſimos eſſe comperiens, deq; illis nullum extare tractatum, quod ſciam, decreui de ipſo iure emphyteutico, deq; cauſis, quibus emphyteuta iure ſuo priuatur, nonnulla conſcribere: cumq; eam partem, quę cauſas continet, ex quibus emphyteuta iure ſuo priuatur, perfecerim; hãc in lucem emitto, & tibi, SERENISSIME PRINCEPS, nuncupo: id autem vt facerem, non ſolum voluntas me impulit mea, ſed multę etiam cauſæ: nam ſi tua inſpicio merita, tu de me optime meritus es: ſi magnitudinem perpendo meritorum, tu beneficia erga me, domumq; meam ampliſſima contuliſti: ſi defenſorem, & patronum quæro, cuius auctoritate liber iſte tueatur; pauciſſimos toto orbe terrarum tibi amplitudine, ac dignitate comparandos agnoſco: ſi iudex, aut arbiter operi, vel commendando, vel emendando adhibendus eſt, tu in omni ſciẽtiarum genere pręſtantiſſimus optime præſtare id potes. Tandem, ſi cui fidem, & obſequium debeo, ſi quem amo, obſeruo, & colo, ei liber iſte dedicandus eſt, profecto non alterius, quàm tui nominis auctoritate nixus debet prodire in lucem: tibi vni inſcriptus, & nũcupatus, neq; vero ea res me deterruit ab incepto, quod coruus coram cygno canat, & veſpertilio coram ſole compareat: nam humanitas, & beneuolentia tua erga me, & vniuerſos tibi ſubditos ſingularis facit, ne quid tale ſuſpicer, aut pertimeſcam. Tu igitur, SERENISSIME DVX, accipias libenter non tám munuſculum hoc meum, quàm voluntatem in te meam, & obſeruantia, & fide plenam, in eaq; non quòd amplitudini tuæ conueniat, ſed quid præſtari a me poſſit ponderabis.

HERCVLES BRANCVTVS MONTEFLORENSIS artium, & medicinæ doctor ad lectorem.

CARMINE qui poſſet volucres numerare volantes,
Qui pelagi fluctus, qui denique ſidera cæli,
Poſſet & is noſtri ſacros ornare labores
Præſulis, æterna ingenij monumenta beati.
En opus egregium, quod nec Iouis ira, nec æuum
Auferet, aut tenebris merſum, incultumq; videbit
Vlla dies: donec præbebit lumina Titan,
Docti fama viri ſplendeſcet: iure tenebit
Inter Doctores ſubſellia prima togatos
CORBVLVS: edocuit qui, qua ratione benigni
Immemor officij, Domini conceſſa relinquat
Munera, & antiquo cadat, vt de iure, ſuperbus.
At vos, qui nitidi colitis læta arua Metauri;
Obſeruate virum iuuenes, obſeruet & omnis
Auſonia, aßurgatq; Solon, priſcuſq; Lycurgus
Ipſe etiam cedat: primus qui legibus Vrbem
Fundauit. Vos hunc Vates celebrate: ad Olympum
Tollite Pierides GAVDENTI numine plenum.

HORATII VICOMERCATI SENTINATIS Tetraſtichon ad lectorem.

ANNEXI te cura boni ſi forte fatigat,
Remq; cupis totam certa ratione tenere,
Perlege, & attente, quæ pagina docta miniſtrat.
Hic diſces, quæ non dum alij docuere libelli.

CAMILLI ANTENTII CÆSENNATIS DISTICHON AD LECTOREM.

AVREA, *quæ* AVRELII *enucleant monumenta legendo,*
Serua: ſeruabis ius, mihi crede, tuum.

SIXTVS · PP · V ·

AD FVTVRAM REI MEMORIAM. Cũ ſicut accepim⁹, dilect⁹ filius Aurelius Corbalus cleric⁹ vrbinateñ tractatũ De cauſis, ex quib⁹ Emphyteuta iure ſuo priuatur, elucubrauerit, illũq; ad publicã, & communẽ omniũ ſtudioſorũ vtilitatẽ imprimere, ſeu imprimi facere intẽdat, dubitetq; ne eiuſmodi tractat⁹ poſtmodũ ab aliis ſine eius licentia imprimatur, q̃ in maximũ ſuũ tenderet præiuditiũ. Quare pro eiuſdẽ Aurelii parte nobis fuit humiliter ſupplicatum, quaten⁹ eius indemninati conſulere de benignitate Apl̃ica dignaremur. Nos eidẽ Aurelio, qui, vt aſſerit, ab ordinario Vrbini, vbi dictũ opus imprimitur, licentiã dicti operis imprimendi obtinuit, ſpecialẽ gratiã facere volentes, & a quibuſuis excõmunicationis, ſuſpẽſionis; & interdicti, aliiſq; eccleſiaſticis ſẽtentiis, cenſuris, & pœnis a iure, vł ab homine quauis occaſione, vł cã latis, ſi quib⁹ quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectũ p̃ſentium duntaxàt conſequendũ, harũ ſerie abſoluentes, & abſolutũ fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationib⁹ inclinati, eidem Aurelio, ne dict⁹ tractat⁹ ꝑ ipſũ, ſeu de eius ordine imprimend⁹ ꝑ decẽ annos poſt eiuſdẽ operis impreſſionẽ a quocũq; , vł quibuſcunq; ſine ipſius Aurelii licentia imprimi, aut ab ipſis, vł ab aliis vẽdi, ſeu in eorũ apothecis, vł aliàs venalis, p̃terq̃ a dicto Aurelio, vł de eius ordine impreſſus, aut imprimẽdus teneri poſſit, Apoſtolica auctoritate tenore p̃ſentiũ cõcedimus, & indulgemus: Inhibentes omnib⁹ Chriſtifidelib⁹ tàm in Italia, quàm extra eã exiſtẽtibus, p̃ſertim bibliopolis, & librorũ impreſſorib. ſub pœna excõmunicationis latæ ſententiæ; in terris vero ſãctę Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiectis ẽt quingentorũ ducatorũ auri Camerę Apoſtolicę applicãdorũ, & inſuper amiſſionis librorũ toties ipſo facto, & abſq; alia declaratione incurrendis, quoties cõtrauentum fuerit, ne intra decẽ annos p̃dictos ab impreſſione dicti tractatus cõputãdos dictũ tractatũ ſine eiuſdẽ Aurelii expreſſa licẽtia dictis decẽ annis durantibus, imprimere, ſeu ab ipſis, vel aliis, p̃terq̃ a dicto Aurelio impreſſũ, & imprimẽdũ, vẽdere, ſeu venalẽ habere, vel ꝓponere, vł illũ, vt ſ̃ habere audeant. Mãdãtes vniuerſis venerabilibus fratrib⁹ Epiſcopis, Archiepiſcopis, eorũq; Vicariis in ſpiritualibus Generalib⁹, & in ſtatu tẽporali Sãctę Romanę Eccleſię, & Legatis, ac Vicelegatis Sedis Apoſtolicę, aut ipſius ſtatus Gubernatorib⁹, vt quoties ꝓ ipſius Aurelii parte fuerint requiſiti, vel eorũ aliquis fuerit requiſitus, eidẽ Aurelio efficacis defenſionis p̃ſidio aſſiſtentes p̃miſſa, ad omnẽ dicti Aurelii requiſitionẽ cõtra inobedientes, & rebelles ꝑ cẽſuras eccleſiaſticas, ẽt ſæpius aggrauãdo, & ꝑ alia iuris remedia, auctoritate Apoſtolica p̃dicta exequãtur, inuocato ẽt ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis: & inſuper quia difficile admodũ eſſet p̃ſentes ad quodlibet forũ deferri, volumus, & auctoritate p̃dicta decernimus, ipſarũ trãſumptis, vł exẽplis in ipſis operibus impreſſis plenã, & eandem prorſus fidẽ, tàm in iudicio, quàm extra haberi, quæ pręſenti originali haberetur. Dat. Romæ apud ſanctum Marcum ſub anulo Piſcatoris. Die XXXI. Iulii. M.D.LXXXVI. Pont. noſtri anno ſecundo.

Tho. Thom. Gualterut.

ELENCHVS CADVCITATVM.

1 DE cauſa priuationis ob mendacium. fol. 1.
2 DE cauſa priuationis ob inobſeruantiam pactorum. 9.
3 DE cauſa priuationis ex eo, quòd emphyteuta non oſtendit domino inſtrumentum inueſtituræ. 10.
4 DE cauſa priuationis ex eo, q emphyteuta rem incultam reliquit. 11
5 DE cauſa priuationis ob non petitam inueſtituram intra legitimum tempus. 13.
6 DE cauſa priuationis ex eo, quòd emphyteuta poſſeſſorē propria auctoritate expellit. 30.
7 DE cauſa priuationis ob mortem ciuilem. 32.
8 DE cauſa priuationis ob renunciationem. 63.
9 DE cauſa priuationis ex eo, quòd emphyteuta patitur, alium de emphyteuſi inueſtiri. 81
10 DE cauſa priuationis ob mutatam rei formam. 87.
11 DE cauſa priuationis ob tempus finitum. 90.
12 DE cauſa priuationis ob lineam finitam. 95.
13 DE cauſa priuationis ob rei deteriorationem. 149.
14 DE cauſa priuationis ob alienationem irrequiſito domino factam. pag. 159.
15 DE cauſa priuationis ob non ſolutionem canonis. 327.
16 DE cauſa priuationis ex eo, quòd quis virtute facultatum apoſtolicarum in filios illegitimos, proprios, vel extraneos, vel cognatos eorum diſpoſuit. 539

ELENCHVS QVÆSTIONVM POST LIMITATIONES, ad cauſam priuationis ob alienationem irrequiſito domino factam.

1 Emphyteuta ſi alienat de licentia domini emphyteuſim, quæ non erat duratura, niſi in vita ipſius alienantis, cum ipſe eſſet vltimus in linea, an dominus teneatur emptorem vſq; in tertiam generationem iuxta conſuetudinem eccleſiæ, ſeu domini directi inueſtire; an vero non poſſit cogi ad inueſtiendum, niſi pro tempore, quo erat emphyteuſis apud alienantem duratura. 310.
2 Emphyteuta an teneatur minuere de pretio, quod ab alio reperitur, ſi ipſe dominus velit præferri, & emere pro iuſto communi pretio, pag. 317.
3 Emphyteuta poſt venditionem celebratam pro tanto pretio an poſſit ante traditionem illud minuere, vel augere ad præiudicium domini. pag. 318.

4 Em-

4 Emphyteuta ſi affirmat ſe alienaſſe de licentia domini, & dominus, hoc neget, cui incumbat onus probandi, & quomodo hoc probetur, & an ex dicto domini ad præiuditium tertii licētia alienandi probetur & an ex dicto prælati, qui ſolus non habet adminiſtrationem probetur ad præiuditium eccleſiæ. 315
5 Verba aſſertiua domini aſſerentis, emphyteuſim ad eum eſſe deuolutam propter alienationem ipſo irrequiſito factam, & inueſtiētis alterum ex dicta cauſa, an probent deuolutionem ex dicta cauſa. pag. 317.
6 Emphyteuta, cui in inſtrumento inueſtituræ conceſſum eſt, vt poſſit alienare in præiuditium alterius comprehenſi, an poſſit hypothecare emphyteuſim ad præiuditium dicti comprehenſi. 319.
7 Licentia ſimpliciter in inueſtitura cōceſſa, vt emphyteuta poſſit in quencunq; voluerit alienare, an ſicut operatur, vt emphyteuta poſſit irrequiſito domino emphyteuſim alienare, operetur etiam, vt vnus ex comprehenſis poſſit irreuocabiliter alienare ad præiuditium alterius comprehenſi. 322.

ELENCHVS QVÆSTIONVM POST LIMITATIONES ad cauſam priuationis ob non ſolutum canonem.

1 BIENNIVM, ſiue triennium, in quo emphyteuta debet canonem ſoluere, an incipiat a die contractus, vel a die deſtinatæ ſolutionis. pag. 521.
2 Ceſſatio in ſolutione canonis an requiratur per triennium, vel ſufficiat per biennium, quando eccleſia ſucceſſit in iure priuati, & in emphyteuſi, quæ fuit Titio a priuato domino conceſſa. 522.
3 Biennium, vel triennium, in quo emphyteuta ceſſat in ſolutione, an debeat eſſe continuum. 523.
4 Emphyteuta ſi dicit ſolutum fuiſſe canonem, & dominus id neget, cui incumbat onus probandi, & quomodo probetur. 523.
5 An dominus poſt emphyteuſim conceſſam poſſit canonem augere. pag. 526.
6 An primus, vel ſecundus poſſeſſor teneatur canonem ſoluere, ſi ceſſatum fuit in ſolutione canonis, & dominus ad canonem agat. 527.
7 Emphyteuta an poſſit canonem ſoluere pro parte inuito domino. pag. 528
8 Canon quo tempore ſolui debeat. 529.
9 Canon qua actione petatur. 529.
10 Canon, ſi fuit conſtitutus in vna moneta, quæ poſtea eſt aucta, quomodo ſolui debeat. 530.

11 Biennium,vel triennium an requiratur, vt emphyteuta cadat a iure ſuo ob non ſolutum canonem, quando emphyteuſis fuit conceſſa cum pacto,vt quolibet menſe fiat ſolutio,vel ſufficiat, vt ceſſatum fuerit p tres menſes. 530.

12 An Dominus poſt incurſam, & declaratam caducitatem poſſit poſſeſſionem rei emphyteuticæ apprehēdere, & emphyteutam expellere. pag. 531.

13 Dominus an poſſit propria auctoritate emphyteutam factis reſiſtentem expellere,quando fuit pactum in inueſtitura,quòd,ſi emphyteuta ceſſauerit ſoluere canonem, tunc liceat domino bona ingredi propria auctoritate, & poſſeſſionem corporalem apprehendere. 536.

14 Dominus,cui de iure non licebat ingredi poſſeſſionem propria auctoritate,& emphyteutam expellere,ſi de facto eum expulit,an poſſit petere illius confirmationem, allegando, bona ad ipſum eſſe deuoluta ob non ſolotum canonem, an vero emphyteuta ſit ante omnia tanquam ſpoliatus reſtituendus. 539.

TRACTATVS DE CAVSIS EX QVIBVS EMPHYTEVTA IVRE ſVO PRIVATVR,

Auctore D. Aurelio Corbulo Vrbinate I.V.D. & Abbate Eccleſię Diui GAVDENTII Ariminenſis Diœceſis.

DE CAVSA PRIVATIONIS OB MENDACIVM.

1. *MENDACIVM fugiendum eſt.*
2 *Emphyteuta requiſitus a domino, vt canonē ſoluat, ſi negat ſe emphyteutam, vel rem eſſe emphyteuticam, & poſtea conuincatur de mendacio; emphyteuſim perdit, ſi id ſcienter fecit, & a dño id poſtuletur.*
3 *Emphyteuta conuētus a domino rei vendicatione, ſi negat rem eſſe eccleſiæ, ſeu dñi; emphyteuſim amittit, ſi de mendacio conuincatur.*
4 *Vaſallus, negans feudum, vel partem feudi, illud, vel eius partem amittit.*
5 *Hæres conuentus a legatario, negans rem eſſe hęreditariam, amittit beneficium legis falcidię in illo legato.*
6 *Fideiuſſor, negans ſe fideiuſſorem, amittit beneficium epiſtolæ D. Adriani, & beneficium auth. præſente C. de fideiuſſ.*
7 *Emphyteuta ſecundum Bald. & nonnullos alios ob negationem perdit ſolum poſſeſſionem rei emphiteuticæ, non autem punitur in proprietate.*
8 *Pœna iuris priuationis alicuius non trahitur ad caſus non expreſſos, & an id ſit verum num. 9. & 10.*
10 *Filius poteſt exhæredari ex alijs cauſis ſimilibus, quæ non ſunt expreſſæ in §. cauſas in auth. vt cum de appellat. cognoſcitur.*
11 *Diſpoſitio, quæ priuat vxorem dote propter adulterium, extenditur ad viduam, vt ipſa priuetur dote propter ſtuprum.*
12 *Emphyteuta, quando abſq; dolo, & lata culpa negauit, propter negationem*

ius ſuum non perdit.

13 *Emphyteuta ante litem conteſtatam eius negationem reuocans, pœnam mendacij euitat.*

14 *Emphyteuta propter eius negationem ſuper inepto libello factam, pœnam priuationis ob mendacium non incurrit.*

15 *Emphyteuta negãs generaliter narrata, prout narrantur in libello, in pœnam priuationis non incidit.*

16 *Emphyteuta, qui negauit, ſi de mendacio conuincatur, nõ per teſtes, aut inſtrumentum, ſed per iuramentum domini, iure ſuo non priuatur.*

17 *Emphiteuta ob mendacium, non ipſo iure, ſed per iudicis ſententiam, iure ſuo priuatur.*

18 *Minor quatuordecim annis, & infans, ob mendacium iure ſuo non priuatur.*

19 *Minor 25. annis, licet incidat in priuationem ob mendacium, reſtituitur tamen in integrum, vt damnum euitet.*

20 *Emphitèuta requirens dominum, ut emat, aut conſentiat alienationi, ſi maius pretium indicat, & de pretio mentitur, ab emphiteuſi cadit.*

21 *Emphyteuta, qui dixit pro minori pretio emiſſe emphyteuſim, vt minus laudemium ſoluat pro obtinenda inueſtitura, ius ſuum amittit.*

RERVM

EMPHYTEVTICARVM rerum vſus, quẽ
admodum tàm frequens, & quotidianus eſt,
vt ſuper huiuſmodi cõtractib. ſæpe lites oriã-
tur, ita nemo de huiuſmodi rerum materia ex
doctoribus, quos ego viderim hactenus tra-
ctatum edidit, qui tractatus ius dicentibus, &
legentibus, nec non aduocatis, & aliis in fo-
ro verſantibus plurimum proficere ſolent, &
maximos labores auferre, cũ ea, quæ ſparſim,
& variis in locis a doctoribus tradũt, in tractatu ex profeſſo de aliqua re
facile, & minori ſtudio inueniantur. hac igitur de cauſa ad communem
huius legalis ſciẽtiæ profeſſorum vtilitatem, multis ab hinc annis tracta
tum de iure emphyteutico conficere decreui, quem iam in lucem edi-
diſſem, niſi variis impedimentis id, quod mihi propoſueram, longius,
quam putaram, dilatum eſſet. Verum, cum inter cætera in multis ciuita
tibus nihil aliud ſonent ius dicentium palatia, quàm emphyteuticorum
canonũ nõ ſolutiones, & alienationes ſine licẽtia domini factas, & pro-
teſtatas ſuperinde caducitates, eam partem, quæ cauſas, ex quibus em-
phyteuta iure ſuo priuatur, continet (quæ eſt liber ſextus ex decem toti*
tractatus) diutius diferre nolui, accedẽtibus præſertim precibus, & horta
1 tionibus multorum amicorum, quibus nihil honeſtum negare libet: &
quoniam ſemper mandacium odio habui, cum cautum ſit in c. omne.
22. quæſt. 2. omne genus mendacii ſumopere fugiendum eſſe, ita, vt nec
ſi quis ad te confugiat, qui de mendacio tuo poſſit a morte liberari, lici-
tum ſit mentiri. c. ſi quis, quæſt. eadem, nec quiſpiam etiam debeat vti ali
quo genere mendacii ex octo generibus, quæ enumerãtur in. c. primum
eſt. d. 22. cauſ. quæſt. 2. & hoc etiam in pueris delictum ſit, c. 1. vbi doct.
extr. de delictis puerorum. & ſcriptum ſit in pſalmo. 5. perdes omnes, q
loquuntur mendacium; placuit primo loco ponere cauſam priuationis,
quæ ex mendacio oritur.
2 PRIMA igitur cauſa, ob quam emphyteuta ius ſuum amittit, eſt
mendaciun: nam requiſitus a domino, vt canonẽ ſoluat, ſi negat, ſe eſ-
ſe emphyteutam, & rem eſſe emphyteuticam, & poſtea conuincatur de
mendacio, ius ſuum amittit, & propter eius negationem emphyteuſim
perdit, ſi tamen id ſcienter, & non ignoranter fecit, & à domino id po-
ſtuletur, vt tenet Specul. in. §. nunc aliqua, quæſt. 65. num. 82. tit. de loca
to. arg. auth. item poſſeſſor, C. qui potior. in pig. habeantur. & in l. in rem
3 §. fin. ff. de rei vẽdicat. & c. illud. extra de exceſſ. prælat. vti etiam priuatur,
ſi conuenitur ab eccleſia, ſeu à domino rei vendic. & neget, rem eſſe ec-

cleſiæ qa pari mõ.& hoc caſu, ſi poſtea cõuincał de mẽdacio, ẽphyteuſim
pdit: nã denegãdo rẽ eſſe eccleſiaſticã, denegauit p cõſequẽs, ſe ius ab ec
cleſia recepiſſe: ideo nũc dicẽdo, ab eccleſia ſe illud recepiſſe i ẽphyteuſim,
tãq̃ ſibi cõtrarius ẽ repellẽd9, arg. l. Titiæ ſi nupſerit. ff. de cõdit. & demõſt.
l. 1. C. de furtis, &c ſer. corrup. & l. 2. §. ſed ſi alius. ff. quando appell. ſit. c.
ſolicitudinem in fine. de appell. deliquit. n. volendo priuare eccleſiam
dominio: vnde merito priuandus eſt iure ſuo, vt loco ſup. citato tradit
Specul. nã, cũ in re ipſa negãdo deliq̃rit, iuſtum eſt, vt in eadem re punia
tur, alleg. l. conſenſu. §. hoc niſi. C. de repud. l. ex facto. §. iul. ff. de vul. &
pup. & l. quicunq. C. de Epiſcopis & Cler. c. fin. de immunit. eccleſ. Item
qa male verſatus eſt in re, negando ipsã eſſe emphyteuticã, ũde ob hoc
ſolum poteſt expelli. arg. l. æde. C. locati, &c. propter. tit. eod. vt cen-
ſuit Mart. de Fano a Speculat. citatus, & eos ſequuntur Ang. in l. fin. nu.
3. ff. de rei vend. Alb. in l. 2. col. 10. C. de iure emphyteut. dum ſe remittit
ad not. per Spec. in loco ſup. citato, Marſ. in rep. rub. de fideiuſ. n. 384. Iaſ.
in. §. õiũ. n. 87. inſt. de act. Rip. in l. priuilegia. n. 25. ff. de priuil. cred. Grat.
in conſ. 93. nu. 30. & in conſ. 115. nu. 30. vol. 1. Roland. conſ. 88. nu. 4. vol.
4. pro qua opinione videtur tex. in c. 1. §. vaſallus. ſi de feud. fuerit cõtr.
inter dom. & agn. vbi expſſe cauetur, quòd ſi vaſallus negat feudũ vel par
tem feudi illud, vel eius partem amittit, ſi poſtea de mendacio cõuinca
tur, & ibi tradit gl. Laud. Iac. Belu. Iſer. & ſequuntur cõiter doct. vt eo lo-
4 ci teſtatur Aluar. nu. 3. & per eũdem tex. idem trad. Hoſt. nu. 1. Abb. n. 21.
Feli. poſt Inn. n. 18. in c. cæterum. de iud. Curt. Iun. in tract. de feud. in 4.
parte nu. 41. & tñ eſt ſecundũ Iſer. in d. §. vaſal. quòd non punitur in ſo-
la trãslatione poſſeſſionis, vt in l. fin. de rei ven. qa dominus habet ciui-
lem poſſeſſionẽ, & parũ perderet feudatari9, vł qa in d. l. fin. qs negat ſe
poſſidere, iõ in poſſeſſione punił, & in d. §. vaſal. punitur negãs in pro-
prietate, quia negat feudũ quæ ratio ad vnguem militat in emphyteuta,
qui negat rẽ eſſe emphyteuticam: ideo debet iſto caſu de feud. ad em-
phyteuſim valere argumentum, cũ de iure cõmuni non reperiatur de-
5 ciſũ contrariũ, vt poſt Speculat. in tit. de feud. §. quoniam verſ. 40. ex cõi
doct. ſentẽtia tradit Soc. in cõſ. 167. nu. 24. vol. 2. & pro hac opinione
facit, quòd hęres, qui negat rẽ legatã eſſe hæreditariam amittit beneficiũ
l. facid. in illo legato, vt ẽ tex. in l. hęreditatũ. §. ſi qs ex hęredib. & ibi not.
6 Bar. Caſt. Alex. & alii. ff. ad l. falc. Marſ. in rub. ff. de fid. nu. 381. Iaſ. in l. q te
nu. 30. ff. ſi cer. pet. & rurſus in l. 1. nu. 11. C. de trãſ. & fideiuſſor negans ſe
fideiuſſorem amittit beneficium epiſt. D. Adr. & beneficium auth. pſen-
te. C. de fid. vt loco ſup. citato tradit idem Marſ. nu. 380. Iaſ. in d. l. q te n.
30. ff. ſi cert. pet. & rurſus in d. l. 1. nu. 11. C. de tranſ. & faciunt alia multa,
7 quæ congerit Iaſ. in d. l. q te. nu. 30 Marſ. ſup d. rub. de fid. nu. 380. vſq; ad
nu. 394. Ant. Gab. lib. 5. concl. 5. de acq. vel amit. poſſeſ. nu. 2. vſq. ad 16.
8 Bald. tamen in d. §. ſi vaſallus nu. 5. & ibi Affl. nu. 24. tenuerunt contra-
rium

tium, quòd pœna illius tex. in emphyteuta locum non habeat: quia pœnæ non trahuntur ad caſus non expreſſos in quibus reperitur reg. communis diſponens. §. item mixta. inſtit. de act. quem Bald. in vtroque caſu ſequitur Iaſ. in l. ſecunda, numero 86. quæſtione 32. & ſeq. C. de iure emphyteutico. ſentiens quòd emphyteuta ob negationem perdat ſolum poſſeſſionem, vt voluerunt etiam Rip. in l. qui cum ſe. numero quinto, ff. de re iud. Hip. ſing. 462. Fan. de inuentario. part. 6. numero 130. poſt Dec. in conſilio 28. col. pen. Purp. in l. prima, col. nona. C. de Tranſ. Iac. de S. Geor. in ſua inueſt. feudali in verb. dictiq; vaſalli promiſerunt. numero decimo ſexto verſ. aduerte tamen. & eſt de mente Ioann. Andr. in addit. ad ſpeculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua, verſ. 65. vt eos refert Ant. Gab. de acquir. vel. amit. poſſeſſ. concluſ. quinta, numero tertio, licet ipſe eo loci videatur ſequi contrariã partẽ, ex quo vltimo loco refert opinionem quòd emphyteuta ob mendacium cadat a iure ſuo, vt etiam videtur tenuiſſe Guliel. Reodan. in tract. de reb. eccleſ. non alienand. de caduc. ob negat. numero octauo, & ſeq. pag. 526. licet eod. loco numero duodecimo, referat & ipſe Iaſ. in d. l. ſecunda, tenentem, quod emphyteuta negans priuetur tantum poſſeſſione, non autem emphyteuſi: & ad rationem quod pœnæ non trahantur ad caſus non expreſſos, videtur primo poſſe reſponderi, quod ſatis hoc eſt expreſſum, ex quo idem eſt deciſum in feudo, a quo iſto caſu valet arg. ad emphyteuſim, cum non reperiatur a iure communi determinatum contrarium, quòd emphyteuta propter mendacium non priuetur emphyteuſi, vt ſup. eſt dictum. Secundo reſpondetur quòd etiam in pœnalibus vbi agitur de priuatione iuris alicuius ſit extenſio, vt probatur in c. primo, §. porro verſ. ſed quia natura. Quæ fuit prima cauſa beneſ. amit. vbi proprie eſt tex. in materia priuationis feudi, qui dicit expreſſe, quòd debet procedi de ſimilibus ad ſimilia. & Bald. in d. §. porro num. ſeptimo, dicit eſſe tex. meliorem de iure, quod in pœ
9 nalibus procedatur de ſimilibus ad ſimilia Alex. in l. ſi quis id quod, numero decimoſeptimo. ff. de iuriſdic. omnium iud. Ancar. conſilio 94. numero quarto. Iaſ. in conſilio 54. col. prima vol. primo vbi hanc communem dicit, vt eum refert, & ſequitur Ant. Cord. in l. ſi quis a liberis. §. idẽ iudex. n. 51. alios citans, de liber. agnoſc. & tenet etiã Salic. in l. 2. col. decima. C. de noxal. quem refert Iaſ. in d. l. prima, numero decimotertio. C. de tranſ. vbi per prædicta inquit ſe dubitare, an tutor qui negauit ſe eẽ tutorem conuinctus poſtea de mendacio, perdat ob mendacium beneficia
10 competentia tutoribus, licet alias conſuluerit, quòd non: pro qua re facit, quòd filius poteſt exhæredari etiam ex aliis cauſis ſimilibus, quæ non sũt expreſſę in §. cautas, in auth. vt cum de appel. cognoſ. vt ſcriptum reliquit Gul. de Cun. in auth. non licet. C. de lib. præter. communiter receptus, vt eodẽ loco teſtantur Alex. n. 4. Iaſ. n. 6. Curt. iun. ſub nu. 23. verſ. circa iſtud. Gul. Bened. in c. Raynu. in 1. par. in verb. in eod. teſtamento relin-

quẽs.

quēs.il 2.nu.19.de teſt.Ripa in rub.de iudi.num.20.Grat.cōſ.115.num. 19.vol.2.Curt.Iun.in conſ.182.num.10.Fern. Vaſq. de ſucc.pgr.li.2.§. 17.n.101.Menoc. de arb.iud.quæſt.lib.2.cent.3. caſu 267.num.6.& di-
11 ſpoſitio c.plerunque de donat.inter vir.& vxor. & l. conſenſu.C. de repud.quæ priuant vxorem dote propter adulterium,extenditur ad viduā quia; & ipſa propter ſtuprum amittit dotem,vt tradit Caſtr. in l. ſororem num.4.C. de his, quibus,vt indignis. & in conſ.147.reuocatur in dubium vol.2.Felyn.in c.paſtoralis.ſub nu.5. verſ. item adde quòd, de iudic.Iaſ.in l.2.numero 6.ff.ſolut.matr. & ibi.Thom.parpal.num.27.& licet Alex.in d.l.ſororem,contrarium teneat, & alii multi:affirmatiuam tamen opinionem multi plures ſequuntur,vt tradit Gaſp.Cab. in addit. ad conſt.Marc.lib.4.c.69.in verb.ſtupri;vbi multos in vtranq. ſententiā citat,& vide etiam per Oct.vulpell.in conſ.123.cogita.& tenēdo opinionem Specul.& aliorum,qui exiſtimauerunt emphyteutam cadere ob negationem à iure ſuo; in primis aduerte;an negatio ſit facta non ab ipſo emphyteuta ,ſed ab eius procuratore vi generalis mandati.nam hæc
12 non facit emphyteutam incidere in pœnam , vt poſt Pariſ.in conſ.110. num.9. vol.3. Felin.in c.1. vt lit. non conteſt. & Iaſ.& alios in l. ſi procurator.ff.de cond. indebiti, tradit Roncag. in l.3.§. vbi duo. ſub numero 130. verſ.idem in negatione procuratoris.ff. de duob. reis. Et vbi negatio facta eſt ab ipſo emphyteuta, declara primo, illam non habere locum, quando abſque dolo, & lata culpa negauit, vt puta,quia ignorabat:nam tunc ius ſuum per negationem non perdit, Bald.in d.§.Vaſallus num.2. & ibidem Afflict.num.21. Aluarot.in princ. Laudenſ.num, 2.Felin. in c. cęterum num.18. verſ. limita primo. de iudic. gloſſ. in.§. ex maleficiis.verſ.item mixta. inſt.de act.Guliel.Reodan.in d. Tract.de reb. eccleſ. non alienand. de caducitate ob negationem num.9. pag.526.& faciunt tradita per apoſt. ad Bar. in d.l.fin.ff. de rei vend.in verbo transfertur, & per Ant. Gabriel. d.concl.5.de acquir. vel amitt.poſſeſſ.num. 26.verſ.1.limita.& per Ripam in d.l.priuilegia.n.25.verſ.intellige priorem.ff. de priuil.credit. & per eundem. Rip.in l. qui cum ſe.num.2.ff. de re iudic. & tradit Burſ. in conſ.49. num.17. vol.1. licet loquatur in feudo, & quamplures recenſet. & ſupradictam limitationem intellige verā, dummodo emphyteuta non eſſet in ſupina, & craſſa ignorantia, vt eſt ignorare, quod omnes de ciuitate ſciunt,nam hęc, emphyteutam nō excuſaret, cum craſſa ignorantia ſcientiæ æquiparetur. Mart.laud.d.§.vaſallus nu.8.& Aluarot.ſub num.1.

13 SECVNDO declara, niſi emphyteuta ante litem conteſtatam eius negationem reuocauerit, cum hoc modo poſſit pœnam eius negationis euitare, ad not. per Angel. in d.l. fin. num.5.ff. de rei vendicat. per Bal. in d.§. vaſallus. numero 7. & per Felyn.ex communi doct.ſententia

in d.

in d. c.cæterum.num.18.verſic.an autem talis negatio. de iudicijs, & per Ripam in.l. priuilegia num.25.uerſic. item intellige.ff. de priuileg. credit. Ro.in cõſ.59.in ultimo dubio,& in conſ.70 nu.6. Alex.in d.l. hæreditatum.§. fin.ff. ad l.falcid. Gozad.Conſil.66. in fine.Tiraq.de retr. conuent.§.1,gl.5.num.20.& ad not. per alios, quos cumulat Ant.Gabriel.d.concluſ.5.num.27. verſic.2.limita.Aluarot. d.§.vaſallus num.6. & Laudenſ. num. 5. qui inquit,mendacium reuocari poſſe vſq; ad ſententiam.

14 TERTIO, declara, niſi emphyteuta conuentus negaſſet reſpõdendo libello inepto; quia per huiuſmodi negationem ſuper inepto libello factam non incideret in pœnam,ad not.per Felin.in d. c.cæterũ. num.19.verſic.limita quarto,de iudic.ad tradita per Bald.in.l.edita in repet.paduana in pen.col.C.de edendo.& per dictum Bart.in l.non putauit §. non quæuis.ff.de bon.poſſeſ. contra tabul. vt etiam notat A-poſt.ad Bart.in d.l.fin.ff.de rei vẽdicat.in verbo transfertur, & in ſimili tradunt hi,quos citat Ant.Gabriel. d.conclus.5. de acq.vel amitt.poſſeſſ.num.29.uerſ. quarto limita.

15 QVARTO, declara,niſi emphyteuta negaſſet generaliter narrata,prout narrantur,in libello: quoniam ex hac generali negatione emphyteuta pœnã negationis nõ incurreret, ad not. p Caſtr.Imol.& cõiter doct.in l. ſi dubitetur. §. ita demũ.ff. de fideiuſſ. & per Alex. in cõſ. 83.num.5.uol.1.& per Felin. in d.c.cæterum, num. 19. de iudicijs, & per Rcodan.in d. Tract. de reb. eccleſ. non alienandis. de caducitate ob rei negationem. num.3.pag.526.per Ant. Gabriel.d.concluſ.5.nu. 28.uerſ.3.limita. Burſat.in feudo loquẽtem ex cõi Doct.ſentẽtia in cõſil.49.nu.18. & per Iacob. de Sancto Georgio de feud.in uerbo, dictiq; vaſalli promiſerunt non committere felloniam num.35.

16 QVINTO declaratur, niſi emhyteuta,qui negauit, conuinceretur de mendacio non per teſtes,aut inſtrumenta, ſed per iuramentum domini,arg.eorum,quæ in feudo tradit Bald.in d.§.vaſallus.num.6.& ibidem Aluarot.num.7. Afflict.num.39.poſt Iacob. de Beluiſio: quia iuramentum non eſt ordinaria probatio, ſed extraordinaria, & item, quia non perſiſtit in negando, qui ponit ſe in verbo aduerſarij.l. aliam C.de his,quib.vt indignis,item quia iuramentum non eſt proprie ſpecies probationis, ſed magis quædam releuatio ab onere probandi,vt notatur in.c. bonæ memoriæ.extr.de elect. & faciunt tradita per Bart. in d.l.fin.ff.de rei vendicat.num.11.& idem etiam eſſet,ſi dominus conuinceret emphyteutam poſtea,eius cõfeſſione, ad tradita per Ant. Gabriel. d.concluſione.5.num.31.verſic.ſexto limita.poſt Gratum in conſilio.37.col.2.uol.2.

17 SEXTO declaratur, vt per negationem emphyteuta nõ ipſo iure, ſed per iudicis ſentẽtiam iure ſuo priuetur, vt ſentit ſpecul. in d. §. nũc aliqua, quæſt. 65. num. 82. tit. de locato, ibi, ſi hoc poſtuletur, & probatur ex his, quæ in feudo tradunt Andr. de Iſern. & Afflict. num. 5. in d. §. vaſallus, ſi de feud. fuerit contr. inter dom. & agnat. & Bart. & alij in d. l. fin. ff. de rei vendicatione.

SEPTIMO declaratur in infãte, & minore quatuordecim annis: 18 quia hj propter mendacium iure ſuo non priuantur: infans enim, quicquid videt, ignorat. lege prima. C. de falſa moneta, & pupillus etiam dicitur habere ſemiplenum intellectum, vt notat Accurſ. in l. in negotijs. ff. de regulis iuris. & Bald. in c. primo, verſiculo Niſi iuſta cauſa. Quo temp. miles; & delictũ mẽdacij, licet cadat in maiorẽ quatuordecim annis, maiorẽ tamen ſeptennio: in eo tamen mitius punitur, vt eſt tex. & ibi Doct. in c. 1. extra de delictis puerorũ, & quodãmodo mendacium in impubere propter intellectus infirmitatem videtur abſq; dolo, & lata culpa: ideo nõ debet puniri, vt ſupra diximus in prima limitatione num. 5. & videtur de mente gl. in l. ſi ex cauſa. §. nũc videndũ, verſ. nam et ſi, in verbo ei nõ ſubuenietur. ff. de minorib. & cum minor quatuordecim annis, negans feudum illud non amittat, vt poſt Guid. Pap. in deciſ. 454. tradit Burſat. in d. conſ. 49. num. 17. verſ. quinimo, idem dicendum eſt in emphyteuta, cum hæc cauſa inducatur ex diſpoſitione d. §. vaſallus.

OCTAVO, & vltimo limitatur in minore 25. annis, qa, licet is 19 incidat in priuationẽ propter mendaciũ; reſtituitur tamẽ in integrũ, vt pœnam, & damnum euitet. d. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. ff. de minoribus. Ruin. in l. 1. §. nunciatio, num. 211. ff. De no. oper. nunciat. & ibi Crot. num. 85. & Iaſ. num. 11. & alij, & nouiſſime Sfort. Oddus in tract. De reſti. in integrum, quæſt. 83. articulo ſecundo, num. 19. & ſeq.

VERVNTAMEN certũ eſt, emphyteutã iure ſuo priuari, ſi ipſe 20 volẽs vendere rem emphyteuticam, mentitur de pretio, dum requirit dominũ, vt emat, aut cõſentiat, & maius p̃tiũ indicauit, vt tradit Tiraq. De retract. lignag. §. 36. in gl. 2. nu. 2. arg. l. Eum qui §. cum igitur. ff. de in diem adiect. & in l. ſicut §. non videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluitur, vt etiam tenuiſſe dicit auctores, quos citat, & nos dicemus infra de cauſa priuationis ob alienationem irrequiſito domino factam ampliatione 20.

SICVTI etiam certum eſt, a iure ſuo cadere emphyteutã, qui dixit 21 pro minori pretio emiſſe emphyteuſim, vt minus laudemium domino ſolueret in obtinenda inueſtitura. Tiraq. de retract. conſang. §. 4. in gl. 2. num. 2. Gozadin. in conſ. 46. præſertim num. 7.

DE CAVSA PRIVATIONIS OB INOBSERVANTIAM Pactorum.

1 *EMPHYTEVTA, qui promiſit aliquid expendere in re emphyteutica, & non expendit, ab emphyteuſi cadit.*

2 *EMPHYTEVTA, qui promiſit ſe inueſtire poſt diem certum, & aliquid ſoluere, & poſtea pactum non adimpleuit, a iure ſuo cadit.*

1 SECVNDA Cauſa, ex qua emphyteuta iure ſuo priuatur, eſt, ſi non ſeruet pacta: nam ſi promiſit ex parte ſua
aliquid expẽdere in re emphyteutica, & nõ expendit, ab
emphyteuſi cadit; q̃a ſicut ẽphyteuta priuatur iure ſuo,
ſi intra biennium canonem nõ ſoluerit, ſi ſit emphyteuta
eccleſiæ. c. potuit. de locat. & ſi intra triennium, ſi ſit emphyteuta pri
uati. l. 2. C. de iur. emphyt. ita etiam priuatur ſi, non ſeruet alia pacta,
ut tradit Bald. in l. fin. in vltimo notab. in ſecunda lectura. C. de iur. em
phyt. & in l. unica. §. emptor autem. ſub num. 6. uerſ. ſi. n. res incideret
in cõmiſſum. C. com. de legat. Iaſ. in l. 1. in 4. notab. nu. 11. C. eo. tit. de
iur. emphyt. allegans Alberic. in l. 1. §. ait prætor, per illum tex. ff. de
loc. publ. frum. idem notantem; & Bald. in l. vnica. §. 1. in 4. col. C. de
caduc. toll. & in c. querelam ad finem, de iure iur. quẽ etiã citat, & ſe-
quitur Ruin. in cõſ. 110. nu. 1. vol. 1. Affl. deciſ. 95. num. 5. & tradit Io-
ſeph. Lodouicus deciſ. Peruſ. 22. nu. 10. ex ſentẽtia Imo. in cap. ꝓpter
ſterilitatem. col. 20. extr. locat. & ex ſententia aliorum, quos citat nu.
11. & ſeq. Gul. Reodan. in tract. de reb. eccleſ. non alienand. de cadu-
citate ob inobſeruantiam pactorum num. 2. & nu. 14. pag. 530. & rur-
ſus in eod. tract. de ſignificatione verbi Alienatio. verſ. ſimiliter dare
rem in emphyteuſim. num. 19. pag. 25. vbi inquit, quòd ita tenuerunt
dom. de Rota in vna placentina deciſ. Marcelli creſc. in manu ſcriptis
196. & idem voluerunt in alia deciſione, in manuſcriptis coram D.
Blãchetto, in vna Ro. prætenſę deuolutionis tenutæ, ſub die 19. Ianua-
rij. 1582. verſ. non obſtat aliud caput: nam dum, concludunt, rem non
eſſe deuolutam ex cauſa non meliorati prædij infra tempus, quia in-
trat deciſio Caſſad. 2. de locato. & q̃a erant in delicto, cuius actio mor-
te finitur, Ripa in l. 2. num 202. C. de reuocand. donat. præſupponunt,
quòd ſi illa non excuſarẽt, res fuiſſet deuoluta ex dicta cauſa melioral-
2 tionis non factæ intra tempus, ſicut etiam cadit a iure ſuo, quãdo pro-
miſit ſe inueſtire poſt diem certam, & aliquid ſoluere, & poſtea pactũ
non adimpleuit, Ruin. in conſ. 167. num. 18. vol. 1. vbi inquit generale

eſſe, vt emphyteuta ob pacta non ſeruata poſsit expelli, ſicut, ſi pactũ de ſoluendo canonem non obſeruat, d.l.2. C. de iur. emphyt. quia ibi de ſolutione omiſſa dicitur exempli gratia, quod regulam nõ reſtringit. l. damni infecti ſtipulatio. in principio. ff. de dam. infecto. & quòd emphyteuta, qui promiſit domino dare inſtrumentum inueſtituræ ſuis proprijs expenſis intrà tres menſes, & poſtea non dedit, cadat a quocunq; iure ſuo, tradit Paul. de monte picho. in conſ. 79. num. 2. 3. & 5. licet conſ. ſeq. num. 2. & infra contrarium teneat alter, qui in eadem cauſa ſcripſit.

DE CAVSA PRIVATIONIS EX EO, quòd emphyteuta non oſtendit domino inſtr. renouationis.

1 *EMPHYTEVTA Requiſitus a domino, vt oſtendat inſtrumentum ſuę inueſtiture, ſi fatetur ſe emphyteutam, ſed non oſtendit inſtrumentum, & negat, ſe illud habere a domino poteſt incontinenti, expelli, quaſi præſumatur emphyteuſis finita. QVOD tamen non procedit, vbi emphyteuta probaret, ſe*
2 *per annos triginta canonem ſoluiſſe.*

1 TERTIA Ex cauſa priuatur emphyteuta iure ſuo, ſi dominus ei dicat, vt oſtendat inſtrumentum ſuæ inueſtirurę, vt dominus facere poteſt, Specul. in . §. nunc aliqua quæſt. 141. tit. de locato, nam ſi ipſe fatetur, ſe emphyteutã, ſed non oſtendit inſtrumẽtum, & negat ſe illud habere, a domino incontinenti poteſt expelli, quaſi pręſumatur emphyteuſis finita, vt tradit Angel. in l. prętor ait. §. huius edicti. num. 1. ff. de edendo. ex ſententia Bald. ibidem. arg. l. quod ſi ſeruus. C. quod cum eo. ut eum refert ẽt Abbas in conſ. 74. num. 1. vol. 1. quod tamen Angel. in d. l. prætor ait. §. huius edicti. intelligit uerum, niſi emphyteuta probaret, ſe ſoluiſſe canonem per triginta annos: nam tunc præſumeretur emphyteuſis perpetua: de qua re dicit iam ſe uidiſſe arduam quæſtionem, & remittit ſe ad tradita per ipsũ, & per Gul. in l. male agitur. C. de præſcript. 30. annorum, quam angeli declarationem amplectitur etiã Soc. conſ. 50. num. 14. vol. 4. inquiens, quòd quando quis nititur ſolum ex conceſsione emphyteuſis, quam non oſtendit, laborat ſiniſtra ſuſpicio contra emphyteutam, ſecus quando etiam ſe fundat in pręſcriptione, vt tenuit ẽt Ab. in d. cõſ. 74. & Spec. in d. §. nũc. aliqua tit. de loc. quęſt. 142. Ang. in l. q alienа in prin. ff. de acq. her. Bal. in l. 2. in 2. col. verſ. quæro quãdo p præſc. C. de iur. ẽph. & in qbusdã cõſilijs, q idẽ Soc. citat in d. cõſ. 50. nu. 14. vbi ẽt. nu. ſequẽti alio fundamẽto id cõfirmat, vt

eſt

eſt apud ipſum videre, licet Iaſ. in l.ſi legatum.num.10.ff.de edendo. videatur tenere, quòd emphyteuta poſsit expelli, etiam quòd emphyteuta probet, ſe ſoluiſſe canonem per 40.annos.

DE CAVSA PRIVATIONIS EX EO, quòd emphyteuta rem incultam reliquit.

1 *EMPHYTEVSIS Ob rei deteriorationem perditur, ſicut propter non ſolutum canonem.*

2 *EMPHYTEVSIS ſi deſeratur inculta per emphyteutam, & dominus ingreditur illam, & tenet per biennium, emphyteuta non contradicente, emphyteuta amplius illam a domino recuperare non poteſt ſecundum Cepoll. & an id ſit verum.*

3 *DETERIORATIO, quæ non eſt ad perpetuam deteriorationem fundi, ſed ad curam fructuum, priuationem non inducit.*

DAMNVM fructuũ rei emphyteuticæ ad emphyteutã pertinet, ibidẽ.

4 *FVNDVS, qui nunq̃ a domino fuit ad culturam redactus, ſi incultus relinquatur, poteſt a quocũq; extraneo vacans occupari, & ad culturã redigi, & dominus poſt bienniũ, ẽt reficiendo expenſas, illum recuperare nõ valet.*

5 *POENA priuationis non habet locum, niſi quatenus expreſſum eſt.*

6 *EMPHYTEVTA ob vineam, & alias arbores fructiferas incultas relictas, quæ, ſi non inciduntur, aut putantur, deſiccantur; a iure ſuo cadit, & poteſt a domino ſtatim expelli, etiam non expectato biennio.*

7 *VBI fuit pactum in inueſtitura circa modum colendi, ſi emphyteuta poſtea fundum incultum relinquat, poteſt a domino ob pacta non ſeruata expelli.*

1 QVARTA Ex cauſa emphyteuta rem amittit, ſi emphyteuſim incultam relinquit: quia deſerendo illam incultã dicitur eam deteriorare, ob quam deteriorationem res perditur, ſicut ob non ſolutum canonem, auth. qui rem C. de ſacr. eccleſ. ita Barth. Cæpoll. in conſ.25. cauſarum ciuilium.num. 11. verſiculo item ex alio capite, pro qua re dicit eſſe tex.not. in l. qui agros. C. de omni agro deſer. lib. 11. quæ lex inquit, quòd ſi quis agrum tributarium dereliquerit per biennium, & alius occupauerit, talis occupans non poteſt conueniri ex conſtitutione l.fina. C. vnde vi. nec etiam deſerens poteſt recuperare fundum ſuum, vt ibi not. Bar. qui ſingulariter dicit per illam legem, quòd vbicunq; fundus tributarius incultus deſeritur, & ab alio occupatur per biennium, occupans tutus erit, ẽt non allegando, nec probando aliquem titulum, ẽt ſi non fecerit citari illos, quorum intereſt, quòd ẽt multo magis ſecun-
2 dũ Cæpol. videtur dicendum, quando fundus eſt emphyteuticus. & ſic

tributarius domino: quia ſi deſeratur incultus per emphyteutam, ſi dominus ingreditur ipſum, & tenet per biennium, emphyteura nõ cõtradicente, etiam ſi non habet alium titulum, emphyteuta audiri non debet: nam ſi iſtud eſt in extraneo, qui nullum ius habet in re, & occupat fundum tributarium deſertum, & incultum, vt acquirat ius in illo fundo: multo magis idem dicendum eſt in domino, qui habet ius in re, & directum dominium in rebus emphyteuticis, & ſua intereſt, ne inculti deſerantur, auth. multo magis. C. de ſacroſ. eccl. & l. quanto magis. ff. de iure iurando. Cæterum ſupradicta opinio Cępoll. non videtur indiſtincte vera quia nõ probatur ex auth. qui rem C. de ſacr. eccl. quem tex. adducit Cæpoll. pro ſua opinione, cum relinquere agrum incultũ per biennium non faciat rem deteriorem, immo fructuoſiorem: quia terrenum quieſcit, & poſtea ſi colatur, largiorem meſſem reddit, vt docet rerum experientia: ideo cum intermiſsio culturæ non faciat rem
3 deteriorem, nec deterioratio ſit ad perpetuam deteriorationem fundi, ſed ad curam fructuum, quorum damnum pertinet ad emphyteutam, emphyteuta ex hoc non poteſt expelli, vt not. Bald. in d. auth. qui rem ſub num. 2. C. de ſacr. eccleſ. & ibidem Dec. num. 3. & Iaſ. num. 7. licet in contrarium alleget l. ſi merces. §. conductor, in verſ. ne intempeſtiua cultura deteriorem fundum faciat. ff. locat. qui tamen tex. non deſtruit dictum Bald. quia ille tex. loquitur de deterioratione fundi, quo caſu non loquitur Bald. ſed de deterioratione fructuum, qui pertinent ad emphyteutam. Vt conſiderat Dec. loco ſupra citato. Nec etiam videtur probari ex l. qui agros. C. de omni agro deſert. lib. 11. tum quia illud ſpeciale eſt fauore tributorum, vt eodem loco tradit gloſ. & ius commune debet eſſe in contrariũ. l. ius ſingulare. ff. de. ll. tum quia ille tex. videtur loqui in fundis, qui nunquam a domino fuerunt re-
4 dacti ad culturam, qui, ſi inculti relinquantur, poſſunt a quocunq; extraneo vacãtes occupari, & ad culturam redigi, ita, ut dominus, qui illum deſeruit, poſt biennium non poſsit fundum recuperare reficiendo expenſas, & hoc permiſsum eſt, ut agri deſerti ad priuatũ pariter, publicumq. compendium excolantur, ut exprimit ille tex. ideo non debet trahi ad agros iam cultos, & ad emphyteutam, qui fundum, ad culturam iam redactum, incultum reliquit, quia per hoc non videtur amittere dominium vtile, quod habet, cum non ſit hoc in iure
5 expreſſum, & pœna priuationis nõn habeat locũ, niſi quatenus expreſſum ſit, ut poſt. Bald. in auth. ex teſtamento col. pen. C. de coll. tradit Dec. in d. auth. qui rem ſub. num. 3. per tex. in §. cum igitur in auth. de non elig. ſecund. nub. & deterioratio non ſit circa rem, ſed circa fructus, quorum compendium ad ipſum emphyteutam pertinet, ſed põt ſuſtineri opin. Cęp. ubi in fundo ẽphyteutico, q̃ incultus relinqtur

ad

adeſſet etiam vinea, & aliæ arbores fructiferæ, quæ ſi non incidantur, aut putentur, deficcantur: nam, ſi hæ incultæ relinquantur, emphyteuta a iure ſuo cadit: quia in perpetuum deteriorantur, vt inquiunt Bal. Dec. & alij in d. auth. qui rem. Iaſ. in l. 2. ſub num. 98. verſ. ſubdit tamen C. de iur. emphyt. Roland. a valle in conſ. 49. num. 21. in fine vol. 2. Ioſeph Lodouicus deciſ. Perus. 22. num. 20. & 23. Gul. Reod. in Tract. de reb. eccleſ. non alien. de caducitate ob rei deteriorationem num. 9. pag. 506. nam ex eo, quòd deteriorem vineam fecit non cultiuando, & in ea male fuit verſatus, emphyteuta poteſt a toto fundo ẽphyteutico expelli, etiam non expectato biẽnio, vt admonuimus infra de cauſa priuationis ob rei deteriorationem in prima, & quinta ampliatione. Et
7 poſſet etiam opinio Cæpollę procedere, vbi pactum eſſet in inueſtitura circa modum colendi emphyteuſim: nam, ſi emphyteuta poſtea emphyteuſim incultam relinqueret, poſſet ob pacta non ſeruata expelli, vt diximus ſupra de cauſa priuationis ob inobſeruantiam pactorũ nu. 2. & faciunt ad not. per Bero in conſ. 120. nu. 34. & ſeq. vol. 1. & per Alex. in cõ. 129. lib. 2. dũ dicit, quòd ruſticus, qui promiſit laborare arbitrio boni viri, poteſt expelli, ſi non colit, vt iura, & ſtatuta expoſcũt.

DE CAVSA PRIVATIONIS OB NON petitam inueſtituram intra legitimum tempus.

1 *ACQVIRENS emphyteuſim tit. emptionis, vel donationis, vel alio titulo, ſi intra duos menſes a die contractus inueſtituram de emphyteuſi acquiſita a domino non recipiat, iure ſuo priuatur.*

2 *DICTVM Iaſ. in l. 2. num. 23. C. de iur. emphyteutico, & aliorum, qui dixerunt, emphyteutam habere annum, & diem ad petendum inueſtituram, quomodo ſit intelligendum.*

3 *ARGVMENTVM ſumitur de feudo ad deciſionem emphyteuſis, vbi, quod deciſum eſt in feudo, non reperitur de iure cõi deciſũ in emphyteuſi.*

4 *BEROVS in conſ. 128. nu. 10. vol. 2. quo ad vltimum dictũ damnatur.*

5 *PROXIMIOR emphyteutæ, qui erat renouandus de emphyteuſi fini ta ex diſpoſitione l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æſt. ſi intra annum, & diem inueſtituram ſibi fieri non petit, a iure illam obtinendi cadit.*

6 *VBI tamen res penitus extraneo fuerit conceſſa, intra 30. annos ius illam renocandi habet ſecundum communem doct. diſtinctionem, licet hoc ſine difficultate non tranſeat.*

7 *EMPHYTEVTA, qui fuit inueſtitus ad certum tempus cum pacto de nouo ipſum renouando poſt finitum tempus, ſi intra annum, & diem renouationem non petat, a iure illius pacti cadit.*

8 *ANNVS; & dies datus à lege ad petendam inueſtituram non incipit currere, niſi a die ſcientiæ.*

9 *QVALITAS ſcientiæ emphyteutæ, aut proximioris debet allegari, & prebari a domino, & ex quibus ſcientia probetur remiſſiue.num.11.*

10 *Ignorantia craſſa, & ſupina, vt eſt ignorare, quod omnes de ciuitate ſciũt, non excuſat emphyteutã a non petita inueſtitura intra annum, & diem.*

12 *PROXIMIOR, vel emphyteuta, ſi ob aliquod iuſtum impedimentum inueſtituram intra annum, & diem non petijt, excuſatur, & a iure illam petendi non cadit.*

13 *CAPITALES inimicitiæ, propter quas quis non poterat ſecure coram domino directo comparere ad petendam inueſtituram, a non petita inueſtitura intra annum, & diem excuſant.*

14 *SI locus, vbi erat dominus, tutus erat procuratori, licet non eſſet tutus proximiori, aut emphyteutæ, an tunc proximior, vel emphyteuta excuſetur, ſi intra annum, & diem inueſtituram non petijt.*

15 *PROXIMIOR; vel emphyteuta; ſi ſit ita potens, vt poſſit ire ad dominum ſecure ob capitales inimicitias in loco domini, a non petita inueſtitura intra tempus non excuſatur.*

16 *PESTIS, quæ erat in loco, vbi inueſtitura petenda erat, excuſat emphyteutam, vel proximiorem a non petita inueſtitura intra tempus a lege datum.*

17 *BELLVM illatum a Deo, vt eſt peſtis, comparatur bello illato ab hoſtibus.*

18 *EMPHYTEVTA ob peſtem excuſatur a non ſolutione canonis, eſto quòd non fuerit proteſtatus de impedimento, dummodo peſtis non ſit parua, & exigua, & talis; vt non impediat ius reddi; & ſecure habitare, remiſſiue.*

19 *SI eccleſia erat vacans, vel non aderat dominus, a quo intra annum, & diem inueſtitura peti poſſet, proximier, & emphyteuta a non petita inueſtitura intra dictum tempus excuſantur.*

20 *PROXIMIOR, & emphyteuta, an, & quando teneãtur accedere ad dominum abſentem, & extra locũ domicilij degentẽ pr opetenda inueſtitura.*

21 *PROXIMIOR, ſeu emphyteuta abſens cauſa reipublicæ non tenetur mittere procuratorẽ, & excuſatur a nõ petita inueſtit. intra annum, & diem.*

22 *ABSENS ex cauſa voluntaria, licet non excuſetur a non petita inueſtitura intrà legitimum tempus, excuſatur tamen, quando annus, & dies incepit iam ipſo abſente.*

23 *PROXIMIOR; ſeu emphyteuta, qui fuit detentus in carceribus durante anno, & die, intra quem tenebatur inueſtituram petere, a non petita inueſtitura excuſatur; & a iure illam petendi non cadit.*

SI

24 *SI Dominus, a quo inueſtitura peti debebat, per annum, & diem excommunicatus permanſit, vaſallus, qui intra annum, & diem illam non petit, excuſatur ſecundum Afflict. opinionem, & an eius opinio ſit vera.*

25 *VASALLVS excommunicatus intra annum, & diem inueſtituram a domino non petens, cadit a iure ſuo.*

26 *PROXIMIOR, cui ius competebat ad obtinendum inueſtituram. ſi intra annum, & diem decedat, excuſatur, & illud ius ad alium proximiorem deuoluitur, qui & ipſe habet annum, & diem, non conſiderato tempore quod ſupererat defuncto.*

27 *ANNVS, & dies datus proximiori, aut emphyteuta ad petendam inueſtituram non currit infanti, aut pupillo.*

28 *AETAS infantia, quicquid videt, ignorat.*

29 *PVPILLVS dicitur habere ſemiplenum intellectum.*

30 *ANNVS, & dies datus ad petendum inueſtituram currit minori 25. annis: ſed ei competit in integrum reſtitutio aduerſus lapſum temporis.*

31 *RESTITVTIO in integrum contra priuationem ob non petitam inueſtituram, datur etiam ciuitati, & vniuerſitati.*

32 *MAIOR 25. annis, ſi poſſideat rem pro indiuiſo cum minore 25. annis, & ambo non petierunt inueſtituram intra tempus, an maior ſit in integrum reſtituendus propter priuilegium minoris remiſſiue.*

33 *PROXIMIOR ob non petitam inueſtituram intra annum, & diem non cadit a iure ſuo, ſi poſtea illam petat, & dominus eius petitionem admittat, & offerat ſe paratum illam facere: quia hoc modo dicitur caducitatem incurſam remittere, niſi ignoranter id faciat, vel cum proteſtatione, quòd non intendit iure ſuo praeiudicare.*

34 *EMPHYTEVTA, ſiue proximior ob non petitam inueſtituram intra annum, & diem non cadit a iure ſuo, vbi ex forma pacti a domino erat ſuper hoc interpellandus.*

35 *VASALLVS, qui intra annum, & diem datum ad petendum inueſtituram non poſſedit feudum, excuſatur a non petita inueſtitura.*

36 *EMPHYTEVTA, ſiue proximior ob non petitam inueſtituram intra legitimum tempus non cadit a iure obtinendi illam ipſo iure, ſed accedente declaratoria domini, & ipſo volente.*

37 *DECLARATIO Beroi in conſ. 119. num. 10. vol. primo, quòd res cadat in commiſſum ipſo iure abſq; declaratoria domini, & eius voluntate, reprobatur.*

38 *ANNVS, & dies ad petendum inueſtituram ſi fuit ex partium conuentione diminutus, quia fuit cautum in inueſtitura, quòd emphyteuſi finita teneatur proximior, ſiue emphyteuta intra duos menſes inueſtituram petere, non propterea cadit proximior, aut emphyteuta a*

iure obtinendi inueſtituram, niſi anno, & die elapſo, ſi non fuit expreſſum, quòd cadat a iure ſuo, ſi inueſtituram intra duos menſes non petierit.

39 *PROXIMIOR, ſiue emphyteuta, qui non petijt inueſtituram intra legitimum tempus, an poſſit moram purgare remiſſiue.*

DE CAVSA PRIVATIONIS OB NON *petitam inueſtituram intra legitimum tempus.*

1 QVINTA ex cauſa emphyteuta iure ſuo priuatur, ſi intra legitimum tempus a domino inueſtituram non petat: nam, ſi nouus emphyteuta, qui tit. donationis, aut aliò tit. rem acquiſiuit intra duos menſes a die contractus inueſtituram de emphyteuſi acquiſita a domino non recipiat, iure ſuo priuatur, vt probat tex. in l. fin. C. de iur. emphyt. vbi habetur, quòd dominus facta alienatione ab empyhteuta ex licentia ſibi a domino, vel a lege conceſſa, vt eſt, quando denunciauit pretiū, quòd ab alio reperit, & requiſiuit dominum, an uelit ipſe emere, & ipſe intra duos menſes nihil reſpondit, tenetur nouum emphyteutam admittere, & illum in poſſeſsionem inducere, & ſubiungit tex. in verſ. ſi autem, quòd ſi dominus nouum emphyteutam, vel emptorem ſuſcipere minime maluerit, & atteſtatione facta intra duos menſes hoc facere ſuperſederit, licebit emphyteutæ, domino non conſentiente, ipſum acquiſitorem in poſſeſsionem inducere, & quòd, ſi aliter fuerit verſatus, quàm illa conſtitutio diſponat, iure emphyteutico cadet. cum ergo ex d. l. fin. vltra primam denunciationem, quæ fit domino ad effectum, vt ipſe poſsit in emptione præferri, ſi velit, teneatur emphyteuta poſt alienationem celebratam etiam dominum requirere, vt ipſum in emphyteutam recipiat, & in poſſeſsionem inducat, nec poſsit emphyteuta, qui etiam ex licentia domini, aut ex licentia ſibi a lege attribura vendidit, a ſe ipſo in poſſeſsionem rei venditæ emptorem, ſeu acquiſitorem inducere, ſed ſolum poſtquàm requiſiuit dominum, & ipſe intra duos menſes hoc facere ſuperſedit, ſequitur neceſſariò, vt a die contractus nouus acquiſitor teneatur recipere inueſtituram intra duos menſes, & quòd, niſi illam petat, a iure ſuo cadat, vt præſupponunt etiam communiter doct. dum concludunt, emphyteutam poſſe irrequiſito domino donare emphyteuſim, ſed donatarium poſtea cadere a iure ſuo, niſi faciat ſe confirmare, & inueſtituram accipiat,

quam

quam dominus ei denegare non poteſt, licet debeat expectari per
duos menſes iux. tex. d. l. fin. C. de iur. emphyt. vt omnes doct. concor-
dant, vt ait ibidem Iaſ. num. 68. in fine, & nos dicemus infra de cauſa
priuationis ob alienationem irrequiſito domino factam in prima de-
claratione decimætertiæ limitationis, poſt Iul. Clar. in §. emphyteuſis
quæſt. 15. verſ. arbitror lib. 4. ſent. recept. quòd etiam videtur de men
te Imo. in cap. potuit. de locato nu. 64. dum, concludit, emphyteutam,
cui fuit res conceſſa cum pacto, vt poſsit illam alienare. non poſſe in-
ducere emptorem in poſſeſsionem, ſed debere requirrere dominum,
vt illum ponat, & ipſum etiam expectare per duos menſes, iuxt. d. l.
fin. vt ibidem etiam tradit Salic. num. 16. Alex. in conſ. 119. num. 6.
vol. 3. poſt Cyn. Ant. de Butr. D. Card. Florent. & Imol. in locis, quos
citat. Si ergo dominus non habet pluſquàm duos menſes ad approbā-
dum ipſum emphyteutam emptorem, & in poſſeſsionem inducen-
dum, videtur etiam quòd ipſe emphyteuta, qui tenetur ſub pœna cadu
citatis ipſum requirere; ut nō poſsit poſt duos menſes ipſam requiſitio
nem differre: quia tex. in d. l. fin. in uerſ. ſi autem duorum menſium, poſt
factam requiſitionem, an dominus uelit emere, & lapſum duorum men
ſium concedit licentiam emphyteutæ alienandi emphyteuſim ſine alio
conſenſu domini, & imponit poſtea neceſsitatem domino approbandi
ipſum emptorem, nec vult aprobationem faciēdam per dominum poſ-
ſe differri ultra duos menſes, & imponit etiam poſt uenditionem neceſ
ſitatem emphyteutæ ſub pœna priuationis petendi inueſtituram, & lau
demium ſoluēdi. Cum ergo inueſtitura facienda a domino nouo aequi
renti non poſsit differri vltra duos menſes poſt alienationem, & hæc in
ueſtitura debet fieri ad poſtulationem partis; quia poſt licentiam a
lege obtentam debet dominus ab emphytuta requiri, ut emptorem,
ſeu acquirentem in emphyteutam recipiat, & in poſſeſsionem indu-
cat, vt omnes doct. cōcedunt, & cauetur in d. l. fin. ſequitur neceſſariò,
vt emphyteuta ſub pœna caducitatis teneatur intra duos menſes poſt
alienationem factam, & contractum celebratum inueſtituram petere,
vt probatur in fine d. l. iunctis ſuperioribus verſiculis vſq; ad verſicu-
lum, ſi autem duorum menſium, quòd etiam videtur de mente Tir.
in tractatu de retractu lignag. §. vigeſimo ſecundo in gloſ. 2. dum dicit
emptorem emphyteuſis debere intra duos menſes oſtendere domino
inſtrumentum emptionis, & emptorem feudi intra annum, vt de pri-
mo inquit eſſe tex. in d. l. fin. C. de iur. emphyt. & de ſecundo in c. 1. §.
porrò. qualit. olim feud. amit. nec obſt. tex. in c. 1. §. p̄terea il 1. de ꝓhib.
2 feud. alie. per Frid. cum ſimilibus, per quē tex. doct. dicūt, ēphyt. habere
annū, & diem a tēpore ſcientiæ ad perdū. inueſtiturā, & confirmationē,

vt

vt ſcriptum reliquit Iaſ.in l. 2.nu. 23.C. de iur.emphy.Curt.Sen. in cõ
ſil.47.ſuper controuerſia paulo ante nu.11.Roman.conſ.22.num. 6.
& multi alij doct.quos in addit.ad eum citat Mandoſ.in addit. magna
verſ.8.limita.quia illud procedit,quando poſt lineam finitam, & em-
phyteuſim deuolutam,qs tanquàm proximior ſecundũ doctrinam Bar.
& aliorum Doct. in l. 1. §. permittitur. ff. de aq. quotidia. & æſt. pe-
tit a domino de re deuoluta ſibi fieri inueſtituram,uel quando res fuit
conceſſa ad certum tempus cum pacto,vt emphyteuta tempore finito
teneatur ſe de nouo renouare,de qua re nos hac eadem cauſa dicemus,
nam cum d.l.fin.de iur.emphyt.ſuper hoc non diſponat, quia ſolum di
ſponit ſuper cõfirmatione petenda ab emphyteuta, in quem res fuit
3 alienata,& in caſu alienationis ſumitur iſto caſu argumentum de feu-
do,in quo reperitur hoc deciſum, ad ipſam emphyteuſim ſecundum
doctrinam Specul.in. §.quoniam.ver.40.in tit.de feudo & Soc.in con
ſil.167.num.24.lib.2.vbi hanc communem dicit, Iaſ.in l.prima num.
60.C.de iur. emphyt. ſed non poteſt ſumi argumentum de eodem
feudo ad emphyteuſim,vt is,qui titulo donationis, aut permutatio-
nis,aut emptionis,aut alio titulo emphyteuſim acquiſiuit, habeat an-
num ad petendum inueſtituram a domino, cum iure communi ex
l. final.ſit cautum, ut teneatur intra duos menſes poſt alienatio-
nem factam ſub pœna priuationis domino denunciare, ut ipſum
acquirentem,& emptorem in emphyteutam recipiat, & in poſſeſsio-
nem inducat,vt ſupra oſtendimus ex communi doct. ſententia teſta-
4 tur Soc.In d.conſ.167.ideo non recte videtur loquutus Bero. in conſ.
128.nu.10.ver.vel dici poteſt vol.1.dum opinatus eſt,donatariũ habe
re annũ,& diem ad petendũ inueſtituram,vt in ſimili dicitur de vaſal-
lo,ſeu de eo,qui in feudo ſuccedit,vt in c. imperialẽ. §.præterea. il 1.
de prohib.feud. alien. per Friderich. & in c. 1. Quo temp. miles, ſed
recte fuiſſe loquutum eodem conſ.num.10.verſ.tertio,dum dicit,quòd
donatarius ſtatim,& abſq.mora,poſtq̃ donatlo facta fuit,tenetur inue
ſtituram a domino petere,& illi quinquageſimam offerre,& quòd do-
minus infra duos menſes debet illum inueſtire d. l. fin. C. de lur. em-
phyt. & arg. c. 1. in fine. ver. de noua forma fidelitatis,& quòd ſine mo-
ra petere donatarius dicitur,cum petit quàmprimum poteſt, arg. eo-
rum, quæ habentur in l. ſi mora .ff. ſol. matrim. & in l. ſi inſulam. ff.
de verb.obligat. & in l. ratum .vbi eſt tex. ff. de ſolut.

EXTENDITVR, vt non ſolum emphyteuta cadat ab emphy-
teuſi,& iure ſuo ob non petitam inueſtituram intra tempus a lege ſta-
tutum, vt ſupra eſt dictum,ſed etiam, quòd proximior emphyteutæ,
5 in cuius perſona emphyteuſis finitur, & cui competit vis, vt ſibi fiat

reno-

renouatur, iuxta doctr. Bart. & doct. in l. i. ſ. permittitur. ff. de aq. quo-
tid. & ęſtiua, priuetur iſto iure, ſi intra annũ, & diem ſibi inueſtituram
fieri nõ petierit, arg. tex. in d. c. 1. ſ. pręterea il 1. de prohib. feud. alien.
per Friderich. & in c. 1. in princ. Quo temp. miles; & in. c. Titius filios.
ſi de feudo fuer. contr. inter dom. & agnatum. per quæ iura, & ſimilia
ita in terminis noſtris tradũt Iaſ. in l. 2. num. 23. C. de iure emphyteut.
lod. Rom. in l. prætor ait. ſ. fin. num. 15. ff. de no. oper. nunciat. & in ru-
br. de arbitris, poſt. num. 45. verſ. & ſcias. curt. ſen. in con. 47. ſub. num.
10. verſ. & p̃miſſa etiã clare procedant. Góz. in conſ. 39. ſub num. 18.
verſ. item & ſexto. & in conſ. 71. num. 3. Iaſ. in l. petẽs. ſub. num. 10. verſ.
ſecundo nota. C. de pact. Roman. in conſ. 22. num. 6. & ibi Mandoſ. in
apoſtilla magna, ver. octauo limita, idem Roman. in conſ. 70. ſub. num.
3: verſ. tertio iſtam ſententiam, Rip. in l. 1. num. 11. ff. de priuil. credit.
Balb. in Tract. de p̃ſcr. in 4. par. 4. par. principalis. in fine, addit. ad Ab-
bat. in c. bonæ memoriæ. il 2. in verbo reuocationem, in 4 limitatio-
ne. de poſtul. prælat. Ruin. in cõſ. 25. num. 4. & in conſ. 213. num. 9. vol.
1. Bero. in conſ. 116. num. 15. vol. 1. Dec. in conſ. 341. num. 15. Tiraq.
de retract. lignag. ſ. 1. glo. 10. num 4. vbi. alios citat, Ant. Gabriel. in
ſuis cõibus, opinionibus li. 3. de iur. emphyt. cõcluſione prima, nu. 10.
verſ. ſecundo limita, & eſt communis doct. ſententia, vt teſtatur idem
Gabriel. poſt Gozad. in ſupracitatis conſilijs, licet Alex. in l. ſi mihi &
titio, num. 21. ff. de verb. obligat. & Iaſ. in d. l. prætor ait. ſ. fin. num. 15.
ff. de oper. no. nunciat. ſenſerint, quòd vlterius duret, ſecundum quòd
eos refert Mandos. in addit. ad d. conſ. Rom. 22. in octaua limitatione,
6 vbi, concordando opiniones, inquit priorem ſententiam procedere,
vbi emphyteuſis agnato non proximiori conceſſa eſſet; quo caſu agna
tus proximior infra annum, & diem reuocationem petere debet: po-
ſteriorem vero, quando penitus extraneo eſſet facta renouatio ſecun-
dum glo. in c. Titius. ſi de feud. fuerit contr. inter do. & agnat. & Ruin.
in conſ. 25. num. 4. & in conſ. 213. num. 9. vol. 1. quam gl. eſſe commu-
niter approbatam teſtantur Alex. in conſ. 15. viſis narratis, ſub num.
10. vol. 5. Dec in conſ. 328. num. 4. ſoc. iun. in conſ. 76. ad finem vol.
1. Tiraq. de retract. lignag. ſ. 1. gl. 10. nu. 9. allegans multos alios hanc
ſententiam tenentes, quos eſt apud ipſum videre, & eodem modo de-
clarat etiam Bero. in conſ. 106. num. 41. vol. 1. quæ tamen declaratio
non tranſit ſine difficultate: quia, licet agnatus; quando vult reuo-
care ab extraneo, habeat tempus 30. annorum, ſi tamen non petit in-
ueſtituram intra annũ, ex alio excluditur, ſcilicet, quia inueſtituram nõ
petijt, vt declarat Gozad. in d. conſ. 71. num. 3. ex doct. Bald. in d. cap.
Titius, & vt conſiderat etiam Rip. in d. l. 1. num. 11. ff. de priuileg.
cre-

credit: diſpoſitio d. c. Titius, in quo fundata eſt communis ſententia, quòd ius reuocandi competat vſq; ad triginta annos, quando alienatio facta eſt in extraneum, procedit, quando agnatus eſt comprehenſus in inueſtitura: ſed in quæſtione, de qua agimus, agnatus, qui poſt finitam lineam, tanquàm proximior ſe inueſtiri petit, nō eſt cōprehenſus: ſed ſolum præfertur ex quadam æquitate iuris, domino volente alium inueſtire: quæ æquitas ceſſat elapſo anno a die inueſtituræ alteri factæ: nam, ſi mortuo domino, feudatarius, qui fuit contumax in petenda inueſtitura intra annum, cadit a iure ſuo iam quæſito, capitulo primo. Quo tempore miles. pariter agnatus proximior debet amittere ius petendi renouationem: quia reſpectu ipſius agnati, finita inueſtitura, dominus dicitur nouus dominus, & iſte tacens per annum videtur quodammodo conſentire alienationi factæ. c. 1. §. fin. ſi de inueſt. feud. inter domin. & vaſall. lis oriatur, vt loco ſupra citato conſiderat Ripa.

7 EXTENDITVR, vt non ſolum per lapſum vnius anni proximior cadat a iure petendi ſibi renouationem fieri ex diſpoſitione d. §. permittitur, ſed etiam q emphyteuta cadat a iure pacti in inueſtitura appoſiti de renouando ipſum poſt tempus finitum, ad quod emphyteuſis conceſſa fuerat, Gozad. in d. conſ. 71. ſub num. 1. verſ. ſecundo reſpondetur: nam illud pactum de renouando, vt infinitas euitetur, quia poſſet emphyteuta poſt tempus finitum nunquam renouationem petere intelligitur, dummodo infra annum petierit: alioquin eo elapſo dominus eũ amplius renouare nō tenetur, ita Ber. in cō. 119. nu. 5. vol. 1. & in conſ. 116. nu 6. eo. vol. & cũ conuẽtũ ſit de renouãdo, nec dictũ ſit intra q tempus emphyteuta debeat renouationẽ petere, hoc remanet ſub diſpoſitiõe iuris cõis, vt intra ãnũ debeat peti. l. cōmodiſsime ff. de lib. & poſth. l. ſi extraneus. ff. de condit. inſtit. nec videtur poſſe ſuſtineri deciſio Dec. in conſ. 328. quòd emphyteuta, cui erat res conceſſa ad 29. annos cum pacto de illo renouando, ob non petitam inueſtituram intra annum non ceciderit a iure ſuo ex illo fundamento, quod facit num. 4. quòd ius petendi inueſtituram non tollatur anno, ſed ſpatio triginta annorum duret: quia videtur penitus inſulſum, quòd pactum illud debeat intelligi, ut poſſit ſortiri effectum eo tempore, quo de nouo eſſet finita emphyteuſis, & quòd petitio primæ renouationis poſt primũ tẽpus finitum debeat admitti eo tempore, quo ſecunda renouatio ob alios viginti nouem annos finitos peti deberet: ſed quatenus vera ſit opinio Dec. poteſt ſuſtineri ex alijs rationibus per eum in d. conſil. adductis.

8 DECLARATVR primo, vt annus, & dies ad petendum inueſti

turam

turam non incipiat currere niſi a die ſcientiæ,Bald.in l. fin. ad finem
C.ſi pẽdent. appel.mors interuen.Alex.in conſ. 79.circa primum, ſub
num.11.verſ.item dictum tempus.vol.1.& rurſus in conſ.14. num. 5.
vol.2.Iaſ.in d.l. 2.nu.23.C.de iur.emphyt.gl.in c.1.in verbo vltra an-
num, Quo temp.miles inueſt. petere deb. & ibidem Afflict. num.63.
Bald.in conſ.429.quidam miles.vol.1.Cur.iun.in conſ.142.num.13.
ver.nec dicat quiſpiam,& in tract.de feud.in 4.parte principali, vige-
ſimatertia cauſa priuationis,verſ.octauo fallit, Anchar. in conſ. 174.
dominus Lazarius,ante numerũ 4.Alex. in conſ.92. perſpectis, ad fi-
nem.vol.6.Ruin.in conſ.1.num.5.& in conſ.35. ante num. 35. vol. 1.
Marian.ſoc.in cõſ.115.num.15.lib.2.Tiraq.de retract.lignag.§.35.
gl.4.nu.12.vbi citat Iacob.de Beluiſ. in d. c.1.Quo temp.miles. Petr.
Iacob.in tract.ex quibus dominus debet amittere proprietatem.col.
vltima verſ.item tempus.Mart. Laud.Iac.Aluar.in c.1. Quæ ſit prima
cauſa beneficij amitt.Bald. idem Mar. Laud. Card. Alex. in c. vltimo.
de prohib.alienat.per Loth.Iacob.Rayn.in c.1.§.præterea ſi quis.col.
14.in paruis.verſ.quæro a quo tempore. de prohib.feu.alien.per Fri-
derich.Petr.Ferr.in titulo libell. quo agitur ad reuocationẽ feudi, in
verbo, nec ſuperſtitibus, col.10.verſ.hoc autem tempus. Iaſ.in conſ.
7.col.fin.lib. 3.& in conſ.64.col.4.verſ.ſecundo requiritur. eod. lib. 3
& nonnullos alios citat idem tenentes in feudo,& idem eſt in emphy-
teuſi,vt voluerunt in terminis Bero.in conſ.98.nu.22.& in conſ.117.
9 num.4.verſ.quo vero ad articulum vol. 1.& Dec.in conſ. 328. ſub nu.
5.verſ.ſecundo principaliter reſpondetur,qui inquiũt, quòd iſta qua-
10 litas ſcientiæ debet allegari,& probari a domino,vt volunt etiam in
feudo loquentes multi ex ſupra citatis doct.id tamen intelligitur ve-
rũ,dummõ ignorãtia ẽphyteutæ nõ ſit craſſa,& ſupina,cũ nõ ſit licitũ
ignorare,ꝙ oẽs de ciuitate ſciũt.ut inqt gl.in uerb. ultra annũ.in d. c.
1.Quo temp. mil. quã ibid. ſeqtur Affl.nu.96.p l.1.ff. de iur. & fact.
ignor.& l. nec & regula. ff. de calumniat. ubi etiam tradunt doct.

11 EX qbus aũt ꝓbetur ſciẽtia vltra ea,quę tradũt Dec.in cõſ.328.&
Bero.in d.cõſ.117.vol.1.poteris uidere infra de cauſa priuatiõis ob nõ
ſolutũ canonẽ,in 20.limit.verſ.primo probaretur hæredis ſcientia, v-
bi multa cumulaui, ex quibus arguitur ſcientia de emphyteuſi.

12 SECVNDO declaratur,vt ẽphyteuta uel ꝓximior,q debebat de
emphyteuſi inueſtiri,nõ cadat à iure ſuo,ſi aliquo iuſto impedimento
inueſtiturã intra annũ nõ petijt:qa tũc ob iuſtũ impedimentũ excuſa-
ri d3,ut ẽ tex.in c.fi.de ꝓhib.feud.alie.p Loth.p q̃m tex. ita in feud.de
clarat. Cur.iun.in Trac.de feud.in 4.par.prin.23.cã priuat.uer. 2.lim.
Soc.iun. in d. cõſ.115. nu.16.uol.2.Marin.frez. in tract.de ſubfeud.
Baron. lib. ſecundo in tertia auctoritate Baronis, ſub num.7. Andr.
de I-

de Iſer. in d. c. fin. de prohib. feud. alienat. per Loth. not. Bald. in d. c. 1. num. 5. & Afflict. num. 24. Quo temp. miles. per illum tex. ibi, niſi iuſta cauſa interuenerit: omnis .n. excuſatio impedimenti ſua nititur æquitate, vt inquit Iſer. loco ſupra citato per l. 1. in principio, & l. ij. per totam legem. ff. ſi quis caut.

13 EX hoc primo infertur, quòd emphyteuta, vel proximior, qui habebat capitales inimicitias, propter quas nõ poterat ſecure coram domino directo comparere infra annum, & diem ad faciendum illud, ad quod tenebatur; non debet priuari iure, quod ſibi competebat ad renouationem obtinendam, arg. tex. in d. c. 1. Quo temp. miles per quem tex. idem eòdem loco notant in feudo Andr. de Iſer. col. 2. verſ. & intelligendum eſt. & Afflict. num. 40. ſequitur Gozad. in conſ. 71. num. 8. Sylua. in tract. de feudi recognit. quæſt. 42. vbi hoc ampliat etiam procedere in graui inimicitia, licet capitalis minime ſit, & idem dicẽdum eſt, ſi non potuit accedere propter bellum, & inimicitias ſuæ ciuitatis Affl. loco ſupra citato, ad not. per Felyn. in c. ex tranſmiſſa, ſub num. 5. de præſcrip. pro quo faciunt etiam, quæ dicam infra de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem in duodecima limitatione, vbi ex
14 eadem cauſa defenditur emphyteuta, qui canonem non ſoluit, ſi autẽ locus erat tutus procuratori, licet non eſſet tutus proximiori, uel emphyteutæ, an teneatur ꝓcuratorẽ mittere, aliàs nõ excuſetur a nõ petitá inueſtitura intra annum, poteris decidere ex his, que in feudo tradunt Andr. de Iſer. in d. c 1. col. 2. Quo temp. miles, vbi etiam Affl. nu. 52. vſq; ad nu. 58. Laurent. Sil. de feudi recognitione quæſt. 47. & ex his, quæ dicam, in d. duodecima limitatione de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem.

15 QVOD autem dictum eſt, capitales inimicitias excuſare a non petita inueſtitura intra annum, intelligendum eſt, niſi emphyteuta, vel proximior ſit ita potens, vt poſsit ire ad dominum ſecure: quia tunc non excuſaretur, vt tradit Gozad. in d. conſ. 71. num. 8. verſ. item ſi eſſet grauis inimicitia Syluan. de feudi recognit. quæſt. 44. num. 7. & qualis inimicitia capitalis dicatur tradit remiſsiue Sylu. d. tract. de feu. recognit. quæſt. 45. & declarat Affl. in d. c. 1. num. 41. & ſeq. & ibid. Andr. de Iſer. col. 2. concludentes id arbitrio iudicis relinqui, ſicuti etiã relinquitur eius arbitrio, quæ capitalis inimicitia dicatur, quæ teſtem a ferendo teſtimonio repellat, Menoch. de arb. iudic. quæſt. lib. 2. Centu. 2. caſu 110. Veruntamen, ceſſante inimicitia, debet illam petere, & habet annum a die ceſſationis impedimenti, non autem a primo anno finito, vt volunt in feudo Andr. de Iſer. col. 3. Afflict. num. 59. & ſeq. & alij doct. in d. c. 1. Quo temp. mi. de qua re vide etiam Syl. de feud reco.

ſe-

16 SECVNDO deducitur proximiorem, aut emphyteutã nõ priua
ri iure ipſi competente ad obtinendam inueſtituram, ſi illam intra an-
num, & diem non petijt, quia peſtis erat in loco, vbi inueſtitura petẽ-
da erat: nam & peſtis dicitur iuſtum impedimentũ, & iuſtam excuſa-
17 tionis cauſam tribuit; quoniam bellum illatum a Deo, (vt eſt peſtis)
comparatur bello illato ab hoſtibus. Bal. in l. naturaliter col. vlt. ff. de
vſucap. ſicuti ergo durante bello, excuſatur, ſi nõ petijt inueſtituram,
vt ſupra eſt dictũ, ita debet excuſari, durãte peſte, Mar. frez. in d. Trac.
de ſubfeud. Bar. in tertia auct. Baronis, ſub. num. 7. poſt Zabar. in conſ.
18 128. in 2. col. & Signor. in conſ. 132. quos ipſe citat. vti etiam ob pe-
ſtem excuſatur emphyteuta a nõ ſolutione canonis, eſto quòd nõ fue-
rit proteſtatus de impedimento, dummodo peſtis non ſit parua, & exi
gua, & talis, quæ nõ impediat ius reddi in loco, & ſecure habitare, vt
diximus infra de cauſa priuationis ob non ſolutum canonẽ limit. 11.
19 TERTIO elicitur emphyteutam, ſiue proximiorem non cadere
a iure obtinendi inueſtituram, ſi eccleſia erat vacans, vel non aderat
dominus, a quo intra annum, & diem in ueſtitura peti poſſet, vt in feu-
do voluerunt Iacobus. Ardi. in c. 1. in princi. & ibi Alu. col. 3. quæ
fuit prima cauſa benef. amitt. per. l. pecuniæ. §. fin. ff. de vſur. & l. 1. §.
dies. ff. quando apell. ſit dummodo tamen coram teſtibus proteſtetur
per eum non ſtare, vt in l. 2. C. de his, qui per met. Iud. nõ appell. vt eos
refert, & ſequitur Cur. in Tract. de feudo in 4. parte principali, vigeſi-
ma tertia cauſa priuationis. verſ. 4. limita. & tradit Afflict. in d. c. 1. nu.
20 92. Quo temp. miles. licet. Goz. in d. conſ. 71 num. 7. verſ. præterea. vi-
deatur ſentire, quòd non excuſetur non petita inueſtitura propter do
mini abſentiam; quia non reperitur, quòd ille, qui vult petere inueſti-
turam, non teneatur accedere ad dominum etiam extra locum domici-
lij, vbi reperitur, vel ſaltem mittere procuratorem: immo contra-
rium, quòd teneatur, vt dicit eſſe textum in dicto capitulo primo.
Quo temp. miles inueſt. pet. debeat, vbi eſt gl. & notãt omnes doct. &
Cardin. Alex. ſecundum ipſum Gozad. qui inquit idem ſtatuẽdum eſ-
ſe in emphyteuſi, cũ militet eadem ratio, & adducit, quod voluit Al-
uar. in tit. quæ fuit prima cauſa benef. amitt. col. 2. dicens quòd vaſal-
lus tenetur ire ad locũ, in quo ſolitus eſt habitare, & ſi nõ reperiatur,
quia abſens, tenetur accedere ad eum, niſi eſſet nimium in remotis,
quòd iudicis arbitrio relinquitur ſecundum qualitatem temporum,
& perſonarum, vt eodem loco ſcriptum reliquit. Iacobus Ardiz.
quem refert. Curtius in dicta vigeſimatertia cauſa priuationis. de
feudo. verſiculo quarto limita, licet dicat ſe multum dubitare de
præmiſſa concluſione, quòd Dominus ſit in alio foro perquirendus,

eo

eo, quia in contrariũ videtur doctrina Bar. cõmuniter approbata in l. item illa. ff. de conſt. pecunia, vbi inter cętera ſignanter cõcludit, quòd quicquid ſit in alia materia quo ad euitandam moram, nõ debet reus perquirerę actorem in alio foro; ergo idem ſecundum ipſum debet dici in vaſallo. Verum hæc Curtij ratio nõ videtur bona; quia petere debens inueſtituram eſt actor, vt inquit Affli. in d. c. 1. Quo temp. miles ſub num. 52. poſt Andr. de Iſer.

21 QVARTO deducitur proximiorem, ſiue emphyteutam excuſari à non petita inueſtitura intra annum propter iuſtam abſentiam, puta cauſa republicæ, Andr. de Iſer. col. 4. verſ. iuſta abſentia. Affli. num. 87. in d. c. 1. Quo temp. miles, vbi etiam num. 89. poſt eundem Andr. inquit ita excuſari, vt nõ teneatur mittere procuratorẽ, vt videtur tenere ẽt ibidem gl. in verbo abſentia; ex quo vltimo loco refert hanc opinionem iuxta gl. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad trebell. in verb. nobis, & not. per. Bal. in l. ſi mater. num. 2. C. ne de ſtat. defunct. licet ſecus

22 eſſet, ſi ex alia cauſa, etiam neceſſaria, abeſſet: quia tunc teneretur mittere procuratorem, vt voluerunt Andr. de Iſer. & Affli. in d. c. 1. vbi num. 90. inquit vnum non eſſe omittendum, quòd, licet abſens ex cauſa voluntaria non ſit excuſatus, ſi infra annum, & diem non petat inueſtituram, arg. l. 1. C. de his, qui ſpont. mun. ſuſcep. & l. volũtariæ. C. de excuſat. tutor: tamen hoc intelligendum eſt, quando annus. & dies incepit ipſo præſente, & poſtea ſe abſentante: ſed nõ habet locum, quã do incepit ipſo abſente ex cauſa voluntaria: quia non debuit cogitare caſum mortis, arg. l. Iuliam. Qui, & quib. manumitt. non licet. & l. ſi fideiuſſor. §. ſi debitor. ff. mandat. & l. ſi putator, in fine. ff. ad l. Aq. vt etiã voluit Iacob. de Ardi. in ſumma, Quib. modis feud. amitt. §. quod dicit, vt eum refert Affli. loco ſupra citato, vbi etiam num. 87. inquit abſentem cauſa reipublicæ non excuſari, quãdo illa abſentia eſſet affectata, ſicut præſumeretur, quando quis eſſet abſens pro republica in officio paruæ rei, vt dicit eſſe tex. ſing ſecundum Lodou. in l. ſpadonẽ. §. fin. de excuſat. tut.

23 QVINTO colligitur proximiorem, ſeu emphyteutam, qui fuit detentus in carceribus, durante anno, & die, intra quem tenebatur inueſtiturã petere, excuſari a non petita inueſtitura, & a iure illam petẽdi non cadere: nam carceratus videtur legitime impeditus ad inueſtituram petendam in termino, ad not. per Ant. de Butr. & Imol. in c. ſignificante num. 5. extra de pign. & Soc. iun. in conſ. 70. num. 7. vol. 1. & Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gl. 2. num. 60. & alios, quos adduximus infra de cauſa priuationis ob canonem non ſolutum, in decima limitatione: generale. n. eſt, vt is, qui fuit legitime impeditus inueſtitu-

tutá petere, excuſetur. d. c. 1. Quo tēp. mil. & ibi doc. cōiter, & ſupradi
cta cōcluſio ꝓcedit, ēt quòd is fuerit carceratus ſua culpa, & ex ſuo de
licto; nā & ad huc ob impedimētū carceris excuſatur, ex quo culpa nō
inferebat ad hoc, ſed ad aliud, ut ꝑ Laurentiū Syluanum de recognitio-
ne feud. quæſtione 77. num. quarto. uerſiculo ampliatur iſta concluſio

24 SEXTO alia deducitur excuſationis cauſa ex ſententia Affli&c.
in d. c. 1. nu. 68. Quo tempore mil. nempe, quòd ſi dominus, a quo
iuueſtitura peti debebat, excommunicatus erat, excuſatus ſit illam nō
petens, ex eo, quòd participatio, & loquela cum eo erat prohibita, 11.
quæſt. 3. c. excommunicatus. c. cum non ab homine, de ſent. excomm.
ideo cum facto domini eam petere debens fuerit impeditus, dictū im-
pedimentum, cauſatum culpa domini, non debet præſtare nocumentū
vaſallo, ſicut impedimentum officialis debet excuſare ſubditum a cō-
paritione, ut not. Bart. in l. non exigimus. §. fin. ff. ſi quis caut. Hęc ta-
men excuſatio non uidetur tuta propter rationes in contrarium addu-
ctas ibidem ab eodem Afflict. quia uidetur licitum uaſallo, ſtante tem-
poris neceſsitate ad petendam inueſtituram, cum domino participare,
arg. c. ſi uerè, cum ibi adnota. per doctor. & gl. de ſenten. excom. & ēt
quia inueſtituram petere debens eſt actor. Andr. de Iſer. & Affl. in d. c.
1. Quo temp. mil. & excōmunicatū dominū pōt licite in iudicio conue
nire, ut præſupponunt omnes doc. in. c. cum inter. extra de excep. & li-
cet conſilij ſit, ut excommunicatus, cum quo abſq; incurſu excommuni
cationis participari pōt, in quātū fieri pōt euitetur, vt conſiderat Affl.
id tamē nō videt legitimū impedimētū, cū canone ꝑmittēre in illo a u
petitionis inueſtituræ poſsit cū eo participari, & ꝑ cōſequens uidetur,
quòd ex hac cauſa quis a nō petita inueſtitura intra annū, & diē nō de-
25 beat excuſari. Sicuti ēt nō excuſatur vaſallus excōmunicatus illam non
petens intra annū, & diē, tùm quia excōmunicatus pōt ad negotia pro-
curatorem conſtituere, vt tradunt doct. quos citat Affl. in d. c. 1. nu. 70.
Quo tem. mil. tū quia eius excōmunicatio, & delictū nō debet vaſallo
tribuere immunitatem, lege. verum. §. tempus, ff. pro Soc. vt in feudo
tradit Andreas. de Iſern. & Afflictus loco proxime citato, a quo
poſſumus arguere ad emphyteutam, & proximiorem, qui tenen-
tur petere inueſtituram intra annum, & diem, cum eadem ſit ratio.

26 SEPTIMO infertur quòd, ſi proximior, cui ius competebat
ad obtinendum inueſtituram intra annum, & diem, decedat; excu-
ſatur, ita, vt illud ius ad alium proximiorē deuoluatur: qui & ipſe habet
integrū annū, & diē ad petendū inueſtiturā, anteq; a iure illā obtinēdi
cadat, non conſiderato tempore, quod ſupererat defuncto: quia ſecū-
dus iſte proximior habet iſtud ius, magis beneficio alterius, & legis,

quàm beneficio ꝓximioris defuncti, & quaſi ex ſucceſſorio edicto: ꝓ-
pterea tempus in perſona præceſſoris inceptum, non debet ſibi ſuc-
ceſſori nocere, arg. l. 1. §. quibus. ff. de ſucceſſor. edicto. §. fin. inſtit. de
bon. poſſeſ. & l. fin. C. qui admitti. per quæ iura ita concludit in feudo.
Cur. iun. in tract. de feudo. in 4. parte princip. vigeſimatertia cauſa pri-
uationis, uerſ. quinto limitanda eſt, poſt Iacob. Ardiz. in tit. Quibus
mod. feud. acquir. ſub rubr. ex quo tempore currit annus, & Ioan. An-
dr. in addit. ad Specul. in tit. de feud. §. quoniã ver. 27. & gl. 5. in d. c. 1.
Quo tẽp. mil. vbi ẽt And. de Iſe. & Affl. nu. 35. idẽ ſcriptum reliquerunt.
27 DECLARATVR tertio, vt annus & dies, datus proximiori, &
emphyteutæ ad petendum inueſtituram emphyteuſi finita, non currat
proximiori infanti, aut pupillo, arg. text. in c. ſi minori, ſecundum com-
munem intellectum, ſi de feudo fuerit contr. & eorum, quę tradit Guid.
Pap. dec. 435. ſub num 1. verſ. iſtud idem comprobatur, Cur. in dicto
tract. de feud. in 4. par. principali, vigeſimatertia cauſa priuationis ver.
primo fallit. Afflict. in d. c. 1. num. 62. Quo temp. miles. Bald. & alij. in
c. 1. §. præterea. nu. 2. de prohib. feud. alienat. per Friderich. Iul. Clar.
in §. feudum. quæſt. 49. verſ. item ſcias. lib. 4. ſent. receptarum. quarum
deciſionum ratio poteſt eſſe, quia annus ad petendum inueſtiturã non
28 currit, niſi a die ſcientię, vt diximus ſupra in prima declaratione. ideo.
non poteſt currere infanti: quia illa ætas, quicquid videt ignorat, l. 1.
29 C. de falſa moneta. nec etiam debet currere pupillo: quia ipſe dicitur
ſemiplenum intellectum habere, vt not. Acc. in l. in negotijs. ff. de reg.
iur. & Bald. in d. c. 1. verſ. niſi iuſta cauſa infantiæ, Quo tempore miles.
& quòd dicitur in feudo debet obtinere locum in petenda renouatio-
ne emphyteuſis, tum quia viget eadem ratio. l. illud. ff. ad l. Aquil. tum
q̃a nõ reperitur, quòd tẽpus petẽdæ inueſtituræ, vbi agitur de emphy-
teuſi finita, ſit determinatũ a iure, & deciſio poteſt ſumi a iure feudorũ
ſecundũ Specul. in tit. de feudo § quoniã, verſ. 40. cõmuniter receptũ,
vt teſtatur Soc. in cõſ. 167. nu. 24. vol. 2. & ꝙ dicit̃, de infãte, & pupillo,
30 habet locũ in adulto, minore tamẽ. 25. annis, cui licet currat annus ad
petẽdũ inueſtiturã, cõpetit tñ in integrũ reſtitutio aduerſus lapsũ dicti
ãni a l. præfixi, vt tradit gl. in d. §. præterea ſi quis. in uerb. annis, de ꝓ-
hib. feud. alien. ꝑ Frid. Curt. in d. 23. cauſa priuationis, uerſ. 1. fallit. in
4. parte princ. in tract. de feud. Goz. in cõſ. 71. ſub. nu. 7. Afflict. in d. c.
1. nu. 61. Quo tẽp. mil. & eſt cõis doct. ſentẽtia, ut teſtatur Ruin. in cõſ.
3. nu. 6. uol. 1. Brun. cõſ. feud. 100. nu. 1. Iul. Cla. in d. §. feud. q̃ſt. 49. uer.
ſed q̃ro, & ante ipſos Alex. in cõſ. 79. nu. 11. uol. 1. Sfort. oddus alios quã-
plures in hãc ſẽtẽtiã citãs, & hãc cõmunẽ affirmãs in tract. de reſtit. in
integr. par. 2. q̃ſt. 89. art. 6. ſub. nu. 46. uerſ. ſed in contrariũ, Soc. iun. in

conſ.

conſ. 1 1 5. num. 2 3. vol. 2. vbi etiam inquit, quòd contra dictam priua
tionem ob non petitam inueſtituram reſtituitur reſpublica, & vniuer-
ſitas ad inſtar minoris. Cæterum, ſi iſtud ius obtinendi inueſtiturã cõ-
petebat duobus pro indiuiſo poſsidentibus, quorũ vnus erat minor,
alter maior. 25. annis, q̃ nõ petierunt inueſtiturã infra tẽpus, an maio
poſsit ſe excuſare ꝑpter priuilegiũ minoris, vid. apud Affl. in d. c. 1. nu.
64. vbi quòd ſic. in contrarium tamen faciunt not. ꝑ Rot. bon. dec. 4.

QVARTO declaratur, vt proximior ob non petitam inueſtiturã
33 intra annum, & diem, non cadat a iure ſuo obtinendi illam, ſi poſtea in
ueſtituram petat, & Dominus eius petitionem admittat, & offerat ſe
paratum illam facere: quia hoc modo dicitur priuationẽ ex capite non
petitæ inueſtituræ intra legitimum tempus incurſam remittere, ſicuti
dominus dicitur remittere vaſſallo, ſi poſt annum, & diem recipit
ipſum ad obedientiam, & ſeruitium conſuetum, vt tenuit gloſa.
vltima in d. c. 1. Quo temp. miles. per l. quamuis C. de vſur. & alia
iura. cum qua gl. tranſeunt ibidem Andr. de Iſer. col. quinta verſ.
item notandum, Afflict. col. penul. num. 105. poſt Bald. Petr. de
Crem. & Iacob. de Beluiſio, & alios quos citat, quibus etiam aſsẽtitur
Curt. in tract. de feud. in 4. parte principali vigeſima tertia cauſa priua
tionis, verſ ſexto limitatur, allegans Aluarot. idem tenentem in d. c. 1.
col. 4. & referentem ita tenere communiter doct. in quam ſententiam
frequentius tranſire doct. atteſtatur etiam idẽ Curt. in conſ. 142. num.
14. Alex. in cõſ. 14. poſt. nu. 10. verſ. ergo quæſt. vol. 2. Soc. cõſ. 66. poſt
nu. 19. verſ. 6. iſta, vol. 3. Soc. iun. in d. conſ. 1 1 5. nu. 1 2. vol. 2. Iul. Clar.
poſt ipſos in d. §. feudum, quęſt. 49. verſ. ſed pone: nam paria ſunt, quo
ad remiſsionem caducitatis, vt dominus inueſtituram faciat, vel offe-
rat ſe paratũ illã facere; arg. eorũ, q̃ dicemus infra de cauſa priuationis
ob non ſolutũ canonem in prima ampliatione 20. primę limitationis.

QVOD tamen eſt intelligendum, niſi dominus admiſerit talem
petitionem, & obtulerit ſe paratum facere inueſtituram cum proteſta
tione, quòd non intendit iuri ſuo preiudicare: quia tunc non dicitur
iuri ſuo renũciare, Afflict. in d. c. 1. col. pen. num. 106. vel niſi id igno-
ranter fecit, ignorans emphyteutam cecidiſſe a iure obtinendi inue-
ſtituram propter tempus elapſum, vt in feudo tradunt Aluarot. in. d. c.
1. colu. 4. & Curt. in d. vigeſimatertia cauſa priuationis, verſ. ſexto
limitatur: quæ declaratio poteſt etiam alijs modis limitari, vt ego
dixi in d. vigeſimatertia cauſa priuationis, vbi vide.

QVINTO declaratur, vt emphyteuta, ſiue proximior non
34 cadat a iure ſuo ob non petitam inueſtituram, intra annum, &
diem, ubi ex forma pacti erat a domino ſuper hoc interpellandus, ita

in terminis Dec. in conſ. 328. num. 4. & conſ. ſeq. num. 4. Alex. in conſ. 92. in fine, vol. 6. ꝙ videtur ēt admittere Goz. in conſ. 71. ſub num. 3.

35 SEXTO declaratur, vt proximior, ſiue emphyteuta non cadat a iure ſuo ob non petitam inueſtituram intra annum, & diem, quando infra dictum tempus emphyteuſim non poſsidebat, ſed alius tertius, vt in feudo declarat Curt. iun. in d. Tract. de feud. in 4. part. princip. in d. 23. cauſa priuationis, verſ. ſeptimo limitanda eſt: quia tunc non eſt iure ſuo priuandus, vt determinat Gul. de Arimino in l. ſolemnibus, C. de rei vendic. motus per l. forma. §. ſi cum ego. ff. de cenſib. & per alia iura, & rationes, quas refert. Curt. loco citato, vbi inquit quòd Gul. ſequuntur Guid. Bald. Saliç. Fulgoſ. Aluarot. & communiter ſcribentes, vt etiam teſtatur Iul. Clar. in. §. feudum, quæſt. 49. verſ. item quid. lib. 4. ſent. receptarum: vbi etiam inquit pro hac opinione facere tex. in c. 1. per quos fiat inueſt. qui expreſſe loquitur in poſsidente.

36 SEPTIMO, & vltimo declaratur, vt proximior, vel emphyteuta ob non petitam inueſtituram intra tempus a lege ſtatutum cadat a iure illam obtinendi, non ipſo iure, ſed accedēte declaratoria domini, & ipſo volente, Iaſ. in l. 2. num. 23. C. de iur. emphyt. Dec. in conſ. 144. num. 6. verſ. vltimo concludenter reſponderi poteſt, & rurſus in conſ. 341. num. 16. & eſt communis doct. ſententia, vt teſtatur Soc. iun. in conſ. 115. num. 22. vol. 2. vbi multos in hanc ſententiam citat, quam eſſe frequentiori calculo receptam teſtatur pariter Curt. iun. in conſil. 142. num. 11. & Guid. Pap. conſ. 38. num. 24. in fine, vt eum refert Iul. Clar. in d. §. feudum quæſt. 49. verſ. item quæro.

37 QVAE tamē reſtringenda eſt ſecundum Bero. in cōſ. 119. nu. 10. vol. 1. vt nō habet locū, quādo fuit facta cōceſsio de 29. ānis, in 29. ānos, & fuit initū pactum inter contrahētes expreſſum, vt ipſe emphyteuta elapſis. 29. annis renouationē a domino petere teneatur: nam cū iſtud pactū, & obligatio ipsū ēphyteutā reſpiciat, ſi ipſe emphyteuta elapſis 29. annis renouationē fieri nō petierit, abſq; alia declaratione domini ſtatim, & ipſo iure, vel ſaltē elapſo anno, & die, a iure ſuo cecidiſſe dicitur: qa vltra ꝙ res fuit cōceſſa ad renouādū de 29. ānis in 29. annos, factum fuit etiam pactū, ꝙ emphyteuta, ſi nitis 29. ānis, renouationē petere teneatur, ꝙ pactū debet hoc operari, aliòquin eſſet ſuperfluū: ideo, vt aliqd operetur, dicēdū ē illud operari, vt, ſi renouatio non fuerit petita ēphyteuta abſq; alia domini declaratione a iure ſuo cadat: qa, ſi pactū illud ſpecialiter factū nō fuiſſet, ēphyteuta ob nō petitā renouationē a iure ſuo cecidiſſet, facta ꝑ dominum declaratione: ꝙ Bero. inqt maxime procedere, ſi pactū fuit iuratum, qa iuramentum operatur, vt ipſo iure qs cōtrauenīēdo dicatur a iure ſuo cadere, nec mo

ram

ſam purgare poſsit, allegat l. ſi quis maior. cum materia. C. de tranſact. & tradita per Alex. & doct. in l. ſi inſulam. ff. de verb. obligat.

VERVNTAMEN ego antedictam Beroi declarationem veram non puto, nam, ſi dictum eſt in inueſtitura, quòd, ſi ſolutio canonis in die ſtatuta facta non ſit, ipſo facto res cadat in commiſſum, non tamē cadit, niſi domino volente, vt docuit Dec. in conſ. 138. ſub num. 6. Cor. in conſ. 115. num. 1. vol. 1. & id procedit etiam ſi interceſſerit iuramentū, Grat. in conſ. 55. num. 25. & ſeq. vol. 1. & rurſus in conſ. 121. num. 26. iunctis antecedentibus. vol. 2. quia iuramentum ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur, & conuentio illa, quòd ſi non ſoluerit, cadat ipſo iure ſecundum ius commune interpretatur, ideſt ſi dominus voluerit, vt minus a iure communi, quàm fieri poſsit, recedatur, vt inquiunt Dec. Corn. & Grat. in locis ſupracitatis: & idem uidetur etiam dicendum in caſu Beroi non petitæ renouationis.

38 CAETERVM hic unum prætermittendum non eſſe duxi, quòd ſi annus, & dies datus proximiori, aut emphyteutę ad petēdum inueſtituram, fuit ex partiū conuentione diminutus, quia fortaſſe fuit cautum, quòd emphyteuſi finita teneatur inueſtituram infra duos menſes petere, non propterea cadit proximior, aut emphyteuta a iure illam obtinendi, niſi anno, & die elapſo, ſi non fuit etiam expreſſum, quòd cadat a iure ſuo, ſi inueſtituram intra duos menſes non petierit, ut in terminis tradunt, licet in feudo loquantur, Andr. de Iſern. col. vlt. uerſ. ſed an hoc tempus, & Affl. col. 5. num. 17. & ſeq. uſq. ad num. 21. in d. c. 1. Quo temp. miles, quia, quæ habent locum in tempore legali, non habent locum in tempore conuentionali, niſi ſit expreſſum. l. contumacia. ff. de re iudic. & alijs iuribus ab ipſo Afflicto citatis.

39 AN autem proximior, ſiue emphyteuta, qui non petit inueſtituram intra legitimum tempus, poſsit moram purgare intra breue tempus, ut a iure ſuo non cadat, poteris decidere ex his, quæ in feudo tradit Curt. in d. tract. de feud. in 4. par. principali uigeſimatertia cauſa priuationis, uerſ. 5. limitanda eſt: ubi late diſputat, an uaſallus, qui per annum, & diē fuit negligens in petenda renouatione inueſtituræ, poſsit breui tempore moram purgare ad exemplum emphyteutæ, de qua re uide etiam Iul. clar. in d. §. feudum quæſt. 49. uerſ. ſed nunquid.

DE CAVSA PRIVATIONIS EX EO, QVOD emphyteuta poſſeſſorem propria auctoritate expellit.

1 EMPHYTEVTA poſſeſſorem propria auctoritate expellens de fundo, quem ipſe tenet in emphyteuſim, incidit in pœnam.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.

FVNDVS tamen applicatur expulſo quo ad ſolam commoditatem, quæ ex ipſa emphyteuſi prouenit.

2 *VSVFRVCTVARIVS, ſi poſſeſsionem, ex qua vſumfructũ percipiebat, ab alio poſſeſsã occupat, incidit in l.ſi quis in tantam.C.vnd.vi, non tamen vſusfructus, ſed commoditas percipiẽdi fructus, uiolẽtiã paſſo applicat.*

3 *VASALLVS feudum ab alio poſſeſſum occupans, commoditatem percipiendi fructus amittit: quæ commoditas violentiam paſſo conceditur.*

ET ubi feuda ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum, ut in Sabaudia, feudum etiam uiolentiam paſſo conceditur.

4 *EMPHYTEVTA, qui poſt obtentam licentiam emendi a Domino, poſſeſſionem propria auctoritate, uel de conſenſu uenditoris accipit, emphyteuſim amittit: nam propter licentiam uendendi non dicitur Dominus conceſſiſſe emptori, u poſſit propria auctoritate, uel de licentia uenditoris poſſeſſionem emphyteuſis aſſumere.*

1 SEXTA ex cauſa priuatur emphyteuta, ſi aliquem poſſeſſorem propria auctoritate expellat de fundo, quem ipſe in emphyteuſim tenet: nam incidit in pænam l. ſi quis in tãtam.C.vnd.vi.vt ibidem num.19.tradit Bar. & Specul.in.§.nunc aliqua, nu.64.quæſt.50.tit.de locato. vbi inquit quòd fundus applicatur expulſo, qui tueri debet per præſidem in re emphyteutica, arg.l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dam.infecto, & l.peto.§.1.de leg.1.& c.placuit, 16.quæſt.6.& quòd Dominus inuitus nouum habet emphyteutam.l.1.ff.exercit.act.quòd tamen intelligendũ eſt, quo ad ſolam commoditatem, quæ ex ipſa emphyteuſi prouenit, quæ violẽtiam paſſo conceditur: nam poteſt ẽphyteuta emphyteuſis commoditatem, & ius percipiendi fructus diſtrahere, Grat. conſ.22.num.3.& 11.vol.1.Card.Alex.col.4.verſ.quæro an vaſallus de prohib.feud.alien.per Frid.Tiraq.de retract.lig.§.1.gl.7.nu.41.& nos dicemus infra de cauſa priuationis ob alienationem irrequiſito domino factã in 26.limitatione.& in ſimili habetur de vſufructuario,
2 qui ſi poſſeſsionem ex qua vsũfructũm percipiebat, ab alio poſſeſſam, occupat, incidit in pænã d.l.ſi quis in tãtam, & nõ ius vſusfructus, ſed cõmoditas percipiendi fructus violentiã paſſo applicatur, Bart.in d.l. ſi quis in tantã, in fine, & ibidem Bal.col.vltima verſ.habeo vſumfructum

ctum, & Salic. col. pen. uerſicul. tunc quæro, quos refert, & ſequitur Menoch. de recuper. poſſeſſ. remedio nono. ſub num. 242. verſ. contrariam ſententiam: quia hæc commoditas alienari, & perdi poteſt etiam aduerſus proprietarij voluntatem. ſ. nam cedẽdo, inſtit. de vſufr. vbi omnes doct. Aym. conſ. 222. num. 8. in fine, late Tiraq. de retract. lignag. ſ. 26. gl. 1. num. 46. & idem dicitur de feudo: nam, ſi
3 vaſallus feudum ab alio poſſeſſum occupat, commoditatem percipiẽdi fructus amittit: quæ violentiam paſſo conceditur, vt ſentit Bart. in l. ſi finita. ſ. ſi de vectigalibus, num. 5. ff. de dam. infect. & in terminis tradit Imol. in l. eorum, eod. tit. vt eos refert. & ſequitur Menoch. d. remedio nono. de recuper. poſſeſs. num. 260. quia ſimiliter poteſt vaſallus commoditatem feudi diſtrahere, vt notant omnes. in l. ſi domus. ſ. fin. de leg. 1. & communiter tenetur, vt poſt Ruin. in conſ. 176. nu. 13. lib. 1. & Roland. a Valle in conſ. 80. num. 35. uol. 1. & Iul. Clar. in. ſ. feudum, quæſt. 31. uerſ. ſucceſsiue lib. 4. ſent. recept. affirmat Menoch. loco ſupracitato. num. 261. quòd tamen ibidẽ, num. 251. & ſeq. dicit non procedere in patria Pedemontium, & Sabaudiæ, in quibus locis feuda ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum: quia tunc feudum uiolentiam paſſo deferri poteſt, uti aliàs poteſt ob delictum cõfiſcari, ut clare tradit Neuizan. conſ. 68. num. 41. & alij, quos ipſe citat, quod trahi poſſet ad emphyteuſim, quæ eſſet recepta pro ſe, & quibus dederit, cum hæc poſsit cõfiſcari, & libere alienari, & dicatur ad inſtar bonorum patrimonialium, ut diximus ſupra.

POSSET ſupradicta cã priuationis multipliciter ampliari, & limitari, ut multis modis ampliatur, & reſtringitur. d. l. ſi quis in tantam. C. und. ui. ſed quia materia illius legis uidetur extra propoſitum noſtri tractatus remitto lectorem ad ea, quæ dicunt Bart. & alij ſuper eadem lege, & ad ea, quæ tradit Menoch. in d. remedio nono. de recuperanda poſſeſs. & ad ea, quę cumulat Ant. Gabriel. in ſuis communibus opinionibus. lib. 5. de acq. vel amitten. poſſeſſ. cõcluſ. 1. vbi 40. modis ampliat, & limitat d. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.

4 ADMONENDVM tamen et hic eſſe duxi, emphyteutam, qui poſt obtentã licentiã a domino emendi, poſſeſsionẽ propria auctoritate, vel de conſenſu venditoris ingreditur, emphyteuſim amittere: qa dominus concedendo licentiã emendi, & vendendi, non dicitur conceſiſſe licentiam emptori, vt poſsit poſſeſsionem emphyteuſis propria auctoritate, uel de licentia uẽditoris aſſumere, arg. l. ſi ex ſtipulatione, & l. ſi uenditor. ff. de acq. poſſeſſ. iunctis not. per Imol. in c. potuit num. 64. de locato, ideo a iure ſuo cadit iuxta l. fin. C. de iur. emphyt. nam & hoc modo dicitur rem inuadere, ut in feudo tradit Bald. in c. 1.

5 ſ. ſi duo. num. 7. de pace tenend. & in ẽphyteuſi Soc. iun. cõſ. 70. num. 10. vol. 3. Nec omittendũ ẽteſt, quòd ſi eccleſia conceſsit alicui fundũ in emphyteuſim, in quo fundo ſteterat quidã ad laborãdũ per maximũ tẽpus, & emphyteuta expellit illum colonũ cùm bonus eſſet, & alium ſubrogauit in locum eius, emphyteuſi priuari debet ſecundũ Bart. in l. cognouimus. C. de mãcip. & colon. fund. patrimonial. lib. 11. & Gram. cõſ. 28. nu. 17. ſed aduerte, quia cõtrarium tenet additionator ad ſing. Rom. 63. an emphyteuta fiſci, ex ſententia Alex. & aliorum, quos citat.

DE CAVSA PRIVATIONIS OB MORTEM CIVILEM.

1 *SVBSTITVTVS Titio, ſi deceſſerit ſine filijs, admittitur, ſi Titius ingrediatur monaſterium incapax bonorum, & in communi, & in particulari, & in eo profeſſionem faciat.*

2 *EMPHYTEVSIS per ingreſſum monaſterij incapacis bonorum in communi, & in particulari, redit ad dominum, ſi non adſit alius ex inueſtitura vocatus.*

3 *EMPHYTEVTA factus incapax emphyteuſis propter ingreſſum religionis incapacis bonorũ, ſi poſtea efficiatũ Epiſcopus, & capax bonorũ, non recuperat emphyteuſim, quæ ad alios comprehenſos, vel ad dominum ob eius ingreſſum, & mortem ciuilem fuit deuoluta.*

4 *EMPHYTEVSIS recepta pro ſe heredibus, ſi emphiteuta ingrediatur monaſterium capax bonorum, perpetuo, & irreuocabiliter ob eius ingreſſum monaſterio acquiritur, etiam quòd in inſtrumento conceſſionis fuerit appoſitum pactum, quòd in eccleſiam, & potentiorem alienari non poſſit.*

5 *EMPHYTEVSIS recepta pro ſe, deſcendentibus, & heredibus, ad heredes extraneos non tranſit.*

6 *EMPHYTEVSIS eccleſię põt dari, vt ad heredes extraneos tranſeat, quando a principio interuenerunt debitæ ſolemnitates.*

7 *DOMINVS emphyteuſim ſemel valide conceſſam ijs, qui ſunt in inueſtitura comprehenſi, auferre non poteſt, etiam pro ſuis neceſſitatibus.*

8 *INTELLECTVS. ſ. ẽphyteuſis. in auth. de alienat. & ẽphyteuſi.*

9 *VERBA in contractibus propriè, & ſtrictè intelliguntur.*

10 *MONASTERIVM vere, & propriè non dicitur heres ingredientis, ſed per quandam ſimilitudinem.*

11 *MONASTERIVM, ſecundum magis communem ſententiã ſubſtitutum non excludit, vbicunq; ſubſtitutio facta eſt ſub hac conditione, ſi ſine liberis deceſſerit ex ſuo corpore procreatis.*

12 *EMPHYTEVSIS recepta ꝑ ſe, filijs, et nepotibus ꝑ ĩgreſsũ religionis ẽphyteutę monaſterio acqrit̃, reuocabiliter tñ, et ad vitã ipſius ingredientis.*

13 *EMPHYTEVSIS conceſſa pro ſe, filijs, & nepotibus dicitur data ad tempus incertum, & finita linea ipſo iure finitur conceſſio.*

MONA-

14 *MONASTERIVM nō ē verus filius, nec verus nepos, et habet loco ciuilis ſeu legalis filij, q nō ſuccedit ī ēphyteuſi recepta ꝑ ſe, filijs, et nepotibus.*

15 *RESOLVTO iure ēphyteutę īgreſſi monaſteriū, reſoluit ius ipſi monaſterij*

16 *NEMO transfert in alium plus iuris, quàm ipſe habeat.*

17 *EMPHYTEVTA ſi ingrediatur monaſterium incapax bonorum, emphyteuſis monaſterio nō acquirit ſm vnā opinionem, ſed ei debet æſtimatio.*

18 *EMPHYTEVSIS ſm aliā opinionē per ingreſſū emphyteutæ trāſit ī monaſteriū, ſed eccleſia domina pōt, ſi vult, ēphyteuſim ītra bienniū reuocar.*

19 *DOMINVS an teneatur hoc declarare intra biennium, a die, quo emphyteuta profitetur, vel a die, quo naturaliter moritur.*

20 *MELIORAMENTA in emphyteuſi facta ob ingreſſum emphyteutæ irreuocabiliter tranſeunt in monaſterium.*

21 EMPHYTEVSIS *non hęreditaria, quæ confiſcari nō pōt ob delictū pꝫtratū, redit ad alios comprehenſos, vel ad eccleſiam dominam, ſi emphyteuta fuit bannitus, & ad mortem condemnatus cum publicatione bonorum.*

22 *FILIVS ſicut ſubintrat locū patris patre naturaliter mortuo, vt còncurrat cū patruo in ſucceſſione, ita ſubintrat eius locum patre viuente, ſi eius pater ob ciuilem mortem ſit factus incapax ſucceſſionis.*

23 *FILIVS debet habere eius legitimam ob ciuilem mortem patris, ſicut ob eius mortem naturalem.*

24 EMPHYTEVSIS*, quæ ad extraneos heredes tranſire non poteſt, ad fiſcum non tranſit, ſed reuertitur ad dominum, etiam quòd emphyteuta fuerit condemnatus ob crimen læſe maieſtatis.*

25 EMPHYTEVSIS *recepta pro ſe, filijs, & nepotibus, ob crimen leſæ maieſtatis ad fiſcum non tranſit, ſed reuertitur ad eccleſiam dominam, etiam ſtantibus filijs, & nepotibus ſecundum Bero. & Ruin. & an hoc ſit verum.*

26 *AD emphyteuſim receptā pro ſe, filijs, & nepotibus, filij dicūtur vocati vti filij, & non vti hæredes.*

27 *FILII, & nepotes dicuntur habere emphyteuſim receptā pro ſe, filijs, et nepotibus, a dn̄o illā concedēte, nō ab eorū patre, q ēphyteuſim fuit ſtipulatus.*

28 *PAENA l. quis. C. ad l. iuliam maieſt. habet locum in ijs, quæ a patre deſcendunt, non aūt in ijs, quæ aliunde filijs obueniunt.*

29 *PER mortē ciuilē patris ēphyteuſis nō reuertit ad dn̄um, vbi ſuperſunt filij in ineſtitura comprehenſi, quia ipſi admittuntur, & non dominus.*

30 EMPHYTEVSIS *recepta ꝑ ſe, filijs, & nepotibus ob crimē leſæ maieſtatis nō trāſit in fiſcū, ēt quòd fuerit cōceſſa cū pacto, quòd vnus ex cōprehēſis, tā inter viuos, q̄ in vltima volūtate poſſit in præiuditiū alterius comprehenſi alienare, ſed ad dominum, vel ad alios comprehenſos deuoluitur.*

31 EMPHITEVSIS *conceſſa pro ſe, & qbus dederit, confiſcari pōt.*

RES *prohibita alienari fauore alterius, & non fauore ipſius alienantis, non poteſt mediāte delicto per prohibitum commiſſo, in fiſcum transferri.*

CON.

33 CONTRARIORVM eadem eſt diſciplina.

34 BONORVM appellatione emphyteuſis continetur.

35 CONSENTIENS delicto, quod eſt præparatio, & antecedens ad pœnam, dicitur conſentire in pœnam, quæ eſt conſequens ad delictum.

36 CONSENTIENS antecedenti videtur conſentire conſequenti.

37 ALIENATIO permiſſa ad præiuditium aliorum comprehenſorum in inueſtitura, non reſtringitur ad vitam alienãtis, ſed perpetuo valet in præiuditium comprehenſorum.

38 EMPHYTEVTA habens licentiã alienandi, licet nõ poſſit alienare in potẽtiorẽ ꝑ viã cõtractus, poteſt tñ alienare ꝑ viã legis, et iuris diſpoſitione.

39 EMPHYTEVSIS recepta pro ſe, filijs, & nepotibus, non tranſit ad hæredes extraneos: quia filij dicuntur vocati, vti filij, non vt hęredes.

40 FISCVS eſt loco hæredis extranei, & non eſt de liberis.

41 SVB poteſtate alienandi in feudo conceſſa non comprehenditur illa, quæ inducitur ex delicto.

42 LICENTIA alienandi non comprehendit alienationem ex delicto.

43 PECVLIVM profectitium, publicatis bonis filij, non publicatur, etiã ſi fuiſſet datum a patre cum poteſtate diſſipandi.

44 LICENTIA alienandi in inueſtitura conceſſa debet intelligi de alienatione, quæ fit expreſſe.

45 MORIENS dicitur tacite vocare venientes ab inteſtato, & in eos tacite diſpoſuiſſe.

46 VERBA inueſtituræ, vt poſſit vnus ex comprehenſis ad libitum ſuum in præiuditium alterius comprehenſi emphyteuſim alienare, importãt cõditionem, & perinde eſt, ac ſi eſſet dictum, quòd poſſit alienare, ſi velit.

47 VBICVNQVE aliquid alicui permittitur, ſi velit, oportet quòd ſuã voluntatem declaret expreſſe.

48 VOLVNTAS tacita non dicitur propriè voluntas.

49 CONSENSVS propinquorum, qui requiritur ex forma ſtatuti in contractu minoris, debet eſſe expreſſus, nec ſufficit tacitus.

50 EMPHYTEVTA habens a domino licentiam alienandi non poteſt alienare in potentiorem.

51 LICENTIA alienandi ad præiuditium alterius in inueſtitura conceſſa non alterat naturam emphyteuſis, nec facit illam hæreditariam, vbi in eadem inueſtitura cauetur, vt non poſſit alienari, niſi petita licentia.

52 QVICQVID eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.

53 PACTVM in inueſtitura appoſitum, vt vnus poſſit in præiuditium alterius comprehenſi alienare, cenſetur appoſitum ad dirimendas lites, & ne alter comprehenſus ſequuta alienatione poſt mortem alienantis poſſit emphyteuſim reuocare, nec facit emphyteuſim hæreditariam.

ACTVS

54 ACTVS *agentium non operantur vltra eorum intentionem.*

55 LICENTIA *alienandi cõceſſa emphyteutis Vrbini ex forma capitulorum inter Clerum, & Cõmune, intelligitur reſpectu eccleſiæ, & quo ad eius præiuditium, nõ antẽ reſpectu tertij emphyteutæ, q ſit ex inueſtitura vocatus.*

56 CASVS *omiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*

57 ARGVMENTVM *a contrario ſenſu validum eſt in contractibus.*

58 INCLVSIO *vnius eſt excluſio alterius.*

59 EX *vna parte capitulorum declaratur mens capitulantium in alia parte.*

60 SEQVENTIA *declarant præcedentia.*

61 RATIO, *quare emphyteuſis recepta pro ſe, & heredibus, & quibus dederit, tranſeat in fiſcum, & illa quæ recepta eſt, pro ſe, filijs, & nepotibus eum pacto, vt vnus ex comprehenſis poſſit in præiuditium alterius comprehẽſi alienare, non tranſeat.*

62 EMPHYTEVSIS *eccleſiaſtica ſecundum vnam opinionem communem etiam, quòd ſit ad heredes extraneos tranſitoria, confiſcari nõ poteſt.*

63 DELINQVENS *non dicitur cõſentire in pœnam, vel ſaltem dicitur conſentire improprie.*

64 EMPHYTEVSIS *ob codẽnationẽ ẽphyteutæ, propter q̃ amittit ſtatũ, & bona, ita reuertit ad dñm, vel ad alios ex inueſtitura vocatos, vt nec ẽt cõmoditas percipiẽdi fructus, viuẽte emphyteuta, qui deliquit, trãſeat in fiſcũ.*

65 FRVCTVS *pertinent ad illum, ad quem dominium pertinet.*

66 OPINIO *Caſtr. & aliorũ, q ſenſerunt cõmoditatem percipiendi fructus ex ẽphyteuſi eccleſiæ trãſire ĩ fiſcũ durãte vita delinquẽtis, quo caſu ſit vera.*

67 EMPHYTEVTA, *qui amiſit bona, & non ſtatum, non habetur pro mortuo, & iſto caſu commoditas percipiendi fructus ex emphyteuſi tranſit in fiſcum, durante vita condemnati, & quare hoc ſit.*

68 EMPHYTEVTA, *qui ob condemnationem amiſit non ſolum bona, ſed ſtatum, habetur pro mortuo, ideo vtile dominium reuertitur in illo caſu ad dominum, vel ad alios comprehenſos, & commoditas percipiendi fructus ex emphyteuſi in fiſcum non tranſit.*

69 RATIO, *quare res ſubiecta reſtitutioni fideicõmiſſi pendente conditionẽ trãſeat in fiſcũ durante vita nr̃ali delinquẽtis, ẽphyteuſis aũt nõ trãſeat.*

70 VBI *concurrit legis, & hominis probibitio, fideicommiſſum non tranſit in fiſcum, durante vita condemnati.*

71 RATIO, *quare emphyteuſis per ingreſſum monaſterij capacis bonorum tranſeat in monaſterium, quo ad commoditatem fructuum, non autem tranſeat in fiſcũ ob condemnationẽ emphyteutæ, propter q̃ amiſit ſtatum, & bona.*

72 EMPHYTEVSIS *ad dominum non reuertitur, quando emphyteuta ob eius delictum fuit bannitus, & condemnatus ad mortem cum publicatione bonorum in contumaciam vigore ſtatuti, ſi in fortiam communis venerit.*

rit, & iſto caſu commoditas percipiendi fructus ex emphyteuſi, durante vita condemnati tranſit in fiſcum.

73 *EMPHYTEVTA vigore ſtatuti, aut conſuetudinis cõdẽnatus in contumaciam pure ad mortẽ, & ſine conditione cum publicatione bonorum efficitur ſeruus pœnę, & dominium utile ſtatim redit ad dominum, vel ad alios comprehenſos vna cum fructibus pendentibus.*

74 *PVBLICATIO bonorum ex forma ſtatuti nõ comprehendit bona ſita extra territorium.*

1 SEPTIMA ex cauſa iure ſuo priuatur emphyteuta ob
mortem ciuilem; nam ſicut uocatur ſubſtitutus Titio, ſi
deceſſerit ſine filijs, ſi Titius ingrediatur monaſterium in-
capax bonorum, & in communi, & in particulari, & in eo
profeſsionem faciat: quia Titius habetur pro mortuo. l. Deo nobis. C.
de Epiſco. & Cleric. & hæc mors ciuilis quo ad omnem effectũ æqui-
paratur naturali ſecundum Bart. in auth. ſi qua mulier. C. de ſacr. ſanct.
eccleſ. & doct. communiter in. c. in præſentia. de probat. Alex. in conſ.
13. num. 1. vol. 3. Paris. conſ. 65. num. 7. vol. 2. Iaſ. conſ. 135. col. 2. vol.
3. Dec. conſ. 419. num. 2. Bart. in l. filiusfamilias. §. cum quis rogatus
in fine. de leg. 1. Capra conſ. 83. num. 1. & ſeq. Grat. conſ. 68. num. 13.
vol. 1. Ruin. in conſ. 131. num. 18. vol. 1. & alij multi, qui teſtantur, hãc
eſſe communem opinionem, quos refert, & ſequitur Franciſ. Manti.
2 de coniecturis vltim. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 8. ita per dictam mortẽ
ciuilem emphyteuſis redit ad dominum, ſi nõ adſit alius, qui ex teno-
re inueſtituræ ſit vocatus, cum valeat argumentum de vltimis volũta-
tibus ad contractus. l. quæ de legato, & l. ſeruum filij. §. eum qui chiro
graphum, de leg. 1. & vigeat eadem ratio, quia bona vacant eo genere
vacationis, quo per mortem naturalem vacarẽt, vt tradit Bald. in auth.
ingreſsi. ſub. num. 14. verſ. ſuper hoc fundamẽto. C. de ſacr. eccleſ. Ant.
de Butr. in d. c. in præſentia. ſub num. 25. verſ. perinde eſt, de probat. &
ibidem Imol. ſub num. 21. Felin. ſub num. 50. Dec. ſub. num. 266. ver.
7. iuxta ordinem, Abbas in conſ. 27. dubiũ, ſuper quo. col. 2. verſ. quæ-
dam & ſecũda eſt religio, vol. 2. Sicut ergo per mortem naturalem em-
phyteutæ emphyteuſis redit ad dominum, ſi non adſit alius ex inueſti
tura vocatus, ita redit per eius mortem ciuilem ob ingreſſum monaſte
rij omnino incapacis bonorum; nam omnimoda incapacitas ad acqui-
ſitionem alijs coemphyteutis, vel domino viam acquirendi aperit, ac
ſi ipſe ingrediens non eſſet in rerum natura, vt inquit in ſimili ex com-
muni doct. ſententia Ro. conſ. 296. circa declarationem col. 2. verſ. ſe-
cundo quia, per l. 1. §. vltimo. & l. ſi poſt mortem. §. liberi. ff. de con-

tra

tra Tabul.

3 QVOD adeo verum eſt, vt ſi poſtea emphyteuta, qui fuit factus incapax emphyteuſis propter ingreſſum religionis incapacis bonorũ, efficiatur epiſcopus, & capax bonorum, nõ recuperat emphyteuſim, quæ ad alios comprehenſos, uel ad dominum ob eius mortem ciuilem fuit deuoluta, ad not. per Bart. in Tract. minoric. lib. 3. diſtinct. 3. num. 9. cap. 2. & per Felin. in d. c. in præſentia. ſub num. 50. uerſ. adde quòd ſi frater. extr. de probat. & ad not. per gl. & Aluarot. num. 5. in c. 1. de Milite uaſal. qui arma bellica depoſuit, & ibidem per alios doct. licet

4 ſecus eſſet ſi emphyteuta ingrederetur monaſterium capax bonorum, quia tunc emphyteuſis recepta pro ſe, & heredibus extraneis per ingreſſum religionis emphyteutæ, perpetuo, & irreuocabiliter monaſterio acquiritur, vt ſcriptum reliquit Bart. in auth. ingreſſi. in. 2. lectura num. 37. uerſ. quæro ergo circa hoc extra gl. C. de ſacr. eccl. & tradit, Pet. de Anchar. in conſ. 165. Titius fundum, & in cõſ. 166. Auctoritates iſtorum, & in conſ. 420. Quidam ſer Antonius. Burſ. conſ. 60. num. 33. uol. 1. quorum ſententiam amplectitur etiam Bero. in d. c. in pręſentia num. 416. uerſ. uenio ad nonum dubium, & num. ſeq. ubi late diſputat articulum, & in conſ. 93. loquens in emphyteuſi eccleſiæ (ut etiam loquitur Bart. loco ſupra citato) num 56. uſq. ad finem illius conſilij & in conſ. 94. num. 8. & 10. ubi teſtatur hanc communem. uol. 1. Burſat. tamen in conſ. 19. uol. 2. ex communiori doct. ſententia contrariam ſententiam, quòd emphyteuſis per ingreſſum religionis in monaſterium non tranſeat, etiam durante uita emphyteutæ amplectitur: ſed, quantum attinet ad caput, quòd emphyteuſis non tranſeat in monaſterium irreuocabiliter per ingreſſum emphyteutæ, quamuis deciſio illa uera ſit in caſu ſuo, ex eo, quòd ipſe Paulo ante num. 15. uerſ. ſecundo probatur, pręſupponit emphyteuſim, de qua in caſu ſuæ conſultationis agebatur, fuiſſe conceſſam pro ſe, & hęredibus ex eo legitime deſcendentibus, & non ficto matrimonio: tamẽ non aduerſatur ſupra dictæ concluſioni quia, cum emphyteuſis recepta pto ſe, deſcendentibus, & hæredibus, non tranſeat ad heredes extraneos, Bart. in l. iuſiu-

5 randi. ff. de oper. libert. Bald. in l. 1. num. 5. C. de iur. emphyt. Imol. in c. potuit. col. penult. locati. Bero. conſ. 95. num. 3. uol. 1. & in conſ. 73. num. 7. uol. 1. Paris in conſ. 48. num. 10. uol. 4. ubi hanc communẽ teſtatur, non poteſt etiam tranſire ad monaſterium, & ſic non cõpręhenditur caſus Burſat. in d. conſ. 199. ſub concluſione noſtra ſupra firmata: quia dum diximus emphyteuſim conceſſam pro ſe, & hęredibus extraneis, per ingreſſum religionis ẽphyteutæ, perpetuo, & irreuocabiliter monaſterio acquiri, pręſupponimus habilitatem in cęteris iuxta

xta text.in c. 1.de ætat.& qualit.in 6.& l.qui teſtamēto.ff. qui teſtam. facere poſ.& ꝙ emphyteuſis ſiue hæc ſit eccleſiaſtica, ſiue ſit priuati, fuerit eo modo conceſſa, quòd ad hęredes extraneos tranſire poſsit. quòd quando dicatur actum, ſcriptum reliquit Iul.Clar.in.§.emphyteuſis,quæſt.6.& quæſt.37.lib.4.ſent.recept.& nos diximus ſupra lib. 2.de differentijs inter emphyteuſim eccleſiaſticam, & illam, quæ eſt priuati differētia: & lib.4.de varijs ſtipulationū formis. quęſt. & aliæ rationes Burſat.in d.conſ.199.non uidentur deſtruere opinionē Bart.in d.auth. ingreſsi, num 37.in 2.lectura.C. de ſacr.eccleſ.& aliorum,qui eum ſequntur: quia communis eſt doct. ſententia, bona em-
6 phyteutica eccleſiæ poſſe ad hæredes extraneos pertinere,quādo hoc actum eſt in conceſsione, vt poſsint ad illos pertinere,& in conceſsione interuenerunt debitæ ſolemnitates a iure requiſitæ, vt tradit Grat. in conſ.128.num.6.vol.2.vbi multos in hanc ſententiā citat,& teſtatur hāc eſſe communem opinionem,& diximus etiā ſupra dicto lib.2. de differentijs inter emphyteuſim hæreditariam,& illam, quam vocāt ex pacto differētia. Præſuppoſita aūt hac poteſtate,non eſt facienda (meo quidē iudicio) differentia, quo ad huncarticulum, quam facit Burſat.ex opinione multorum in d.cōſ.199.an emphyteuſis ſit eccleſiaſtica,quaſi iſta non tranſeat ad monaſterium irreuocabiliter, an vero ſit priuati,quaſi iſta tranſeat; quia eadē ratio viget in eccleſia,quæ in priuato:nam ſi eſt data ab eccleſia eo modo emphyteuſis,quòd poſſit tranſire ad extraneos hæredes, ſicut illa, quę eſt priuati, tranſit ad monaſterium irreuocabiliter per ingreſſum emphyteutę, quando fuit data,vt ad hæredes extraneos tranſeat: quia monaſterium dicitur hæres ingreſsi,vt concedunt doctores qui hanc differentiam cōſtituerunt in hoc articulo inter vnam, & aliam. ita debet tranſire illa, quæ fuit cōceſſa hoc modo ab eccleſia: quia concurrit poteſtas, & voluntas, quę duo totum faciunt arg.l.multum intereſt.C.ſi quis alteri,vel ſibi,cum ſimilibus.nec etiam opinio iſta, quòd emphyteuſis eccleſiaſtica non tranſeat ad monaſterium irreuocabiliter per ingreſſum emphyteutę, etiam quòd ſit conceſſa pro heredibus extraneis, po,eſt ſuſtineri ex diſpoſitione tex.in .§.emphyteuſis vero.in auth. de alienat. & emphyt.in quo Burſat.principaliter ſe fundat,inquiens,quòd fruſtratoria eſt pręſens quęſtio, ex quo eſt caſus legis ſecundum ipſum, in d.§. emphyteuſis, dum Iuſtinianus vult, ſi bona ſint emphyteutica ab eccleſia conſtituta, quia loca ſterilia erant,vel ex alia cauſa in emphyteuſim conceſſa fuerunt,& dicta bona peruenerit ad fiſcum, ad ciuitatem,aut ad curiam,aut ad alium uenerabilem locum,dari licentiā prędictę eccleſię, vel emphyteuſim ipſam auferre, infra biennium,aut di

ꝺo monaſterio relinquere,ſub eodem onere, quemadmodum erat a-
pud ingredientem : nam hæc ratio non deſtruit opinionem Bar. in d.
auth. ingreſſi num. 37.& aliorum,qui tenent emphyteuſim ad hæredes
extraneos tranſitoriam per ingreſſum emphyteutæ monaſterio irreuo-
cabiliter,& perpetuo acquiri, quia, ſicut emphyteuſis priuati ad hæ-
redes extraneos tranſitoria tranſit ad monaſteriū ꝑpetuo & irreuoca-
biliter per ingreſſum emphyteutæ, quia monaſterium dicitur hęres
ingredientis,vt concedunt ferè omnes doctores, & tranſit etiam ad fi-
ſcum, quia fiſcus eſt loco hæredis,ut ſcriptum reliquit Iulius Cla. in d.
§.emphyteuſis. queſt.29.& tradit ipſemet Burſa.in conſil.122.num.3
vol.primo,& ego dixi ſupra lib. 2. de differentijs inter emphyteuſim
hæreditariam,& illam,quam vocant ex pacto, differentia 35. ita em-
phyteuſis conceſſa ab eccleſia eo modo,quòd ad hæredes extraneos
tranſire poſſit,per ingreſſum emphyteutæ perpetuo debet monaſterio
acquiri,& in fiſcum tranſire : quia dato quòd nomine hæredis extranei
monaſterium, & fiſcus contineantur, & quòd emphyteuſis eccleſiæ
poſſit concedi, vt ad hæredes extraneos tranſeat, oportet etiam con-
cedere, quòd eccleſia non poſſit iſto caſu emphyteuſim à monaſterio
7 auferre, nec à fiſco : quia dominus etiam pro ſuis neceſſitatibus, em-
phyteuſim ſemel ualide conceſſam ijs,qui ſunt in inueſtitura compre-
henſi, auferre non poteſt,donec obſeruant pacta, Iaſ.in l.2.num. 181.
uerſ.nunquid diſpoſitio.l. ædem. C.de iur.emphy. Gra.conſil.79. nu.
primo.uol.primo Pariſ.in conſil. 86.numero primo uol.4. Hier. Gabr.
conſil 88.num.3.reg.quod ſemel placuit.de reg. iur. in 6. & ſicut non
poteſt dominus priuati conceſſionem factam, donec durat, reuocare,
ita non poteſt etiam eccleſia hoc facere : quia non reperitur iure cau-
tum, quòd eccleſia poſſit alienationem ualide factā reuocare : nec ob-
ſtat text. in d.§.emphyteuſis,in auth. de alienat,& emphy. quia tex. ſo-
8 lum ibi præſupponit, quòd emphyteuſis eccleſiæ peruenit ad fiſcum,
uel monaſterium, ſed quando,& quomodo, ſeu quo iure ad eum per-
uenerit, ibi non declaratur; ergo dicendum eſt, quòd de facto fiſcus
illam rem occupauerat, non autem ad illum ex confiſcatione de iure
peruenerat, ut colligitur ex uerbis Bart.in.l.ſi finita.§.ſi de uectigalib.
ff.de dā.infecto, dum dicit,quòd eccleſia à fiſco poterat rem vendicare,
& ſic præſupponit, quòd in fiſcum non ſit tranſlatum dominium, &
quòd fiſco non competat ius retinendi, vt docet Ruin. in conſilio 23.
num. 35.ver.nec etiam obſtat,vol. 5.qui inquit,quòd idem clarius ꝑ-
ſupponit Imol.in c.ex parte,col.6.numero 22.extr.de feud. vbi conclu-
dit,quòd ſi emphyteuta eccleſiæ cōmittat delictum, propter quòd bo-
na publicantur,& res occupetur per fiſcum, erit in electione eccleſiæ,

an ve-

an velit rem recuperare, an vero velit rem dimittere pœnes fiſcum recipiendo penſionem prædictam, per text. in d. §. 1. in auth. de alienat. & empht. nam verbū illud occupetur, quo vtitur Imol. ſignificat, quòd de facto res ad fiſcum peruenit. l. ſequitur. §. item ſi occupaueris. ff. de vſucap. & ſic in d §. 1. in auth. de alienat. & emphyt. non dicitur, quòd emphyteuſis eccleſiæ, quæ eſt data, vt ad hæredes extraneos tranſeat, poſsit reuocari a monaſterio, vel a fiſco per eccleſiā, quando illa res ad fiſcum, vel monaſterium de iure peruenit, vt ē in ſupradicto caſu, quādo emphyteuſis fuit conceſſa pro ſe, & hæredibus extraneis, quia cum monaſterium, & fiſcus loco hæredis ſint, res dicitur per ingreſſum religionis emphyteutæ, vel publicationem bonorum ipſius, ad eos vti vocatos ex inueſtitura de iure peruenire, & non de facto, & cum res ſit eo modo data, vt ad monaſterium, vel fiſcum tranſire poſsit, non poteſt amplius auferri, vt dictum eſt ſupra: ſed ſolum diſponitur in d. §. 1. fauore fiſci, & religioſorum locorum, vt eccleſia, vbi res emphyteutica ad monaſterium, vel ad fiſcum de facto peruenit, poſsit apud eos emphyteuſim eis de facto obuentam relinquere, recipiendo penſionem annuam, quòd etiā colligitur ex gl. in d. §. 1. in auth. de alienat. & emphyt. in verbo, emphyteuſi ſoluta, quod verbum gl. exponit, ideſt diſſoluta, & conſequenter præſupponit emphyteuſim non durare, & ſic de facto, & non de iure, apud fiſcum, vel eccleſiam emphyteuſim eſſe, quę ex diſpoſitione illius textus poteſt apud eccleſiam relinqui, niſi eccleſia concedens velit eam reuocare, & in iſtis terminis intelligendus eſt ibidem Bart. ne ſit ſibi contrarius, in d. auth. ingreſsi. C. de ſact. eccleſ. nec obſtat, quòd per ingreſſum monaſterij efficiatur deterior conditio eccleſiæ concedentis, ſi res monaſterio perpetuo acquiritur, tum quia imputandum eſt eccleſiæ concedenti, quòd rem conceſſerit pro heredibus etiam extraneis, cum potuerit ſcire, & præuidere, quòd ita concedendo poterat ad fiſcum, vel ad eccleſiam tranſire, vt tradit Bart. in d. auth. ingreſsi. num. 37. in 2. lectura. C. de ſacr. eccleſ. tum quia attēta hac ratione idem concludendum eſſet in emphyteuſi priuati: quia viget eadē ratio. l. illud. ff. ad l. Aquil. cū alijs vulgaribus, & ex quo doct. omnes tenent emphyteuſim priuati, quæ eſt pro hæredibus extraneis conceſſa, per ingreſſum religionis emphyteutæ monaſterio ingredientis perpetuo, & irreuocabiliter acquiri, idem etiam concludendum eſt in emphyteuſi eccleſiæ, tum quia non reperitur ratio diuerſitatis inter vnam, & aliam, vt ſupra dixi, tum quia communior opinio eſt, quòd etiam emphyteuſis eccleſię conceſſa pro hæredibus extraneis tranſeat irreuocabiliter in monaſterium per ingreſſum emphyteutæ, vt teſtatur Bero. in d. conſ. 94. num. 10. vol. 1. licet in pūcto iuris poſſet alia ratio

ne

ne ſuſtineri, ꝙ ſupradicta ẽphyteuſis nõ trãſeat irreuocabiliter & ꝑpe
tuò in mõaſteriũ ingrediẽtis, ſiue ſit eccleſiaſtica, ſiue ſit priuati, q̃a cõ
ceſſio ĩ ẽphyteuſim ẽ cõtractus. Iaſ. In l. Gallus. §. inſtituẽs. col. 6. nu.
28. ff. de lib. & poſt. & ſtricti iuris. Cum. in cõſ. 166. nu. 1. viſa copia, q̃m
ſeq̃tur Iaſ. in l. ſi q̃s id ꝙ. col. 4. nu. 33. ff. de iuriſd. omnium iud. Rui. in
conſ. 35. col. 2. num. 2. vol. 2. Angel. in l. 1. num. 1. C. de iur. emphyt. Iaſ.
in prẹlud. feud. num. 34. in fine, vbi teſtatur hanc eſſe communem opi
nionem, Rol. a Valle in conſ. 93. num. 15. vol. 2. & verba in contra-
ctibus ſtricti iuris, proprie, & ſtricte accipiuntur l. quicquid aſtringen-
9 dæ, vbi doct. de verb. obligat. capitulo cum dilecti. extr. de donat. &
in illis non receditur a verbis, l. 1. §. ſi is, qui nauem, ff. exercit. act. &
monaſterium vere, & proprie non dicitur hæres ingredientis, ſed per
quandam ſimilitudinem: quia ſicut hæres defuncti in bonis illius vni
uerſaliter ſuccedit l. hẹreditas nihil. ff. de reg. iur. ita monaſterium vni
uerſaliter in bonis ipſius ingredientis, d. auth. ingreſsi, & auth. ſi qua
mulier. C. de ſacr. eccleſ. vbi Bart. num. 15. & ſeq. hoc probat, & tra-
dit etiam Abbas in dicto c. in præſentia. extr. de probat. & poſt ipſum
ibidem Bero. num. 471. & ſeq. inquiẽs, quòd idem eo loci voluit gloſ.
final. in princ. quæ dicit, quòd ingrediens monaſterium fingitur habe
re hẹredem, & eſſe loco hæredis, non eſt vere, & proprie hẹredem eſſe,
cum in his, quẹ facti ſunt, ſeu quẹ principaliter à facto proueniunt, a-
liud ſit ẽẽ talẽ, aliud eſſe loco talis, lꝫ ſecus ſit in ijs, q̃ ſimpliciter iuris
ſũt, ut ꝑ Bat. in l. ſi maritus. §. legis iuliæ. ff. de adult. & in l. ſi js, q ꝓ ẽ-
ptore. ff. de vſuc. Cũ ergo ẽẽ hẹredẽ ꝓueniat a facto iux. not. in l. ꝓ hẹre
de, & in l. gerit. ff. de acq. hær. & aliud ſit ẽẽ hẹredẽ, aliud loco hæredis
ꝙ cõſtat ex bonorũ poſſeſſore, q loco hæredis ẽ, & tamẽ nõ ẽ hæres ſĩ
pliciter, ſed loco hæredis, vt in §. quos autẽ. inſtit. de bon. poſſeſſ. & ꝙ
eſt tale ſecundum quid, uel loco talis, non eſt proprie tale l. hoc lega-
tum. ff. de leg. 3. quod etiam magis late probat Bero. loco ſupra citato
& reſpondet ad contraria, ſequitur etiam, vt emphyteuſis conceſſa à
priuato, vel ab eccleſia pro ſe, & hæredibus etiam extraneis, nõ poſſit
ex tenore inueſtituræ ꝑpetuò, & irreuocabiliter acquiri monaſterio ꝑ
ingreſſum emphyteutẹ, niſi ubi emphyteuta ingrediens condidiſſet
teſtamentum, & monaſterium, quod ingreditur, inſtituiſſet hæredẽ: q̃a
tunc monaſteriũ diceretur ꝓprie hæres, vt ꝑ Ber. d. c. in p̃ſentia. nu.
472. extra de prob. ſed ubi ingrediens ante profeſſionem non cõderet
teſtamentum, monaſterium acquireret hanc emphyteuſim durante ui-
ta ipſius ingredientis tantùm ꝑ ea, quæ dicam infra nu. 12. & ſeq. qc-
quid ſcripſerit Burſatus in dicto conſilio. 199. quia eius deciſio
quò ad caput, quòd emphyteuſis acquiſita pro ſe, & hæredibus, uel

pro ſe, filijs, & deſcendentibus, non acquiratur monaſterio in uita
ipſius ingredientis in terminis, in quibus nos loquimur, falſa eſt, nec
vllo modo tenenda, ut patet ex his, quę ipſemet Burſat. citat in d.
conſ. num. 12. & aliæ rationes Burſati hoc non probant: quamuis e-
11 nim monaſterium ſecundum magis communem opinionem ſubſtitu
tum non excludat, ubicunq; facta eſt ſubſtitutio ſub hac conditione
Si ſine liberis deceſſerit ex ſuo corpore legitime procreatis, vt per O-
ctau. Cacher. deciſ. 126. num. 18. & alios, quos Burſat. citat ad hoc
propoſitum, & monaſterium habeatur loco ciuilis, ſeu legalis filij,
nec ſit uere filius, nec nepos, vt dicam infra num. 14. non tamē propre
rea ſequitur, quòd monaſterium duranre uita ingreſſi emphyteuſim
non retineat; quia, ex quo ingreſſus eſt monaſterium, quod poſſi-
dere poteſt bona in communi, dicitur ciuiliter mortuus quo ad mun
dum: ſed tamen hæc mors ciuilis emphyteutę non omnino æquipara
tur naturali. Ideo ſubſtitutus non ſtatim poſt profeſſionem ingreſſi
admittitur, vt fit, quando ingreditur monaſterium omnino incapax,
ſed ſuccedente poſtea morte naturali ipſius emphyteutę, Ioan. Maria
Riminal. conſ. 481. num. 4. & 8. vol. 3. Capra d. conſil. 182. Ruin. d.
conſil. 131. num. 18. uol. 1. Alex. in l. ex facto. §. ex facto. num. 5. ff. ad
Trebell. & alij, quos citat Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit.
7. num. 8. nam ex quo expectanda eſt iſto caſu mors naturalis ipſius in
greſſi, vt ſubſtitutus admittatur, uel ut emphyteuſis ad dominum cō
cedentem redeat, tes tranſit in monaſterium per viam ſucceſſionis
ex diſpoſitione auth. ingreſſi. C. de ſacr. eccleſ. & capitulo ſi qua. §.
nunc autem. 19. quęſtionē ultima, eo modo, quo poteſt, & non quo
ad ſubſtantiam utilis dominij, ſed quo ad commoditatem percipien-
di fructus, durante vita ingreſſi, qui videtur pro ecçleſia poſſidere
ſecundum Baldum in dicto capitulo poſt ceſſionem. num. 14. de prob.
& declarat Aret. in conſ. 10. ſub numero ſecundo. verſiculo ſicuti etiā
uidemus: nam ſatis eſt, quòd monaſterium iſto caſu, quo ad domi-
num, & alios comprehenſos liberas ædes habet, & cum durante
vita naturali ingreſſi vtile dominium non poſſit ad eccleſiam domi-
nam, vel ad alios comprehenſos pertinere, expectandus eſt aduen-
tus ſucceſſoris in illo vtili dominio, ut in ſimili inquit Alexand. in
conſilio vigeſimo tertio. ſub numero decimo tertio. verſiculo & ſimi-
liter reſpondeo ad ſextum. uolumine primo. Retenta autem commu-
ni opinione, quòd emphyteuſis conceſſa pro extraneis hęredibus
tranſeat perpetuò, & irreuocabiliter in monaſterium per profeſ-
ſionem ingreſſi, eam extende, vt uendicet ſibi locum, etiam
quòd in inſtrumento conceſſionis fuiſſet appoſitum pactum, quòd in
eccleſiam

eccleſiam,& potentiorem alienari non poſſet: quia illud pactum operatur quo ad certam eccleſiam nominatam, non autem quando monaſterium ingrederetur, vt volunt doct. communiter, Dyn. Bart. Angel. & alij in l. ſi ita quis. ℱ. ea lege. ff. de verb. oblig. ut inquit Bero. queſt. 70 num. 5. & tradunt ſupracitati doct. nam nõ obſtante, quòd emphyteuſis non poſſit alienari in potentiorem perſonam. l. fin. C. de iur. emphyteutico, & nõ obſtante ſupradicto pacto, emphyteuſis ſupradicta per ingreſſum religionis emphyteutæ monaſterio acquiritur; quia pactũ illud operatur quo ad alienationem particularem ipſius rei, non autẽ quo ad translationem, & ſucceſsionem uniuerſalem omnium bonorũ, iurium, & actionum, & eorum, quæ iuris, & facti ſunt, ut eſt trãſlatio, & ſucceſsio, quæ fit per ingreſſum monaſterij, quę non dicitur facto hominis, ſed legis, & canonis diſpoſitione ipſo iure fieri, ut declarant omnes ſupracitati doct. & Iaſ. in d. ſi ita quis. ℱ. ea lege. num. 15. uerſ. circa principalem deciſionem, & num. ſeq. ubi poſtquàm retulit opinionem Imol. in d. c. in præſentia, ſub num. 20. qui cenſuit ex mente Ant. de Butr. emphyteuſim non tranſire in monaſterium, quando fuit cautum in inſtrumento conceſsionis, ut non poſſit alienari in eccleſiam propter expreſſam prohibitionem, quia iſta alienatio ſurgit ex facto hominis uoluntario, cum actus ingreſſus religionis ſit volũtarius, defendit ex mente Aret. alteram opinionem, quòd ſtante etiam ſupradicto pacto emphyteuſis per ingreſſum religionis emphyteutæ monaſterio acquiratur, quam dicit eſſe veriorem, & magis communem.

12 QVANDO autem emphyteuſis eſſet recepta pro ſe, filijs, & nepotibus, aut pro ſe, filijs deſcendentibus, tunc per ingreſſum religionis emphyteutę monaſterio acquiritur, reuocabiliter tamen: quia ſolum ad uitam ipſius ingredientis acquiritur monaſterio, deinde ad eccleſiam dominam reuertitur, ne illi fiat præiuditium, argumento l. Statius. ℱ. Cornelio. ff. de iure fiſci, vt tenet Bald. in auth. niſi rogati numero duodecimo, & decimo tertio. C. ad treb. Bald. & Bart. in d. auth. ingreſsi. C. de ſacroſanctis eccleſijs, numero trigeſimo octauo, & ſeq. & ibidem Caſtr. numero vigeſimo ſeptimo. licet ipſe conſtituat differentiam inter emphyteuſim eccleſiaſticam, & illam, quę eſt priuati. idem Baldus in capitulo poſt ceſſionem. num. 14. extr. de probat. & in c. 1. ſub num. 1. de milite uaſallo qui. arm. bell. deponit. & ibid. Affl. nu. 3. & in c. qui clericus nu. 10. ſi de feudo fuerit contr. inter dom. & agn. Spec. in ℱ. nũc aliqua. queſtione. 153. & 154. numero. 181. & ſequ. titulo de locato, Felinus in dicto capitulo in præſentia. ſub numero 49. & ibidem Dec.

ſe emphyteuſim iure proprio,ſed iure emphyteutæ ingreſsi monaſte-
rium,ſequitur,vt reſoluto iure emphyteutæ propter mortem natura-
15 lem ipſius ingreſsi,reſoluatur etiam ius ipſius monaſterij, l. lex vecti-
galis.ff.de pigno.& arg.l.nemo plus iuris.de reg. iur. Quamuis Bero.
in d.c.in præſentia.num.420.ſenſerit,quòd poſsit contrarium teneri:
quia ſi monaſterium habetur loco filij, & liberorum, iſtud debet eſſe
perpetuò, non autem ad tempus:nam inconueniens eſſet, quòd mona
ſterium,quod ſemel factum eſſet de filijs, deſineret eſſe filius,& multa
tranſeunt cum vniuerſali translatione,quæ aliàs non tranſirent.c.ex li-
teris,de iur.patronat.l.quædam cum.gloſ.ff.de acq.rerum domin.cum
alijs adductis ibidem per Bero:cuius dictum mihi non placet:quia em
phyteuſis recepta pro ſe,& filijs ingreſſu emphyteutæ in monaſteriũ
tranſit ex eo,quòd monachus,qui non eſt mortuus mundo quo ad ali-
menta, illã retinet,& pro monaſterio poſsidet,& non ex eo, quòd mo
naſterium ſit verè filius, & talis,quòd de eo contrahentes in inueſtitu
ra intellexerint:quia,ſi hoc eſſet,emphyteuſis iſta poſſet etiam titulo
particulari in ipſum monaſterium irrequiſito domino alienari, cum
alienario emphyteuſis poſsit fieri in potentiorem,quando ille,in quẽ
ſit alienatio,eſt de perſonis in inueſtitura comprehenſis, vt dixi infra
De cauſa priuationis ob alienationem irrequiſito domino factam, in
duodecima ampliatione.num.7.quod tamen eſt falſum,vt patet ex ſu-
pra deductis,& ex his, quæ ſcribunt communiter doct. in d. c. in præ-
ſentia,& in d.l.ſi ita quis.§.ea lege.de verb. obligat. dum concludũt,
quòd emphyteuta non poteſt tit.particulari hanc emphyteuſim in ec-
cleſiam transferre,ſed ſolum translatione vniuerſali,quæ ipſo iure fit
in monaſteriũ de quolibet iure,& de omnibus bonis, quę erant penes
ingredientem, ex canonis, & legis diſpoſitione: quæ etiam tranſla-
tio non poteſt plus iuris in monaſterium transferre, quàm eſſet apud
16 ipſum ingredientẽ. d.l.nemo plus iuris.de reg.iur.& l.traditio.de acq.
rerum dom.cum ſucceſsio monaſterij non debeat mutare rei conditio
nẽ,l.ij.§.ex his.ff.de verb.obligat.cũ ſimilibus.Quare hac ratione pu
to poſſe ſuſtineri deciſionem Bero. quo ad dominam eccleſiam in d.
quæſt.70.num.4.vt ſtantibus alijs perſonis in inueſtitura comprehẽ-
ſis in illo caſu ipſa eccleſia domina poſt mortem ingreſsi non poſsit a
monaſterio emphyteuſim auocare:quia monaſterium quo ad eccleſiã
dominã,& reſpectu illius ẽphyteuſis liberas ædes habet l.loci corpus
§.cõpetit.ff.ſi ſeruit.vẽd. l.fi.C.de rei vẽdic.ſed nõ puto poſſe defẽdi
ſi alię ſorores ex iure accreſcẽdi vocatę, vt ipſe pſupponit,velẽt ẽphy
teuſĩ a monaſterio vẽdicare;qa ſoror coẽphyteuta,ingrediẽdo mona-
ſteriũ,nõ potuit alijs ſororib' ex clauſula iuris accreſcẽdi vocatis, iura

17 ſua auferre,arg.l.id quod noſtrum.de reg.iur. cum ſimilibus. Alij ta-
men in hac quæſtione aliter diſtinguunt,& inquiunt,quòd,ſi monaſte
rium eſt incapax emphyteuſis, monaſterio non acquiratur, ſed ei de-
betur æſtimatio,Ruin.conſil.206.nu.20.uol.2 vbi hanc communem
dicit ex ſententia Specul.in d.§.nūc aliqua,quæſt.117,num.143.tit.
de locato.Qui tamen Specul.loquitur,quando monaſterium ex titulo
donationis,legati,uel inſtitutionis vult ad emphyteuſim admitti, nō
autem quando ex ſucceſsione inteſtati admitti petit;ad quod propoſi
18 tum citatur a Ruin.in d.conſilio. Alij uero dicunt,quòd emphyteuſis
per ingreſſum emphyteutę tranſit in monaſterium, ſed quòd eccleſia
domina poteſt,ſi vult,emphyteuſim intra biennium reuocare,Specul.
in d.§,nunc aliqua.nu.146.quæſt.120.& nonnulli alij ex ſupra cita-
19 tis doct.in d.c.in p̄ſentia.de prob.Nunquid aūt dominus teneatur hoc
declarare intra biennium a die,quo emphyteuta profitetur,uel a die,
quo naturaliter moritur,ponit Felyn.in d.c.in præſentia.ſub num. 49.
in fine,licet hoc non determinet: veruntamen ego in hac quæſt. puto
eſſe diſtinguendum,ut ſupra dixi, uidelicet quòd, ſi emphyteuſis eſt
hæreditaria,quę poſsit tranſire ad extraneos hæredes,de quo articulo
20 diximus ſupra lib.4.de varijs ſtipulationum formis,quæſt. tranſeat
perpetuò,& irreuocabiliter in monaſterium per ingreſſum emphyteu
tæ ſecundum communem,de qua ſupra:ſi vero ſit pro hæredibus non
extraneis,vel pro filijs,& deſcendentibus,tranſeat in vita ipſius ingre-
dientis:de qua re vide etiam Palat.Ruu. in rubric. de donat. inter vir.
& vxor.§.16.num.13.Guliel, Benedict.in c.Raynut. in uerbo & uxo-
rē nomine Adalaſiā tertia deciſione.extr.de teſtam. & illud nota quòd
melioramenta in emphyteuſi facta indiſtincte tranſeunt in monaſte-
rium; quia illa dicuntur propria ingredientis, & ad hæredes etiam
extraneos tranſeunt, ut tradit Bero. in d. capit. potuit numero 126.
de locato.

QVEMADMODVM autem emphyteuſis ob ingreſſum mona
ſterij incapacis bonorum in communi,& in particulari, redit ad alios
comprehenſos,& ſi ipſi non extant,ad dominum, quia perinde eſt, ac
ſi emphyteuta ingreſſus eſſet naturaliter mortuus, ut ſupra eſt dictum:
21 ita emphyteuſis non hæreditaria,quæ confiſcari non poteſt ob delictū
patratum;ad alios comprehēſos, uel ad eccleſiam dominā redit, quā-
do ēphyteuta fuit bannitus,& ad mortē condēnatus cū publicatione
bonorū:nā is,qui amiſit ſtatū,& bona ob cōdēnationem;habetur pro
mortuo,ut not.gl.in §.relegati.inſt.Quib.mod. patr. pōt. ſoluitur. &
gl.in c.guerram.in tit.hic finitur lex Corradi.& not.Specul. & Ioann.
Andr.in tit.de inſtrumentorum edit.§.compendioſe.uerſ.quid de ban

nito,

nito,num.5.Bart.in l.ſeruum quoq;.§.publice.ſub.num.1.ff.de procu
rat.& ſicut per mortem naturalem emphyteutæ,emphyteuſis accreſce
ret alijs,vel reuerteretur ad dominum, quia finita eſſet emphyteuſis:
ita reuertitur ad alios comprebenſos in inueſtitura, uel ad dominum
ob dictam mortem ciuilem,cum is, qui amiſit ſtatum,& bona habea-
tur pro mortuo,ita in terminis Ruin.in cõſ.117.num.5.8.& Paulo an-
te num.17.& in conſ.155.num.12.uol.1.idem Ruin.in conſ.23.num.
34.& num.36.uerſ.non obſtat.uol.5.Ioan.Baptiſt.plot.in conſ.130.
num.66.uol.1.conſiliorum criminalium diuerſorũ,Alex.poſt Ludou.
Rom.in l.ſi finita.§.ſi de uectigalibus,ſub num.34.ff.de dam.infecto,
& idem Alex.in conſ.23.num.5.iunctis his, quæ tradit num.9.uol.1.
Bero.in conſ.66.num.21.& in conſ.114.num.40.& nu.54.& ſeq.uol.
1.Alcia.conſil.34.tàm ſubtiliter,& copioſe num.4. Imol. in c.potuit.
num.59.de locato.Bald.in l.ſi quis presbiter.num.2.C. de epiſcop. &
cleric.Paul.de caſtro in l.in inſulam.num.2.ff. ſol.matrim. & ibidem
Bald.& Salic.Bar.in in l.3.§.eum qui in fine.ff.de interdict. & releg. &
22 in ſimili facit,quòd ſicut filius ſubintrat locum patris,ut concurrat cũ
patruo in ſucceſsione,ita ſubintrat eius locum patre uiuente,ſi eius pa
ter ob ciuilem mortem ſit factus incapax ſucceſsionis,Alex.conſil.75
23 num.13.vol.1.& debet etiam habere eius legitimam ob ciuilem mor-
tem patris,ſicut ob eius mortem naturalem,vt diſputando rem ad par
tes concludit Roland. à Valle in conſil 97.num.34.in ultimo dubio.
uol.2.& bona mariti ſi fuerint tranſlata ad fiſcum ob eius crimen,& v-
xor eius ſit pauper, uxor debet habere quartam, iuxta auth. præterea
C.unde vir.ac ſi maritus uita deceſiſſet,ut tradit gloſſ.penul.in auth.bo
na damnatorum.C.de bon.præſcr.& ibidem Bald.nu.3.& reliqui oẽs
interpretes teſte Soc.in conſil.131.nu.1.lib.4. quos refert & ſequitur
Ant.corduba in l,ſi quis à liberis.§.ſi quis ex his.numero.50.ff.de lib.
agnoſcend.

24 AMPLIATVR primo id,quòd dictũ eſt emphyteuſim,quæ non
poteſt tranſire ad hæredes extraneos,& conſequenter nec ad fiſcum,vt
ex communi doct.ſententia tradunt Alcia.in conſil. 522.ſub num.6.
Alex.in d.conſil.23.num.4 & 5.uol.1.Ruin.in d.conſil.117.in princ.
uol.1.Roland.à Valle in conſil.29.num.18.& ſeq.vol.3.Ruin.in con-
ſil.23.num.34.uol.5.Burſat.conſil 122.num.3.uol.1.Iul.clar.lib.4.
ſenten.receptar.in §. emphyteuſis quæſtione 29.AEgidius Boſſ. titu
lo de bonorum publicatione numero 60. Quint. Mandoſ. in addit.
ad repertorium inquiſitorum hęret.priuitatis in verbo confiſcatio ſub
litera K, & alij quos citauimus ſupra de differentijs inter emphyteu-
ſim hæreditariam, & eam, quam uocant ex pacto, differentia ut

reuertatur ad dominum; nec tranſeat ad fiſcum, etiam quòd emphy-
teuta fuerit condemnatus ob crimen læſę maieſtatis,& ob dictam cau-
ſam amiſerit ſtatum;& bona,vt notat Gemin.in vltimo notab. & notãt
alij in c.Felicis.de pœnis.lib.6.& ſcriptum reliquit Ruin.in conſ.117.
num.5.& in d.conſ.155.num.9.& ſeq.& in conſ.149.ſub nu.12. verſ.
non obſtat etiã,quòd bona,vol.1.Oldrad.in conſ.17 Boer.deciſ.264.
nu.7.& ſeq.Gigas in tract. de crimine læſæ maieſt.in rubr.quæſt.5. nu.
1.cum ſeq.Viuius in ſuis communibus opinionibus. part. 2. opinione
71.prope finẽ,qui ambo hanc communem dicunt, quam latiſsime de
fendit Bero.in d.conſ.114.ante num. 38. verſ. venio ad vltimum du-
bium,vſq; ad finem illius conſilij .vol. 1. vbi concludit, emphyteuſim
receptam pro ſe,filijs,& nepotibus ob crimen læſę maieſtatis ad fiſcũ
25 non tranſire,ſed ad eccleſiam reuerti,etiam ſtantibus filijs, & nepoti-
bus,vt videtur ét tenere Ruin,in d.conſ.117.num.5.vol.1.quia in cri-
mine læſę maieſtatis filij priuantur ex delicto patris,l.quiſquis.C.ad
l.Iuliam maieſt.Cæterum aduertendum eſt,quod in emphyteuſi rece-
pta pro ſe,filijs,& nepotibus,ſuper qua conſuluit Bero.in d.cõſ.valde
dubitabilis videtur eius deciſio in eo,quòd concludit ſtantibus filijs,
& nepotibus ex inueſtitura vocatis,emphyteuſim ad eccleſiam redire,
26 & ad ipſos filios,& nepotes non tranſire: quia ad huiuſmodi emphy-
teuſim filij dicuntur vocati vti filij,& nõ vt hæredes,Bart.in l.3.§.cũ,
qui in fine.ff.de interdict.& releg.& in l.huiuſmodi.§.ſi liberti.num.4.
ff.de oper.libert.Alex.conſ.8.num.1.vol. 3. vbi hanc communem di-
cit.Ruin.in conſ.48.num.4.vol.1.Ideo filij propter delictum læſę ma-
ieſtatis ab eorum patre commiſſum ab hac emphyteuſi non excludun
tur,vt docet Henric.Boic. in c. vergentis,ſub num.6.ver. in illis vero.
de hæreticis:& quamuis Soc. in conſ.266.num.40.verſ.poſtremo non
omitto,vol.2.dicat,ex ſententia eiuſdem Henric.Boic.in c. in quibuſ-
dam.de pœnis.ſpeciale eſſe,vt ob delictum læſæ maieſtatis tranſeat in
fiſcum;id tamen non eſt verum, vt conſtat ex ſupradictis auctoribus.
neq; etiam Henric.Boic. in loco citato per Soc. tenet id,ad quod ipſe
eum allegat: quia ſe remittit ad tradita per ipſum in d.c. vergentis. de
27 hæret.vbi concludit,vt ſupra dixi,& ratio eſt;quia filij, & nepotes di-
cuntur hanc emphyteuſim habere nõ ab eorũ patre,q pro eis fuit ſtipu
latus,ſed a vero domino,& eccleſia concedente,a qua pater illam ha-
buit,l.mortis cauſa capi.§.1.& ita ibi vult Bar.ff.de donat.cauſa mor
tis.& in l.ſi mihi,& Titio.ff.de verb.obligat.Bald.in l.1. in fine.C. per
quas perſonas nobis acquiratur.& poſt ipſum Ruin. in d.conſ.48.nu.
5.vol.1.& docet etiam Didac. Couar. lib.2.variarum reſolut.cap.18.
num.2.verſ.3.concluſio,per tex.in c.1.in princ. de ſucceſſ.feud. ideo

cum

cum habeant emphyteuſim a domino concedente, non ab eorum pa-
tre, qui deliquit, delictũ patris in emphyteuſi huiuſmodi filijs nõ præ-
28 iudicat; quia pœna l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. habet locum dunta-
xàt in his, quæ a patre deſcendunt, non autem in his, quæ aliunde filijs
obueniſſit, vt dicit tex. in l. ij. ff. de interdict. & releg. & declarat Gram.
deciſ. 6. nu. 14. p tex. & not. in l. ſi emancipatũ, in fine. de ſenat. & p Bar.
29 in conſ. 118. vol. 1. & per mortem ciuilem ob delictum commiſſum a
patre emphyteuſis non reuertitur ad dominum, vbi ſuperſunt filij cõ-
prehenſi in inueſtitura: quia ipſi admittuntur, & non dominus, ut de-
clarat Ruin. conſ. 23. ſub num. 36. uerſ. non obſtat. uol. 5. uerum, quia
Ruin. in d. conſ. 115. num. 13. uol. 1. tenet idem, quòd filius excluda-
tur ab emphyteuſi recepta pro ſe, filijs, & nepotibus, quando pater fuit
priuatus ex crimine læſæ maieſtatis, per tex. in c. Felicis. de pœnis in 6.
ut tenet etiam Capra reg. 77. num. 9. cogita an ſit uera eorum deciſio.
quia. §. ſi qua uerò feuda. d. c. Felicis. in quo uidetur fundata eorũ opi
nio, priuat delinquentem ipſo iure feudis, locationibus, officijs, &
beneficijs ſpiritualibus, uel temporalibus ab eccleſiis obtentis, non
autem filios, & nepotes, & . §. ſubſequens, licet priuet filios, & nepo-
tes per rectam lineam deſcendentes ob delictum patris beneficio, &
dignitatibus, non tamen priuat eos bonis, & dominio rerum, quas non
habent a patre, ut eſt emphyteuſis recepta pro ſe, filiis, & nepotibus,
quam ipſi a domino, non ab eorum patre dicuntur habere. Ideo uide-
tur, quòd non ſint priuandi hac emphyteuſi, ut ſupra dixi, per deciſ. 6.
Gram. num. 14. & d. l. 2. C. de interd. & relegat.

30 AMPLIATVR ſecundo, ut emphyteuſis recepta pro ſe, filijs,
& nepotibus ob crimen læſæ maieſtatis non tranſeat in fiſcum, ſed ad
dominum concedentem, uel ad alios ex inueſtitura uocatos, reuerta-
tur, etiam quòd fuerit conceſſa cum pacto, ut primus receptor poſſit,
& ualeat ad eius libitum, & uoluntatem alienare emphyteuſim tàm in
ter uiuos, quàm in ultima uoluntate ad præiuditium aliorum compre-
henſorum, & quòd filius poſſit alienare in præiuditiũ nepotis, & unuſ-
quiſq; ex comprehenſis in præiuditium alterius comprehenſi, ut ho-
diernis temporibus fiunt inueſtituræ in patria mea Vrbini, & ſi prima
fronte uideatur reſpondendum contrarium: quia propter licentiã alie
nandi in præiuditium alterius cõprehenſi in inueſtitura conceſſam em
31 phyteuſis uidetur hereditaria, & ad extraneum heredem tranſitoria, &
conſequenter ad fiſcum peruenire poſſe, ſicut tranſit in fiſcum, quando
emphyteuſis conceſſa fuit pro ſe, & quibus dederit: nam propter illud
uerbum, Quibus dederit, uidetur data poteſtas alienandi pro libito uo
luntatis, & operatur, ut emphyteuſis eccleſiæ tranſeat ad extraneos he
redes.

des,Dec. in conſilio. 171.numero.2.Curtius iunior. in conſilio. 4. nu. 3.& in conſ.131.num.2.Bart.Soc.in conſ.266.ſub num.32.vol.2.Aegid.Boſſ.tit.de publicat.bonorum.num.60.ſub poteſtate enim alienādi videtur comprehendi etiam alienatio tacita ad not.per Curt.iun.in d.conſ.4.num. 5. & quemadmodum, quando prohibita eſt alienatio
32 fauore alterius, & non fauore ipſius alienantis, res prohibita alienari non poteſt in fiſcum mediante delicto per prohibitum commiſſo transferri,Bart.in l.imperator.ff.de fideicommiſſ.libert.& in l. ſi quis in tantam,num.12.C.vnde vi,Ruin.in conſ.124.vol.2. Alex. in d.conſ. 23. per totum vol.1. ita permiſſa alienatione emphyteuta delinquēdo debet poſſe bona in fiſcum transferre,Soc.in d.conſ.266.num.38.vol.2.
33 contrariorum enim eadem eſt diſciplina l.1.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur.l.in fundo.ff.de rei vendicat.& idem debet operari propoſitum in propoſito,quod oppoſitum in oppoſito l.fin.de l.3. Quod etiā confirmatur,quia ob crimen læſæ maieſtatis omnia bona confiſcantur
34 d.l.quiſquis.C.ad l.Iul. maieſt.quorum bonorū appellatione emphyteuſis continetur,l.tem in bonis.ff.de acq.rerū dom.Specul.in.§.nunc aliqua,tit.de loc.verſ.156.Dec.conſ.389.in fine.Ruin.cōſ.25. nu. 5. vol.1.cum igitur emphyteuta delinquendo dicatur conſenſiſſe in pœnam.l.imperatores.ff.de iur.fiſci.gloſ.in l.1.§.beſtias, in verbo hono-
35 rari.ff. de poſtul.nam conſentiens delicto, quod eſt præparatio, & antecedens, ad pænam.l.quæſitum.ff.Qui,& quib.l.aliud eſt frauſ.ff. de verb.ſignificat.dicitur conſentire in pœnam,quæ eſt conſequens ad
36 delictum,Imol.in c.in noſtra.de iniur.& dam.dat.nam conſentiens antecedenti videtur conſentire conſequenti.l.quoties.C.de iudic.l.ad rē mobilem.ff.de procurat. & emphyteuta dicitur alienaſſe bona in fiſcū ad præiuditium aliorum comprehenſorum,quod ipſi eſt permiſſum ex forma pacti inueſtituræ,quę alienatio cum ſit permiſſa tàm inter viuos,
37 quàm in vltima voluntate non reſtringitur ad vitā alienantis,ſed perpetuo valet in præiuditium comprehenſorū,Ruin.conſ.109.num.13. lib.2.nec videtur refragari,quòd emphyteuta,qui habet licentiam a-
38 lienandi,in potentiorem alienare non poſsit,pro vt eſt fiſcus, Iaſ. in l. fin.in 9.notab.num.28.C.de iur.emphyt.Ruin.in conſ. 143.num. 11. vol.1.Iulius Clarus in.§.emphyteuſis,quæſt.22.lib.4.ſent.recept.& quòd ſicut expreſſe in potentiorem alienare non poteſt, ſic nec tacite delinquendo, arg.l.cum quid.ff.ſi cert.pet.quia licet emphyteuta nō poſsit alienare in potentiorem per viam contractus, poteſt tamen alienare per viam confiſcationis bonorum: nam iſta alienatio non ſit immediate per emphyteutam, ſed ex iuris diſpoſitione, vt declarat Alexan.in lege. ſi finita.§.ſi de vectigalibus, ſub num. 36. ex mente

Imol.

Imolę.ff.de damno infecto,& etiam quia ſecundum Specul.in.§.quoniam,num.64.tit.de feud,& Alex.loco citato,fiſcus teneretur ad inſtátiam domini cedere ius ſuum alicui priuato,a quo facilius penſionem dominus habere poſsit. Veruntamen ſupradictis non obſtantibus, cũ hæc quæſtio obueniſſet ſuperioribus annis in Ciuitate Vrbini, quia fiſcus prætendebat ob crimen læſæ maieſtatis confiſcare emphyteuſim receptam pro ſe, filijs,& nepotibus,ex quo recepta fuerat ab eccleſia cum pacto,quòd vnuſquiſq; comprehenſorum poſſet alienare tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate ad præiuditium alterius comprehenſi,& ex quo diſpoſitum eſt etiam in capitulis initis inter Clerum,& commune eiuſdẽ ciuitatis,quòd liceat vnicuiq; emphyteutæ cuicũq; extraneo vendere,donare,in dotem dare, vel quouis alio tit. alienare inter viuos petita licentia,licet non obtenta,& quòd emphyteutæ Archiepiſcopatus,in quorum perſonis linea finiret,poſsint petita licentiá,licet non obtenta,in teſtamento,& in qualibet vltima volũtate ipſam rem eis conceſſam relinquere, & in ea hæredes inſtituere, vt plenius in dictis capitulis continetur, & e conuerſo filij illius,qui delictũ commiſerat,tãquam ex inueſtitura vocati prætẽdebant emphyteuſim ad ipſos pertinere,& confiſcari non poſſe ob tale delictum, conſultus reſpondi ad fauorem filiorum contra fiſcum,prout etiam nunc reſpondendum puto:primo,quia emphyteuſis eſt recepta pro ſe, filijs,& ne-
39 pòtibus vſq; in tertiam generationem, nec tranſit ad hæredes extraneos:quia filij dicuntur vocati,vti filij,& non vti hęredes.Bart.in l.3.§.eum,qui.ff.de interd.& relegat.& in l.iuſiurandi.§.ſi liberti.num.4.ff.de oper.libert.Alex.in cõſ.8.num.1.lib.3.vbi hanc communem dicit,Ruin.in conſ.48.num.4.vol.1.& in d.cõſ.117.col.1.eod.volumine:nam,cum ſit facta mentio de filijs,hęres extraneus non dicitur cõprehenſus,vt inquit Ruin.in d.conſ.117.cõmuniter teneri,qui loquitur etiam in fortioribus terminis, quando ſtipulatio fuit facta pro ſe, filijs,& hæredibus:ideo publicatis bonis patris ob crimen læſæ maieſtatis,dico emphyteuſim non tranſire in fiſcum,ſed remanere apud filios,Bart.in d.l.3.§.eum,qui.ff.de interd.& relegat.Caſtr.in l.ſi inſulam,ſub num.2.ff.ſolut.matri.Henric.Boic.in d.c.vergentis, ſub num.6.de Hęretic.nam cum ſupradicta emphyteuſis non poſsit tranſire ad hæredem extraneum:ita nec mero iure tranſire poteſt in fiſcum,qui eſt
40 lòco hęredis extranei,& nõ eſt de liberis.l.iura libertorum,& ibi not.Bart.ff.de iur.patronat.notat etiam Bald.in l.1.num.3.C.de bon.libert.& iur.patronat. tradit Alex.in d.conſ.23.vol.1.Bart.Alex.Caſtrenſ.& cõmuniter doct.in d.l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff de dam.infecto,Ruin.in d.conſ.117.vol.1.Aegid.Boſſ.tit.de bonorum publi-

catio-

catione,ſub num.60.Burſat.conſ.122.num.3. vol.1.quibus in locis
omnes fatentur,emphyteuſim non poſſe confiſcari,quando non eſt trã
41 ſitoria ad extraneos hæredes. Secundo moueor ex doctrina Bald. in c.
feudum.ſi de feud.fuer.contr.inter domin.& agnat.vbi vult,quòd ſub
iſta poteſtate alienandi in feudo conceſſa,non cõprehendatur illa,quę
inducitur ex delicto, puta ex diſpoſitione.l.ſi quis in tantam.C.vnd.
vi.quia intelligi debet de propria,& vera alienatione; nam in contra-
42 ctibus verba proprie,& ſtricte intelliguntur l.quicquid aſtringendę.ff.
de verb.obligat.ideo dicta licentia alienandi in inueſtitura conceſſa
non comprehendit alienationem ex delicto,vt tradit etiam Tiraq. de
legibus cõnub.in fine gl.5.num.158.quod etiam confirmatur ex tra-
43 ditis per Diaz. in ſua practic.crimin.canonica.cap.124.col.9.in prin:
pag.mihi 233.vbi tradit ex ſentẽtia Alex. quòd peculium profecti-
tium publicatis bonis filij non publicatur, etiam ſi datum fuerit a pa-
tre cum poteſtate diſsipandi,quia non intelligitur cogitatum de deli-
cto;faciunt,quę tradit Dec.in conſ.193.num.3.& ſub num.5.col.pe-
44 nult.de verbo Cui dederit. Tertio in hanc ſententiam venio:quia licẽ-
tia alienandi in inueſtitura cõceſſa debet intelligi de alienatione,quæ
fit expreſſe,vt colligitur ex not.per Bart.in l.qui Romæ.in.§.duo fra-
tres.in 8.quæſt.ff.de verb.obligat.& per Alex.in con.199.nu.10.vol.
2.vbi quærit,ſi in inſtrumento diuiſionis fuit appoſita clauſula, ad ha
bendum,tenendum,vendendum,& alienandum, an dicatur renuncia-
tum fideicommiſſo,& cõcludit ſequuta alienatione dici fideicommiſ
ſo renunciatum,& emptorem inquietari non poſſe, alienatione vero
non ſequuta, ex illa licentia de alienando non parari præiuditium ad
fideicommiſſum,l.ſicut.§.ſuperuacuum,&.§.pen.Quib.mod.pig.vel
45 hypoth.ſoluitur,nam ſi intelligeretur de alienatione, quæ tacite fit,
ſemper pararetur præiuditiũ,tanquàm alienatio eſſet ſequuta,qa mo-
riens dicitur tacite vocare venientes ab inteſtato, & in eos tacite di-
ſpoſuiſſe,l.conficiuntur,ff.de iur.codicill.cum ſimilibus,Curt.iun. in
d.conſ.4.ſub.num.4.& ſi verba inueſtituræ,vt primus receptor poſsit
alienare in pręiuditium ſecundi emphyteutæ, & ſecundus in præiudi-
tiũ tertij,intelligerẽtur etiã de alienatione, quę fit tacite& nõ verbis
expreſsis,ſequeretur,quòd clauſula iuris accreſcendi in eodem inſtru
mento expreſſa nunquàm haberet locũ,& eſſet fruſtratoria:qa decedẽ
te vno emphyteuta ad alium ſuperſtitem iuxta tenorem pacti non de-
ueniret,ſed ad hæredes defuncti:quia diceretur tacite de emphyteuſi
diſpoſuiſſe in venientes ab inteſtato,quod eſt contra l.ſi quando.de le
gat.1.c.ſi Papa.de priuileg.in 6.& doctr. Bald. in rub. C. de contrah.
empt.quæſt. 9. Quod quidem fundamentum comprobaui in caſu ſu-

per

per quo conſului ex verbis inueſtituræ:quia cautum erat, vt primus re
ceptor poſſet in prȩiuditium filiorum, & ſimiliter filij in præiuditium
46 nepotum ad libitum ſuum de emphyteuſi diſponere,& dixi illa verba
Ad libitum ſuum,importare conditionem,l.ſi vir.ff. de condit. & de-
monſtr.Bart.in l. 1.num.23.ff.eod.Ruin.in conſ.42.num.25. lib. 1. &
perinde eſſe,ac ſi eſſet dictum,quòd vnus poſsit alienare ad præiudi-
tium alterius,ſi velit.Ideo de alienatione expreſſa,non de tacita intel-
47 ligitur licentia; quia vbicunq; alicui aliquid permititur,ſi velit, ſem-
per requiritur quòd voluntatem ſuam declaret expreſſe.l. ſi ita lega-
tum.§. ſi volet.de leg. 1.l.centeſimis.§.vltimo.de verb.obligat.Alex.
in conſ.55.num.4.lib.5.& in conſ.23.num.3. vol. 7. verba igitur in-
ueſtiturȩ,quòd vnus poſsit alienare in prȩiuditium alterius,dicebam
debere intelligi de alienatione expreſſa inter viuos,vel in vltima vo-
lũtate,& nõ de illa q̃ tacite fit; q̃a volũtas tacita nõ dicitur ꝓprie vo-
48 luntas. l.ij.§.voluntatẽ in verbo uideri cõſentire,& in,uerbo quaſi ex
volũtate.ff.ſol.matrim.Alex.in conſ.114.num.7.& 8.vol.5.vbi etiam
infert ad ſtatutum, quòd minor non poſsit contrahere ſine conſenſu
49 propinquorũ,& dicit non ſufficere tacitũ, ſed requiri expreſsũ propin
quorum conſenſum: quia in ſtatutis verba proprie accipiuntur,vt in
contractibus. Quarto,& vltimo, quia emphyteuta habens a domino
licentiam alienandi non poteſt alienare in potentiorem, vt probatur
50 ex l.fin.C.de iur.emphyt.in.§.ſin autem duorum,vbi patet,quòd em-
phyteuta poſt lapſum duorum menſium poteſt ſine conſenſu domini
emphyteuſim vendere,& tamen inquit tex.quòd non poteſt perſonis
prohibitis vendere, ut probatur etiam in c.potuit,de locato,ubi etiã
gl.in uerbo prohibentur hoc notat.& ex communi doct.ſententia ego
dicam infra de cauſa priuationis ob alienationem irrequiſito domi-
no factam in 12. ampliat. Ad ea autem, quæ in cõtrarium fuerunt ad
ducta,& ad nonnulla alia,in quibus fiſcus ad ſui fauorem faciebat fun
damentum,reſpondeo pluribus modis,& primo non poſſe dici ex eo,
quòd cautum erat in inueſtitura,ut primus receptor poſsit alienare in
præiuditium ſecundi emphyteutæ,& ſecundus in præiuditium tertij,
& unus ex comprehenſis in præiuditium alterius comprehenſi, em-
phyteuſim eſſe hæreditariam,prout dicitur,quando fuit conceſſa pro
ſe,& quibus dederit:quia in eadem inueſtitura erat etiam cautum, ut
eſt etiam cautum in dictis capitulis inter Reuerendum Clerum, &
Commune Vrbini,ut emphyteuſis non poſsit alienari niſi petita licen
51 tia.Ideo illa facultas alienandi in inueſtitura conceſſa nõ alterat em-
phyteuſis naturam,nec facit illam hæreditariam,Dec.in conſ.171.in
cauſa uenerabilium,ſub num. 3.uerſ.4.& ultimo,Curt.iun. in conſil.
130.

Ciuitatis Vrbini ſine cõſenſu domini,& eccleſiæ emphyteuſim aliena
re,cum emphyteuta volens vendere teneatur domino denunciare, &
expectare per duos menſes l.fin.C.de iur.emphyt.c.potuit.de locato.
nec intelligitur reſpectu tertij, & emphyteutæ, qui ſit in inueſtitura
comprehenſus:quia non eſt expreſſum in dictis capitulis, quòd em-
phyteuſis poſsit cuicunq; extraneo alienari etiam ad prçiuditium ter
56 tij.Ideo iſte caſus tanquam omiſſus remanet in diſpoſitione iuris com
munis l.commodiſsime.ff.de lib.& poſth.l.ſi extraneus.ff.de condit.
inſtit.& tradit in terminis loquẽdo de capitulis dictæ Ciuitatis Paul.
de Caſtr.in cõſ.244.viſo,& examinato.ſub num.3.in tertio dubio.vol.
2.& patet etiam ex eodemmet capitulo inter Illuſtrem, & Reueren-
diſſ. Archiepiſcopum,& Commune,dum cauetur,quòd emphyteutæ,
in quorum perſonis linea,ſiue conceſsio rei expiraret, poſsint petita
licentia,licet non obtenta,in teſtamento, & qualibet vltima volunta-
te ipſam rem eis conceſſam relinquere,& in ea hæredes inſtituere: er-
go a contrario ſenſu,quod argumentum etiam in contractibus eſt va
lidũm,vt per doct. communiter,& Dec.in l.1.nu.48.ff.de offic. eius,
57 cui mand. eſt iuriſd.emphyteuta,in cuius perſona linea, ſiue cõceſsio
non expirat,non poteſt, vt in d.c.permittitur,diſponere:quia incluſio
caſus lineæ finitæ eſt excluſio caſus lineę non finitæ,l. cum prætor.ff.
58 de iudic.c.nonne.de prçſumpt.quod ẽt clarius probatur ex alio capi
tulo inter R R. D D. Canonicos, & Commune, dum diſponitur, poſt
licentiam vt ſupra alienandi conceſſam, quòd Syndicus non teneatur
renouare illum, in quem fuerit facta alienatio in præiuditium potio-
ra,& meliora iura habentis, & quòd renouatio reſpectu illius non va
leat: ex qua reſeruatione clare patet, illam facultatem alienandi cui-
cunq; extraneo conceſſam eſſe quo ad præiuditium eccleſiæ, non au-
tem quo ad præiuditium tertij: quia ex una parte capitulorum decla-
59 ratur mens capitulantium in alia parte Alex.conſ.32.ſub num.2.vol.
60 7.cum ſequentia declarent præcedentia l.ſi ſeruus plurium.§.fin.de
leg.1.l.qui filiabus.ff.eod.&,cum licentia alienandi conceſſa non ſit
ad præiuditium comprehenſi,ſequitur,vt vnus ex comprehenſis delin
quendo non poſsit alteri prçiudicare. Non obſtat cõſ.Soc.266.& cõſ.
Dec.171.num.2.& Curt. iun.in conſ.4.num.3.& in cõſ.131.num.2.
quibus in locis concludunt,emphyteuſim eccleſiaſticam in bonorum
publicatione venire: quia Curt.& alij ſupracitati doct. loquuntur in
emphyteuſi conceſſa pro ſe, & hæredibus ſuis, & quibus dederit in
61 perpetuum: quæ, cum ſit hæreditaria, tranſit in fiſcum, qui venit nõ
ex eo,quòd delinquens dicatur in eum alienaſſe,ſed ex eo,quòd in di
cta emphyteuſi ſunt comprehenſi etiam extranei hæredes, & fiſcus

venit

venit tanquam in inueſtitura comprehenſus:quia eſt loco hȩredis extranei,vt eſt dictum,& non venit virtute ſimplicis alienationis,ſed cõprehenſionis inueſtituræ:quia ſtipulatio eſt, pro ſe,& quibus dederit, & cum primum res in aliquem alienatur,ille,in quem facta eſt alienatio,eſt comprehenſus,& uocatur non ex alienatione,ſed ex inueſtitura, quæ ſumit robur,& vires ab alienatione:ſecus autem in emphyteuſi huiuſmodi recepta pro ſe,filijs,& nepotibus,&,illis non extantib. pro filiabus,& nepotibus fœminis cum pacto, non in ipſa ſtipulatione,vt eſt quando recipitur pro ſe,& hȩredibus,& quibus dederit, ſed ab ipſa ſtipulatione,pro perſonis,ſeparato,quòd vnus poſsit alienare in alterius præiuditium:quia tunc facultas alienandi dicitur cõceſſa, ne comprehenſi deſcendentes poſſint alienationem reſcindere, & perinde ſit alienatione ſequuta,ac ſi filij, & nepotes non eſſent in inueſtitura nominati,non autem intelligitur conceſſa,vt ille,in quem alienata fuerit emphyteuſis, dicatur in inueſtitura comprehenſus:quia iſte tenetur nouam inueſtituram accipere, & laudemium ſoluere,vt late docet Soc.iun.in conſ.70.vol. 3. ſicuti etiam fuit obſeruatũ in Ciuitate Vrbini.Cum ergo ꝑp dictã licentiam alienandi in ꝑiuditiũ alterius nõ poſsit dici hæreditaria ſupradicta ẽphyteuſis,ſeqtur ẽt,ut non poſsit ad fiſcũ trãſire,vt cõcludunt oẽs doctores: nã cũ ſit facta mẽtio de filijs,hȩres extraneus,& conſequenter fiſcus nõ dicitur comprehẽſus,vt ex communi doct.ſententia tradit Ruin.in conſ.117.col.1.vol. 1.& tradunt alij, quos ſupra citauimus: quod tanto magis eſt dicendum,quando emphyteuſis recepta eſt ab eccleſia,cum multi ſenſerint emphyteuſim eccleſiaſticam,etiam ad heredes extraneos tranſitoriã, confiſcari non poſſe,vt per Iul.Clar.in.§.emphyteuſis.quæſt.29.verſ.

62 breuiter.vbi teſtatur, hanc eſſe magis æquam, & magis communem opinionem:quia certum eſt,quòd ex confiſcatione conditio ipſius eccleſiȩ efficiretur longe deterior,cum fiſcus ſit potentior,quàm priuatus non ſolum difficultate conueniendi,ſed etiam ex infinitis priuilegijs,quæ habet,& eo prȩſertim,quia nunquam eſſet ſpes caducitatis, cum ſemper fiſco competat in integrum reſtitutio;de quo tamen dixi ſupra hac eadem cauſa priuationis.ſub num.8.Non vrget aliud in contrarium adductum, quòd ſub poteſtate alienandi cõprehendatur etiã alienatio tacita, & quòd delinquens videatur conſenſiſſe in pœnam, & ſic in præiuditium aliorum comprehenſorum alienaſſe,quia, vt ſupra dixi,illud pactum intelligitur de expreſſa alienatione, ne ſequatur abſurdum,vt clauſula iuris accreſcendi ſit fruſtratoria, & nunquã poſsit habere effectum, & etiam quia delinquens non ſolum dicitur conſentire in pœnam improprie, quȩ improprietas non attenditur in

con-

contractu,ſed non dicitur cõſentire in pęnã,vt docet Coraſ. in repet.
l.frater a fratre. num. 20. & ſeq.ff. de cond.indebiti.Paul.de Caſtro in
l.quàm tuberonis.§.fin.nu.4.ff.de pecul.Fortun.Garzia.in l.legitima.
nu.61. ff. de pact.& q̃a ad alia fundamẽta,quæ ſupra in contrariũ fue-
rũt adducta,& quę ad fauorẽ fiſci adduci poſſunt,ex ſupradictis patet
reſpõſio,in eadẽ opinione permaneo,ut ſupradicta ẽphyteuſis ob cri
mẽ leſę maieſtatis.nõ poſſit cõfiſcari,ut ſuperiorib.annis ſup hac noua
quæſt.conſultus reſpõdi,cui conſilio ſe ſubſcripſit excellens D. Frãci
ſcus Cantuccius de Peruſio cũ quibuſdã alijs peritisſimis doctorib.

64 AMPLIATVR tertio,vt emphiteuſis ob crimen emphyteutæ,
ꝑpter ꝙ amiſit ſtatũ,& bona,ita reuertatur ad dominũ,vel ad alios in
inueſtitura cõprehenſos,ut nec ẽt cõmoditas ꝑcipiẽdi fructus, viuen-
te emphyteuta,q̃ deliq̃t,trãſeat in fiſcũ:nã,ſi iſto caſu ẽphyteuſis re-
uertitur ad dominũ, uel ad alios ex inueſtitura uocatos,q̃a ꝑinde eſt,
ac ſi emphyteuta eſſet naturaliter mortuus, ut dicũt doct.quos ſupra
citauimus,& ꝓbatur ex d.l.ſi inſulã.ff.ſol. mat. vbi actio de dote patre
deportato, & ſic ciuiliter mortuo,cõſolidatur in filiã,ſicut ꝑ mortem
naturalem,& l.2.§.q̃d ſi in patris.eod.tit. Ideo fiſcus non põt capere
fructus,ſed ad eccleſiã dominã,vel ad alios ex inueſtitura vocatos ꝑti
nere debent, l.domũ.C.de rei vend. & ad plene tradita in l. at ex diuer
ſos.§.1.ff.eod.ut in terminis cõſultus reſpondit Rui.in conſ. 117. in fi
ne verſ.ex pręmisſis igitur vol.1. & idem ꝙ ẽt commoditas ꝑcipiendi
fructus emphyteuſis in uita illius,q̃ deliquit,non trãſeat in fiſcum, te
net idem Ruin. in conſil.149.& in conſil.155.nu.12.eod.uol.1.& rur
ſus in conſ.23.nu.34.& 36.uol.5.Alex.poſt Lodouic.Rom.in d.l.ſi fi-
nita.§.ſi de vectig.ſub nu.34.ff.de dam.infecto,Alex.in d.cõſ.23.nu.
8.uer.7.ꝓbatur & nu.ſeq.uol.1.Bero.in d.cõſ.114.nu.40.& ſeq.vol.1.
Imol.in d.c.potuit,nu.59.de locato. Paul. de Caſt. in d. l. ſi inſulam,
ſub nu.2.ff.ſol.ma.Bart.in d.l.3.§.eum,qui in fine. ff. de interd.& re-
leg.Io.Bapt. Plotus.in d.conſ.130.num.66.vol.1. conſiliorum crim.
diuerſorũ.Bal.conſ.284.lib.1. per totum, & præſertim num. 3. Hier.
Laur: qui communem dicit in d.l Statius.§.Cornelio.de iur.fiſci.Hie-
ro.Gabriel.Auunculus meus,& vir ſummę eruditionis in quodam ſuo
conſilio manuſcripto,vbi in fine teſtatur,quòd ſecundum hãc opinio
nem obtinuit cõtra R.Cam.Apoſt. pro Illuſt. & Reu. Card. Vrbini F.
M. cauſa ex parte camerę ſubtilisſime ac accerime defenſa, cum Ca-
mera ꝑtẽderet, viuente delinq̃nte, commoditatẽ bonorum emphy-
teuticorum cum ſupradicta facultate diſponendi in preiudicium al-
terius comprehenſi receptorum percipere debere,& alij omnes, qui
dicunt emphyteuſim, quæ non poteſt tranſire ad hæredes extraneos

ob cõdemnationẽ emphyteutę,pp quã amiſit ſtatum,& bona,nõ tran
ſire in fiſcũ,ſed ad dominũ,vel ad alios in inueſtitura cõprehenſos re
uerti: quia perinde eſt,ac ſi emphyteuta ille eſſet naturaliter mortuus
arg.d.l.ſi inſulã.ſol.matr. cũ alijs ſupra citatis:nã ſicut ſi eſſet naturali
ter mortuus cõmoditatem fructus percipiẽdi fiſcus habere nõ poſſet,
ita non poteſt hanc cõmoditatẽ percipiendi fructus cõſequi, ſequuta
ſupradicta morte ciuili emphyteutæ,quę morti naturali æquiparatur:
nam ſicut hæc mors ciuilis facit utile dominium,quod erat apud em-
phyteutam,redire ad dominum,vel ad alios comprehenſos, excluſo
fiſco,vt oẽs doct.ſupracitati pręſupponũt:ita facit ẽt ad eundẽ domi
nũ,vel ad eoſdem ex inueſtitura vocatos redire ius, & commoditatẽ
65 percipiendi fructus, excluſo fiſco, cum ad eum fructus rei pertinant,
ad quẽ rei dominium pertinet d.l.domus.C.de rei vendic.& ad tradi
ta p Bar.& alios in d.l.at ex diuerſo.§.1.ff.eod. Nec refert, quòd Nel-
66 lus in tract.de Bannitis in prima parte ſecundi tẽporis,quæſt. 24. nec
non Bald.in l.ſi qs presbyter nu.2.C.de epiſc. & clericis, Aret. in cõſ.
10.ſub nu. 2.ver.2. dico.Ruin.in cõſ.70.nu.18.vol.5.Ant.Rub. Alex.
in conſ.164.in fine.Menoch.de recuper.poſſ.remed.9.num.263.in ca
fuerint ſententia,vt dixerint,fiſcũ poſſe, quouſq; emphyteuta condẽ
natus viuit, commoditatẽ vtilis dominij percipere,quã ſententiã am
plectitur ẽt Paul.de Caſtro in d.l.ſi finita.§.ſi de vectigalib.ſub nu.6.
vbi expreſſe inquit p l.peto.§.prędiũ,de l.2.& l.Statius.§.Com.Feli
ci.ff.de iur.fiſci,quòd licet emphyteuſis eccleſiaſtica nõ tranſeat in fi
ſcũ,vel monaſteriũ quantũ ad ſubſtantiã,qa reputatur perſona extra-
nea,trãſit tamẽ cõmoditas ẽphyteuſis,pro qua aliquid ãnuũ ſoluitur,
qa illud poteſt expediri p fiſcũ,vel monaſteriũ, & cõmoditas durabit
apud fiſcum,quantum ipſum ius apud emphyteutam,licet ſubiũgat,
hoc fallere in emphyteuſi eccleſiæ Conſtantinopolitanæ: quia poteſt
per ipſam eccleſiam repeti, vt in auth. de alienat.& emphyteuſi.§.1.
& inquit not.in auth.ingreſſi,C.de ſacr.eccleſ.& idem etiã ſit dicen-
dũ de emphyteuſi aliarũ eccleſiarũ,cum diſpoſitio illius tex.ſecundũ
communẽ habeat locum etiã in alijs eccleſijs, vt per Ale.in d.§. ſi de
vectigalibus.poſt num. 30.& Iul.Clar. in §.emphyteuſis.quęſt.29.in
fine. liber. 4. ſenten. recept. nam hæc opinio vltima poteſt obti-
nere locum, quando emphyteuta condemnatus per ſententiam non
amiſit ſtatum:ſed duntaxàt bona:nam is,qui amiſit bona,& non ſtatũ,
nõ habetur p mortuo,vt tradit Bald.in l.filius,ſub nu.2.ff. de his, qui
ſunt ſui,vel alieni iuris. Ideo iſto caſu eccleſia nõ põt dicere vtile,do
miniũ ẽphyteutę ad ſe reuerſũ ob eius mortẽ,& impedire ex iſto capi
te executionẽ fiſcalem: quia fiſcus circa hoc quãtum ad eccleſiam do

minam

minam liberas ædes habet.l.ſicuti ∫.ſi quęratur. l. loci corpus. ∫.cōpetit.ff.ſi ſeruit.vendic.l.vltima.C.de rei vendic.quæ eccleſia non poteſt etiam dicere, illud vtile dominium cum directo eſſe conſolidatum; quia res ſit alienata irrequiſito domino, tum quia ex hoc capite demum poteſt admitti eccleſia, ſi declaret hoc ſe velle, Salic. in l. fin.C.de iur.emphyt.& ibidem Iaſ. num. 104. in fine. Alex. in conſil. 106.nu.4.uol.4.& ꝓpterea tex. in d. ∫. 1. vult, ꝙ eccleſia iſto caſu intra biennium debeat hoc declarare,quòd intendat rem ad ſe redire & quòd alias præſumatur,ut fiſcus eodem iure poſſit illam retinere, vt optime declarat Ruin. in d.conſil.117. ſub num. 7. & num. 12. & in d.conſil. 155.num.12.vol.1.quibus in locis etiam inquit, quòd nō poteſt reddi ratio, quare iſto caſu præfixum ſit biennium ad declarandum,tum quia meo quidem iudicio,& fortaſſe melius dici poteſt,

67 quòd eo caſu, quo emphyteuta condemnatus amiſit bona, & non ſtatum,utile dominium ad eccleſiam dominam,vel ad alios comprehenſos ob talem condemnationem non reuertitur; quia is non habetur pro mortuo,Bald.in l.filius. ſub num.2.ff.de his,qui ſunt ſui,uel alien.iur.nec tranſit ad fiſcum; quia ipſe illud acquirere non poteſt, cū non fuerit conceſſum pro hæredibus extraneis,& fiſcus ſit loco hęredis extranei.l.iura libertorum,& ibi not.Bart.ff.de iur. patron. nec etiam remanet apud ipſum cōdemnatum,cum ipſe ſit bonis ſententia priuatus:ſed tranſit in fiſcum ex iuris diſpoſitione per uiam confiſcationis bonorum eo modo,quo poteſt,& non quo ad ſubſtantiam utilis dominij,ſed quo ad commoditatem percipiendi fructus durante vita condemnati: quia condemnatus videtur pro fiſco poſſidere, ſicut emphyteuſis recepta pro ſe,& filijs tranſit in monaſterium capax bonorum durante vita ingreſſi: quia monachus videtur pro eccleſia poſſidere ſecundum Bald.in c.poſt ceſſionem.num.14.extr. de prob. vt diximus ſupra hac eadem cauſa priuationis.num.12.& declarat Aret.in d.conſil.10.ſub num.2.verſic.ſicuti etiam videmus, per l. cum in fundo.∫.1.de iure. dot.& l. neceſſario.∫.fin.ff.de peric.& cōmodo rei uend.& alia iura,quę citat; quia ſatis eſt,quòd fiſcus iſto caſu quo ad dominum,& alios comprehēſos liberas ædes habet, & cum durāte uita condemnati vtile dominium non poſſit ad eccleſiam dominā, vel ad alios comprehenſos pertinere,expectandus eſt aduētus ſucceſſoris in illo utili dominio, vt in ſimili inquit Alex.in d.conſil.23.ſub num.13.uerſic.& ſimiliter reſpondeo ad 6.uol.1.

68 SECVS autem eſt, quando emphyteuta ob condemnationem amiſit non ſolum bona, ſed etiam ſtatum: quia cum tunc habeatur pro mortuo, Bald. in dicta lege filius. ſub numero ſecundo.de

E 2 his,

verſ.& ita dicit ibi gl.& declarat Ruin.in d.conſ.117.col.fin.verſ.vel melius reſponderi poteſt, dum ſe remittit ad rationem,quam aſſignat Bar. in d.§. ſi de vectigalibus,dum loquitur de peculio aduentitio, & reddit rationem,quare etiam alienatione legali, & per viam confiſcationis ex delicto filij alienari non poteſt, quia alienatio eſt prohibita fauore alterius ſcilicet patris, vt declarat etiam idem Ruin. in cōſ. 23.num.ij.in principio illius numeri, & rurſus eodem numero verſ. & hac ratione,vol.5.quæ reſponſio redditur etiam magis clara, & vera ex pacto, quod communiter ſolet apponi in inueſtituris in Ciuitate Arimini, quòd non liceat emphyteutæ rem conceſſam vendere, alienare,vel aliter obligare ſine licentia eccleſię petita habita,& obtenta: quia ex quo vltra prohibitionem legis alienandi adeſt etiam prohibitio domini concedentis, emphyteuſis etiam durante vita delinquen-
70 tis nō pōt tranſire in fiſcum:nā vbi concurrit legis, & hominis prohibitio,fideicommiſſum nō tranſit in fiſcum durante vita condemnati, nec eſt locus diſpoſitioni d.l.Statius.§.Cornelio Felici.ff.de iure.fiſci, vt tradit Bero.quæſt.41.ſub num.5.per tex.& ibi not.per Bar.in l. Imperator.ff.de fideicommiſ.libert. & per ea, quæ in terminis conſuluit Alex.in d.conſ.23.vol.1.quē ſequitur AEgid. Boſſ. de bonorum publicat.num.34.& Curt.iun.in conſ.120.num.10. & ſeq. vbi teſtatur, hāc eſſe cōem opinionem, quam tenet etiam Boer.deciſ.278.nu.6.
71 Non obſtat alia ratio Caſtr.in d.§.ſi de vectigalibus,& Aret.in d.cōſ. 10.ſub num.2.verſ.ſicuti etiam uidemus,quòd ſicut emphyteuſis per ingreſſum monaſterij capacis bonorum trāſit in monaſterium quo ad commoditatem fructus in vita ingreſsi, ita debet tranſire in fiſcum: quia mors ciuilis, quæ inſurgit ob ingreſſum monaſterij capacis bonorum,nō æquiparatur omnino morti naturali,vt declarat Bar. in d. auth.ingreſsi in 2.lect.num.38.& ſeq. ſicut æquiparatur mors ciuilis ob cōdēnationē,pp quā quis amittit ſtatū,& bona,vt not.gl.in §. re leg.inſti.quib.mod.ius patrię poteſtatis ſoluitur,et gl.in c.guerrā.tit. hic finitur lex Corrad.& notāt alij ſupra cit. doct.& Boer. in d. deciſ. 278.nu.8.& 12.Ideo nō pōt inferri,quòd cōmoditas ēphyteuſis trāſeat in fiſcū durāte vita cōdēnati,ſicut trāſit in monaſteriū in uita ingreſsi:quia adeſt diuerſa rō,& argumētum a ſimili nō ualet data diuerſitate rationis l.a Titio.ff.de uerb.obligat.& ibi doct.

72 DECLARATVR,quod dictū eſt,ēphyteuſim ad dominū reuerti,quādo ēphyteuta ob eius delictū fuit bānitus,& cōdēnatus ad mortem cum publicatione bonorum, ut non habeat locum, quando fuit bannitus, & taliter condemnatus in contumaciam uigore ſtatuti, ſi in fortiam communis bannientis uenerit: quia iſte non efficitur ſer-

DE CAVSA PRIVATIONIS OB RENVNCIATIONEM.

1 *EMPHYTEVTA ob renunciationem, quam de re emphyteutica facit, iure ſuo priuatur.*

2 *RENVNCIATIO ſi ſit realis, comprehendit omnem caſum, & perpetuò durat, &, deficientibus alijs ex inueſtitura vocatis, emphyteuſis non ad ipſum renunciantem, ſed ad dominum reuertitur, & quomodo hoc intelligendum num. 4.*

3 *RENVNCIATIO quando dicatur realis, vel perſonalis, & quomodo præſumatur in dubio.*

4 *EMPHYTEVTA nõ poteſt domino inuito emphyteuſi renunciare.*

5 *ACTVS nullus ex conſenſu alterius partis tantùm conualidari nõ põt.*

6 *IVS, quod non acquiritur domino per renunciationem, remanet apud ipſum renunciantem.*

7 *FEVDVM cum ſeruitio certo conceſſum, vt vaſallus ſeruat de vno equo, vel certa quantitate pecuniæ, a vaſallo, inuito dño, renunciari non põt.*

8 *HABENS vſumfructum in re, ſi renunciat vſufructui in manibus alterius tertij, vſusfructus proprietati conſolidatur.*

9 *QVANDO emphyteuta renunciat rem domino, emphyteuſis non trãſit in eum libera ab hypotheca, ſeruitute, & alijs oneribus: ſed cum hypotheca, ſeruitute, & alijs oneribus ab ipſo renunciante impoſitis.*

10 *RENVNCIATIO, quando fit contemplatione alicuius certæ perſonæ, dicitur perſonalis, & prodeſt ſolum illi, ad cuius fauorem facta eſt, & nihil prodeſt domino, nec nocet renuncianti, quominus mortuo illo, ſeu illis, quorum fauore renunciauit, emphyteuſis remaneat penes ipſum renunciantem, & ad dominam eccleſiam non reuertatur.*

11 *PACTVM non porrigitur, niſi ad eum, ad quem intereſt paciſcentis vt porrigatur*

12 *IVS, quod non acquiritur illi, cui fit remiſſio, remanet apud ipſum remittentem.*

13 *EXCEPTIO acquiſita illi, cui fit remiſſio, eius auctori prodeſſe nõ dȝ.*

14 *GENERALIS remiſſio intelligitur rebus ſic ſtantibus, non autem noua cauſa ſuperueniente.*

15 *RES inter alios acta alteri non acquirit.*

16 *RENVNCIATIO facta contemplatione certæ perſonæ èxtinguitur cum ipſa perſona, ad cuius contemplationem facta fuit.*

17 *FILIA dotata a patre, quæ renunciauit fratribus; poteſt poſtea ſuccedere, non obſtante renunciatione, ſi fratres adhuc viuo patre moriantur.*

18 *EMPHYTEVTA renuncians omni iuri, quod habet, & habere poteſt in emphyteuſi, non intelligitur renunciaſſe emphyteuſi, quæ poſt mortem alterius decedentis ſine filijs ad ipſum peruenire debebat ex clauſula iuris accreſcendi.*

19 *RENVNCIATVM non dicitur iuri ex noua cauſa ſuperuenienti, etiam quòd renunciatio ſit cum iuramento, de iure, quod ipſe renuncians habet, vel habere ſperat.*

20 *IVRAMENTVM in contractu appoſitum recipit eas qualitates, & conditiones, quas recipit contractus, ſuper quo interponitur.*

21 *IVRAMENTVM facit actũ valere omni meliori modo, quo poteſt, quando additur contractui, in quo adeſt defectus ſolennitatis, non aũt quando additur, contractui, qui non poteſt valere ex defectu ſubſtantiæ, aut ex defectu conſenſus, nec facit, vt diſpoſitio extendatur ad incogitata de facto.*

22 *PROMITTENS cum iuramento non venire contra diuiſionem non dicitur fideicommiſſo renunciare ſecundum communem doct. opinionem.*

23 *EMPHYTEVTA renuncians cum iuramento omni iuri, quod habet, & habere poteſt in emphyteuſi, ex iure poſtea ſibi ſuperueniente ex clauſula iuris accreſcendi ad emphyteuſim admittitur, non ſolum, vt dominam eccleſiam excludat, ſed etiam, vt ſit vocatus vnà cum alijs emphyteutis, qui ſunt ex eodem iure vocati, & ad quorum fauorem renunciauit.*

24 *EMPHYTEVTA renuncians omni iuri, quod habet in emphyteuſi tàm ex cauſa de præſenti, quàm ex cauſa de futuro, ex iure accreſcendi poſtea ſibi ſuperueniente ad emphyteuſim non admittitur.*

25 *EMPHYTEVTA, ſi tempore, quo emphyteuſi renunciauit, habebat ſolam ſpem ſuccedendi in ea ex iure accreſcendi poſt mortem alterius; intelligitur illi iuri accreſcendi renunciaſſe, & eo ipſo, quòd pars allegat, quòd nullum aliud ius competebat renuncianti, dicitur fundata intentio allegantis, & onus probandi contrarium in aduerſarium transfertur.*

26 *IVRI ſuccedendi ex pacto inueſtituræ non dicitur renunciatum per diuiſionem factam inter comprehenſos cum remiſſione iuris, quod quis habet & habere ſperat, etiam ſi vni res allodialis, & alteri tota emphyteuſis aſſignetur.*

27 *IS, cui in diuiſione obuenit res allodialis, ſi poſtea propter ius accreſcendi ſibi ſuperueniens ab alio emphyteuſim euincat; de euictione ei non tenetur, niſi ſit promiſſum in diuiſione de euictione, quæ ſequeretur ex natura rei, ſeu ex præordinatione auctoris, vel niſi is, cui in parte obuenit emphyteuſis, ignoraſſet eius qualitatem, & putaſſet illam eſſe allodialem, vel niſi ex coniecturis id eſſe actum appareret.*

28 PER *diuiſionem emphyteuſis cum remiſſione iuris, quod quis habet, & habere ſperat in emphyteuſi, dicitur renunciatum iuri ſuccedendi ex pacto poſt mortem alterius, quādo renuncians conſtituit procuratorem in rem ſuā illum, cui fit renunciatio, ita, vt poſſit ſuper dictis rebus agere, & ſe tueri, & omnia facere, quæ ipſe conſtituens facere poſſet, cum licentia alienandi, & diſponēdi: nam ſequuta alienatione renuncians dicitur excluſus a iure accreſcēdi poſt mortem alterius, præſertim ſi adſuit iuramētum.*

29 PER *diuiſionem cum ſupradictis clauſulis factam nō dicitur renunciatum iuri accreſcēdi poſt mortem alterius, quando diuidens, cui obuenit res allodialis; expreſſe prouidet cum altero, cui obuenit emphyteuſis, canonem ſolui, ne res cadat in commiſſum, vel quādo verba ampla, & prægnantia reſtringerēt ſe ad tempus præſens diuiſionis, & renunciationis, vel quādo adeſt clauſula derogatoria in cōtrarium, vel inæqualitas renuntiationis, vel diuiſio fuit facta duntaxat quo ad vſumfructum.*

30 PER *diuiſionem cum ſupradictis clauſulis prægnātibus dicitur renunciatum iuri accreſcēdi poſt mortem alterius in emphyteuſi quo ad effectum, vt alijs in inueſtitura cōprehēſis, quorum fauore fit renuntiatio; emphyteuſis acquiratur, nō autem, vt poſt eorum mortem emphyteuſis ad dominum reuertatur excluſo renunciante, vel ſuis hæredibus, qui eſſent in inueſtitura comprehenſi, niſi renunciatio eſſet generaliter in rem nō expreſſa perſona.*

31 RENVNCIATIO *ſupradicta obeſt ipſi renunciāti, & eius hæredibus, nō autem filijs, & nepotibus ex inueſtitura vocatis, qui non tanquam hæredes renunciantis; ſed ex perſona propria propter ius accreſcendi petunt ſe ad emphyteuſim admitti, ſi emphyteuſis ſit non hæreditaria, ſed ex pacto.*

32 . QVOD *procedit etiam, ſi renuncians promiſerit per ſe, & ſuos hæredes emphyteuſim non petere, & is, qui petit emphyteuſim iure proprio; ſit hæres renunciantis.*

33 EMPHYTEVSIS, *cui pater renunciauit, promittendo per ſe ſolum, & ſuos hæredes illam non petere, ſi poſtea eſſet liberata, & facta allodialis ex indultu apoſtolico, ſuperſtite patre renunciante; ad eam filius, etiam iure proprio, & eius perſona admitti non poſſet.*

34 SI *vnus ex comprehenſis renunciat iuri accreſcendi in emphyteuſi ad fauorem vnius, puta Titij, recipientis pro ſe, & ſuis hæredibus, an pars emphyteuſis, ſeu ius remiſſum accreſcat omnibus emphyteutis, vel ſolum Titio, & ſuis hæredibus in inueſtitura comprehenſis.*

35 VBI *in renunciatione fit mentio perſonæ, renunciatio dicitur perſonalis, & non realis.*

36 RENVNCIATIO *facta contemplatione vnius non extenditur ad aliam perſonam.*

37 *RENVNCIATIO filiorum in manibus patris de hæreditate materna, quę ipſis filiabus ab inteſtato erat delata, an cedat duntaxat ad commodum patris, an vero ad commodum etiam filiorum maſculorum, qui pro alijs partibus erant hæredes dictæ eorum matris ab inteſtato.*

38 *SI duobus ſororibus vna cum fratre ſit delata hæreditas patris, & vna nubens facit pactum fratri de non petendo hæreditatem paternam, pactum nō prodeſt alteri ſorori, ſed ſolum fratri, cui pactum factum fuit.*

39 *ET an id procedat, ſi filia non adiuit hæreditatem, cui renunciat.*

40 *IN hæreditate portio portioni accreſcit, non perſona.*

41 *IVS accreſcendi in emphyteuſi non dicitur propriè ius accreſcendi, ſed ius ſuccedendi ex pacto, ideo ad illud admittitur etiam is, qui nullam emphyteuſis portionem habet.*

1 OCTAVA ex cauſa iure ſuo priuatur emphyteuta ob re-
nunciationem, quam de re emphyteutica facit c. 1. de
eo, qui finem facit agnato de feudo paterno, &. §. fini-
tur. verſ. item finitur. inſtit. de vſufr. quæ ſi ſit realis cō-
2 prehendit omnem caſum, & perpetuò durat, & deficien
tibus alijs in inueſtitura comprehenſis, aut ex iure accreſcendi voca-
tis, nō redit ad ipſum renunciantem, ſed ad eccleſiam, ſiue dominum,
non ratione pacti, vt ex eo acquiratut actio, vel exeptio, quia non in-
tereſt ſua alteri acquiri, vt in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de verbo-
rum obligationib. ſed ratione abdicationis factæ a ſe, ſicut, ſi tu
haberes vſumfructum in fundo Titij, & ipſum vſumfructum re-
nunciares mihi, licet non interſit tua acquiri domino, tamen, quia
a te abdicas, reuertitur ad dominum de ſui natura, & conſolidatur cū
proprietate d. §. finitur. inſtit. de vſufruct. vt declarat Paul. de Caſtro
in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 4. de verborum obligat. qui dicit
hoc probari, ſi bene inſpiciatur, in d. c. 1. de eo, qui finem fecit agna-
to de feudo paterno, quem ſequitur Ruin. in conſ. 166. num. 11. vol. 1.
cuius opinionem, quando renunciatio eſt realis, vt, ſi facta ſit renun-
ciatio, ſeu pactum non ſolum pro ſe, & hæredibus, & deſcendentibus,
ſed ēt pro omnibus, & quibuſcunq; ſucceſſoribus, & pro omnibus ha-
bētibus cauſam ab ipſo recipiente renunciationē, & pactū, poſſe ſalua
ri, & defendi ait Bero. in cōſ. 130. nu. 77. verſ. ſed præmiſsis nō obſtā-
tibus. vol. 2. ex mente Alex. in d. §. duo fratres, col. pen. verſ. niſi illa re

nuncia-

nunciatio, qui tamen Alex. ſi bene eius dicta perpendantur, hoc non
ſentit, ſed hoc expreſſe ibidem firmat Ioan. Crot. num. 150. verſ. ſecũ
dus caſus eſt, quia, quando renuncians fuit huius propoſiti, vt renun-
ciare velit ad vtilitatem cuiuſcunq; habentis ius in illa re, vt eſt, quan
do realiter renunciat; tunc valet renunciatio etiam ad fauorem tertij
abſentis: nam renũciatio facta parte abſente iuri, quod habetur in re,
eſt valida, vt tradit Bar. quem ipſe citat, in l. non ſolum. § . liberatio-
nis verba. ff. de liber. legata. per tex. in l. poſtq; liti. C. de pactis. vt tra-
dunt etiam Anto. & alij Canoniſtæ in c. ſi cautio. de fide inſtrum. quã
diſtinctionem amplecti videtur etiam Ripa in d. § . duo fratres, num.
88. dum reſpondet ad tex. in d. c. 1. de eo, qui fin. fecit agnato de feu-
do pater: & inquit illum tex. facere pro opinione Bartoli, niſi ſit facta
omnimoda renunciatio, ideſt in fauorem cuiuſcunq;: quia tunc pro-
deſt etiam domino, vt ante eum in d. § . duo fratres, nu. 30. tenuit Aret.
& cenſuit etiam Roman. in conſ. 22. in ſecundo dubio, dum firmat eũ,
qui renunciauit emphyteuſi ꝑ acceptilationẽ, & Aquilianã ſtipulatio
nem, ad eam amplius admitti non poſſe, & deficientibus alijs in inue
ſtitura comprehenſis ad dominum reuerti, quem ſequuntur Grãmat.
decis. 57. num. 42. & Afflic. in d. c. 1. ſub num. 3. de eo, qui finem fe-
3 cit agnato de feud. pater. q̃a renũciatio dicitur realis: vbi ẽt declarat,
quando renunciatio dicatur realis, vel perſonalis, & quomodo præſu
matur in dubio: & in eodem loco docet etiam Bald. quam ſentẽtiam,
vt renunciatio, quando eſt realis, proſit etiam eccleſiæ, ſeu domino,
nec amplius poſsit reuerti emphyteuſis ad ipſum renunciantem,
ego veram puto, dummodo renunciatio ſit realis, & non contempla-
tione certæ perſonæ, & ſit facta in manibus domini, vel notario ſtipu-
lanti pro omnibus, quorum intereſt, & ius habent in emphyteuſi: quia
4 emphyteuta non poteſt domino inuito emphyteuſi renunciare, Specu
lat. in. § . nunc aliqua. verſ. 128. nu. 154. titul de locato, Collect. poſt
Petr. Bon. in c. potuit. col. 1. verſ. ſed nunquid poteſt, ext. de locat. Al-
beric. in l. prætor. § . hoc edicto. col. 1. ff. de dam. infecto, & in l. ſed an
vltro. § . 1. ff. de neg. geſtis, & l. imperator. in princ. de leg. 2. Bald. in l.
cum fructuarius. ff. de vſufruc. & in l. tractatum eſt, circa medium. ff.
de iudic. quos vnà cũ multis alijs refert, & ſequitur Tiraq. de retract.
lignag. § . 34. in gloſ. 1. num. 2. & tenuit Abb. in conſ. 94. in quæſt.
hæredum. ſub num. 4. verſ. & ſic non poteſt emphyteuta, vol. 2. Ideo
non refert, quòd renunciatio ſit realis, ſi fiat domino abſente, vel no-
tario eius nomine non ſtipulante: quia reſpectu ipſius domini eſt inua
lida, nec poteſt ab ipſo ratificari, cum non ſit eius nomine facta, reg.
5 ratum de reg. iur. in 6. cum ibi notat. per Din. iunctis præcedentibus

doctrinis,

doctrinis,& etiam quia actus nullus conualidari non poteſt ex con-
ſenſu alterius partis tantum,Corn.in conſ.71.col.2. vol. 2. per l.con-
tractus,& quod ibi Cyn.not. C.de fide inſtr.quem refert, & ſequitur
Aim.in conſ.39.num. 13. & cum ſit inualida renunciatio,nullum effe
ctum producere poteſt,tum quia par eſt,non eſſe factum, vel nulliter
factum l.nõ putauit.§.non quæuis. ff.de bon.poſſeſ.contra tabul.l.4.
§.condemnatũ. ff.de rei iudic.cum ſimilibus.

6 TVM quia ius,quod nõ acquiritur domino per renunciationem,
remanet apud ipſum renunciantem,vt tradit Bar. in d. §.duo fratres.
quæſt.10.per l.nec vtilem.ff.Quib.ex cauſ.maiores, & melius proba-
tur ſecundum Aret.in l.cum quis.§.ſi debitorem. ff. de ſolut. nec iſto
caſu,quo ẽphyteuta realiter renunciauit domino abſente, poteſt ſu-
mi arg.ex d.c.1.de eo,qui finem fecit agnato de feudo paterno.cũ feu
dum aliquando renunciari poſſit inuito domino,& in hoc differat ab
emphyteuſi,c.1.& vnico de vaſal.qui contra conſtit.Lothar. vbi nu.
6. Bald. hoc not. & tradita in d. c.1.de eo,qui finẽ fecit agnato,ſunt
intelligenda,quãdo renunciatio realis fuit facta in manibus domini,
vt eodem loco ſupplet Bald.nam tunc dicitur omnimoda renunciatio
vt declarat Iacob. de ſancto Georg.de feud. in verbo & vnus ex dictis
vaſallis.num.7.vel facta eſt de feudo, cui poteſt inuito domino renun
7 ciari,vt eſt feudum,quod datum eſt cum ſeruitio indeterminato:nam,
ſi cum ſeruitio certo conceſſum eſſet,puta, vt vaſallus ſeruiat de vno
equo,vel certa quantitate pecuniæ,huic feudo vaſallus inuito domi-
no renunciare nõ poſſet,vt tradit Afflict. in c.1.§.ſimiliter poteſt. nu.
124.de capit.qui cur. vendid. & tradunt alij in locis, quos citat Ti-
raq.de retract.lignag.§. 34. in gl.1. num. 6. Ideo nec de eo renuncia-
8 tio realis facta domino abſente valeret,vt ſupra eſt dictum,nec etiam
poteſt ſumi argumentum ex d. §.finitur: quia, quamuis, ſi ille, qui
habet vſumfructum in re, renunciet vſuifructui in manibus alicuius
tertij; uſusfruct.proprietati conſolidetur.§.finitur.inſtit.de uſufruct.
& ſic renũciatio proſit domino proprietario:illud tamen eſt,quia pro
hibita eſt ceſsio uſusfructus,& eiuſdẽ in alterũ tranſlatio, & in pœnã
cedẽtis uſumfructũ lex ſtatuit,ut proprietati cõſolidetur, d.§. finitur
& l.uſusfructus.ff.de iure.dot.quę rõ ceſſat in emphyteuta renuncian
te,ut cõſiderat Crot.nu.137.Ripa ſub nu.8.& alij in d.§.duo fratres.
l.q Romæ.de uerb.obliga.ſuſtineri igitur poteſt ſolũ opinio Caſtren
ſis,ut renunciatio proſit ẽt domino,quando eſt realis,& facta ipſo p̃-
ſente,uel notario etiam pro ipſo ſtipulante,ut ſupra docui.

9 PRAETEREVNDVM tamen non eſt, quòd, quando em-
phyteuta renunciat rem domino; emphyteuſis non tranſit in eum li-

bera

bera ab hypotheca,ſeruitute,& alijs oneribus,ſed cū hypotheca ſeruitute,& alijs oneribus ab ipſo renunciante impoſitis, ut concludit Bald.in cōſ.371.Maſſiolus uol.1.Petr.Iacob.in tit. de act.in rem pro re emphyt.col.11.uerſ.item eſt notandnm.Maſuer.in tit.de locato.§.item utilis dominus,& Ioan.Rayn.in c.1.§.habito,cart.10.in paruis, uerſ.quæro,an uaſallus poſsit imponere,tit. de prohib.feudi alien. p Frideric.& Guid.Papa deciſ.575.emphyteuta poteſt, quos omnes refert,& ſequitur Tiraq.in d.§.34.in gloſ.1.nu.9.de retract. lignag. licet num.7.antecedenti nonnulla adducat in contrarium. Si autem

10 renunciatio ſit perſonalis, vt eſt, quando fit contemplatione alicuius certæ perſonæ,exempli gratia, ſi vnus ex cōprehenſis renunciat emphyteuſi ad fauorem alterius comprehenſi recipientis renunciationē pro ſe, & hęredibus ſuis, Bero.conſ.97.num.6.vol.1. Crot.in d.§. duo fratres.num.148.Gabriel.conſ.89.num.8.in fine,tunc ex renunciatione illa acquiritur ſolum ius illis, ad quorum fauorem facta eſt, & remiſsio nihil prodeſt domino, nec quo ad illum nocet renuncianti, quominus mortuis comprehenſis, quorum contemplatione renūciauit; portio emphyteuſis vacans remaneat penes ipſum remittentem, vt tenet Bart.in d.l.qui Romæ.§.duo fratres.quæſt.10.de verb. obligat.& ibidem Aret.num.29.Alex.ſub num.60.col.fin.Ripa num. 88.& ſeq. & communiter doct. vt eodem loco teſtantur Crot. num. 146.verſ.tertia, & vltima ſit concluſio, & Iaſ. num.80.& tenuit etiā Federic.de Sen.in conſ.228.incipit duo fratres, & in conſ.77. factū ſic ſe habet, Bald.conſ.281.ad euidentiam pręmittenda ſunt. vol. 3. Alex.conſ.15.in fine, & conſ.21.num.4.vol.5.Ruin.conſ.47.num.2. vol.1.vbi & ipſe hanc communem teſtatur, & poſt ipſum Hyer. Gabriel.conſ.88.num.11.quorum opinio pluribus rationibus probatur,

11 & primo quia pactum non porrigitur, niſi ad eum, ad quem intereſt paciſcentis vt porrigatur, l. & hęredi. §. fin. de pact. Item quia ius,

12 quod non acquiritur illi, cui fit remiſsio; remanet apud ipſum remittentem l.nec vtilem.ff.Quib.ex cauſ.maior.& l.cum quis.§.ſi debitorem.ff.de ſolut.quæ ſecundum Aret.melius id probat.tertio quia ex-

13 ceptio acquiſita illi, cui facta fuit remiſsio, non debet prodeſſe auctori ſuo, l.ſi à te.§.fin.ff.de except.rei iudic.Quarto quia generalis

14 remiſsio debet intelligi rebus ſic ſtantibus, non autem noua cauſa ſuperueniēte,arg.l.Paulo callimacho.§.primo de leg.3.cū ergo portio deficiens extinctis alijs comprehenſis pertineat per ius accreſcendi ad ipſum, qui renunciauit, & eſt ſuperſtes; ex hac noua cauſa, & nouo iure debet admitti, non obſtāte renunciatione per eum facta, tum

15 quia res inter alios acta alteri non acquirit, c.veniens, de iure iur. l.ſi

vnus

16 vnus §. pactus ne peteret.ff. de pact.tum quia renunciatio fuit perſo
nalis, & facta contemplatione perſonæ, quæ extinguitur cum ipſa
perſona, ad cuius fauorem facta fuit, vt notat Afflict.num.6.in 3.no-
tabili in d.c.1.de eo, qui finem fecit agnato.per illum tex. quem dicit
ad hoc ſemper allegari ſecundum gl.ibidem, & in l.idem in duobus,
& in l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pact.& probatur ex eo, quod tradit
17 Salic.in l.ſi pactum.C.de pact.vbi uult, quòd filia dotata a patre, quæ
renunciauit fratribus; poſsit poſtea ſuccedere non obſtante renuncia
tione, ſi fratres adhuc viuo patre moriantur: quia ceſſante cauſa, &
fauore illorum, propter quos renũciatum eſt, filia admittitur ad ſuc-
ceſsionem, vt ex communi doct.ſententia ſcriptum reliquit Dec.cõſ.
568.num.5.poſt Bald.in l.pactum.quod dotali.quæſt.4. C.de collat.
& ibidem Salic.Domin.de ſancto Gemin.in c.quamuis de pact.in 6.
& Alex.in l.ſtipulatio hoc modo concepta, de verb.obligat.& in cõſ.
19.vol.3.quos ipſe Dec.citat. Cæterum admonedi ſumus nõ omnẽ
18 renunciationẽ excludere renunciantem a iure accreſcendi, ſeu ſucce
dendi ex pacto, quod in emphyteuſi habet: nam, ſi quis pro ſe, &
ſuis hęredibus ad fauorem alterius comprehenſi renũciat omni iuri,
quod habet, & habere poteſt in emphyteuſi; non intelligitur renun-
ciaſſe emphyteuſi, quæ poſt mortem alterius decedentis ſine filjis ad
ipſum peruenire debebat ex clauſula iuris accreſcendi, Bart. in d.l.
qui Romæ.§.duo fratres.quæſt.10.de verb.obligat.& in conſ.58.ex
themate prędicto.num. 5.vol.1.quia illa verba Remittens omne ius,
quod habet, & habere poſſet, intelliguntur ex cauſa de præſenti, &
non ſe extendunt, neq; comprehendunt ius poſt mortem, & renuncia
tionem acquiſitũ l.Paulo Callimacho.§.1.de leg.3.& rebus ſic ſtanti
bus, & iure ex noua cauſa non ſuperueniente, vt ſupra eſt dictum,
quem Bart.ſequuntur communiter doct.vt in d.§. duo fratres: teſtan-
tur Iaſ.ſub num.80.Crot.num.146.Soc.iun.in cõſ.119.nu.17.vol.3.
Alex.conſ.107.num.15.vol.4.Ruin.in d.conſ.47.num.2.vol.1. Hier.
Gabriel.d.conſ.88.num.11.quam opinionem amplexi ſunt etiam Fe
deric.de Sen.in conſ.77.& in conſ.228.Alex.in conſ.21.num.4.vol.
5.Dec.in conſ.411.num.3.Corn.in conſ.42.num.9.vol. 4. Bart.in l.
poſt emãcipationẽ.ff.de liber.legata, & in l.quòd Seruius.ff.de cõdit.
cauſ.dat.Caſtr.in conſ.300.viſo quodam proceſſu, vol. 2.prope finẽ
illius conſilij, Dec.in l.1.num.32.C.de pact.& ibidem Ripa num.26.
vbi concluſionẽ hanc ampliat quatuor modis, & inter cætera, quòd
19 non intelligitur renunciatum iuri ex noua cauſa ſuperueniẽti, etiam,
ſi renunciatio ſit cum iuramento de iure quod ipſe renuncians habet,
vel habere ſperat, allegat.c.inter.de renunciat.vt etiam tenet Ioſeph

Lodouic.

Lūdouic.in deciſ. Lucan. deciſ. 29. num. 68. etiam ſi cum iuramento
ſit remiſſum omne ius, quod habet, & habere ſperat, quomodocūque,
& qualitercunque, quauis etiam cauſa cogitata, & ex cogitata: pro
20 qua re etiam facit, quòd iuramentum in contractu appoſitum recipit
eas qualitates, & conditiones, quas recipit contractus, ſuper quo
interponitur, & ad plus non extenditur iuramentum, quàm exten-
datur actus. c. quemadmodum. de iure iur. l. fin. C. de non num. pec.
Octauianus Caccher. deciſ. 49. num. 4. Dec. in l. 1. num. 28. C. de pact.
21 & licet faciat actum valere omni meliori modo, quo poteſt l. cum pa
ter §. filius matrem. vbi quoque notat Bart. de leg. 2. Bar. & doct. in l.
1. §. ſi quis ita, de uerb. oblig. tamen hoc operatur, quando additur
contractui, in quo eſt defectus ſolennitatis, non autem quando addi-
tur contractui, qui non poteſt ualere ex defectu ſubſtantiæ, aut defe-
ctu conſenſus. Bauer. in Tract. de virtute iuram. verſic. quarto infer-
tur deciſio, Iaſ. in l. item quæritur. §. quęſitum. in fine ff. ſi quis ius di-
centi non obtemper. Ruin. conſil. 6. num. 8. & ſeq. volumine 2. nec
facit, vt diſpoſitio extendatur ad incogitata de facto, Marc. Ant. Ba-
uer. in d. Tract. de virtute iuram. num. 29. Roman. in d. conſil. 22.
ſub num. 3. verſiculo, & eſt ratio, ſicuti etiam promittens cum iura-
mento non venire contra diuiſionem, non dicitur fideicommiſſo renū
22 ciaſſe, Butr. conſil. 76. colum. 2. & ſeq. volumine 1. Ruin. conſil. 137.
num. 11. vol. 2. & in conſil. 77. num. 4. uol. 5. vbi hanc communem
dicit, licet nonnulli in hoc contrariam partem ſequuti ſint, quos re-
fert Ant. Gabriel. in ſuis communibus opinionibus, liber 4. de fidei-
commiſſ. concluſione prima, in ſecunda ampliatione. verſiculo con-
23 trarium tenuit: quorum tamen ſententia non uidetur vera ex ſupradi-
ctis. Ex quibus infertur renunciantem emphyteuſi cum iuramēto mo
do, quo ſupra, ad illam, ſeu eius partem admitti, ſi poſt renunciatio-
nem factam ad ipſum ex iure accreſcendi deueniat, non ſolum, vt
eccleſiam, ſeu dominum excludat, ſed etiam, ut ad eam admittatur
cum alijs emphyteutis, qui ſunt ex eodem iure uocati, ad quorum
fauorem renunciauit: quia illi iuri de futuro non dicitur renunciatū
per ſupradicta uerba. Ideo non impeditur illud petere, Alex. in con-
ſilio 21. num. 5. in fine. uol. 5. niſi dictum eſſet, quòd remittit omne
24 ius, quod habet in emphyteuſi tàm ex cauſa de præſenti, quàm ex
cauſa de futuro, ut concludunt communiter doct. in locis ſupracita-
tis, uel niſi renuncinas tempore, quo renunciauit emphyteuſi, ha-
25 beret ſolum ſpem ſuccedendi in ea ex iure accreſcendi poſt mortem
alterius; quia tunc diceretur illud ius futurum ex iure accreſcendi no
minatim expreſſum, ex quo renuncianti non competebat aliud ius
tempo-

tempore renunciationis,l.ij.ff.de lib. & poſth. per quem tex. ita in fi-
deicommiſſo decidit Bart. in d.§.duo fratres.in 6.quæſt.in fine,num.
19.& ibidem Ioan.Crot.num.127.Iaſ.num.60. Curt.iun. in conſ.23.
num.2.in fine Paris.conſ.71.num.15.vol.3.qui ambo,Bart. commu-
niter eſſe receptum, teſtantur,& eo ipſo,quòd pars allegat,quòd nul
lum aliud ius competebat renuncianti, niſi fideicommiſſum, dicitur
fundata intentio allegantis, & onus probandi contrarium in aduer-
ſarium trasfertur,vt tradit Ruin.in conſ.144.num.19.& in conſ.152.
num.9.vol.2. Extenditur id,quod dictum eſt, non dici renunciatum
26 iuri ſuccedendi ex pacto inueſtiture per diuiſionem factam cum remiſ
ſione iuris,quod quis habet, & habere ſperat, vt procedat, etiam ſi
vni res allodialis, & alteri tota emphyteuſis aſsignetur: quia is, cui
ſolum res allodialis obuenit, ad emphyteuſim, ex iure accreſcendi
ſibi superueniente poſt diuiſionem, admittitur, etiam, quod nullam
portionem emphyteuſis habeat: quia non dicitur proprie ius accre-
ſcendi, ſed ius ſuccedendi ex pacto inueſtituræ, & ius ſucceſſoriũ,
quod ad alterum deuoluitur,altero deficiente, cui ſuperſtes ſuccedit
defuncto,Bald. in c. 1. de his, qui feud. dare poſſunt.§. & quia vidi-
mus.col.6.num.4.& in c. 1.feud.March.num.5.in vlt.notab.Alex.in l.
ſi mihi,& Titio,num.15.ff.de verb.obligat.Ruin. conſ.154. col.1.nu.
2.vol.1.& non ex tacita, ſed expreſſa diſpoſitione, & pacto acquiſi-
tio fit, Ideo admittitur etiam ad emphyteuſim is, qui nullam portio
nem habet,vt poſt Corn.in conſ.13.in fine vol. 3.& Ruin in cõſ.169.
col.1.vol.1.declarat Hyer.Gabriel.in conſ.88.num.22. & magis late
in conſ.89.num.7.Grat.conſ.22.num.20.vol. 1. licet contrarium, &
male ſenſerit Bero.in conſ.55.num.8.vol.2.& in conſ.iii.num.4. vol.
1.cuius opinio impugnatur etiam ex his, quæ in ſequenti ampliatio-
ne dicam.

EXTENDITVR vlterius, adeo verum eſſe, vt quis per ſim-
plicem diuiſionem emphyteuſis, quam habebat cum alio communẽ,
non dicatur renunciaſſe iuri accreſcendi,ſeu iuri ſuccedendi ex pacto
inueſtituræ, etiam ſi in diuiſione dictum ſit, quòd vnus remittit alteri
omne ius, quod habet,& habere ſperat, Alex.d.conſ.21.num.4.vol.
27 5.Ruin conſ.7.num.10.vol.1.cum alijs ſupracitatis, vt ſi diuiſio fa-
cta ſit ita,vt vni ex diuidentibus tota emphyteuſis obuenerit, & alte
ri res allodialis,vt poſtea euincens emphyteuſim propter ius accreſcẽ
di ſibi ſuperueniens,nõ teneatur de euictione:nam emphyteuſis euin
citur ex natura rei, & ſimplex promiſsio de euictione non intelligitur
de ea, quæ eſt ex natura actus, niſi ſpecialiter promiſſum ſit de eui-
ctione, quę ſequeretur ex natura rei,ſeu ex prærordinatione auctoris,

vt docet

vt docet Alex.in d.cõſ.21.vo.5.Are.cõſ.3.in prin.Bal.in l.ſi familię nu. 9.C.fam.herc.& alij doct.Dec.in cõſ.411.nu.4.uiſis his,q̃ accurate, Bero.cõſ.41.nu.48.& cõſ.156.nu.10.uo.1.Rol.ꝗ multos alios in hãc ſẽtẽtiã citat,cõſ.51.nu.19.uo.4.Aim.cõſ.211.nu.6.Alc.cõſ.133.nu. 4.& 5.vbi hãc cõem teſtatur.Rui.in d.cõſ.7.nu.10.uol.1.& in cõſ.14 nu.5.uer.ſed ꝑmiſsis nõ obſtãtib. uol.eod.niſi tũis,cui obuenit in parte ẽphyteuſis,ignoraſſet eius qualitatem,& putaſſet illã eſſe allodialẽ qa tũc euincens teneretur ꝓ rata de euictione ſecũdũ gl.cõmũiter approbatã in d.l.ſi familię.C.fam.herc.vbi Bal.Sal.Bart.Gul.Rayn.Iacob. Butr.idẽ tenẽt,vt eos refert,& ſeqtur,& teſtatur Alex.in d.cõſ.21.nu. 13.vo.5.de qua re uide ẽt Bar.& Alex.in d.§.duo fratres, l.q̃ Romæ de verb.obl.& Bero.in cõſ.41.ſub nu.48.vol.1.uel niſi ex coniecturis colligi poſſit,eſſe actũ,vt teneatur de euictione, ẽt ꝙ res euincatur ex natura rei,ut puta,qñ aliàs manifeſta lęſio induceretur,ut ꝑ Alc.conſ. 138.& Gaſp.Cab.in trac.de euictiõe.§.5.nu.35.uel niſi diuiſio facta eſſet cũ clauſula Ad habẽdũ,tenẽdũ,alienãdũ,&c. quia ſequuta alienatiõe ſi res euinceretur ab ẽptore,deberetur euictio. Alc.d.cõſ.138. ſub nu.3.Aim.cõſ.24.nu.8.9.& 15.uel ſi res in diuiſiõe ſit data uni ab altero eo mõ,ut colligi poſſit,ut nõ ſit veriſimile,ꝙ pars,q̃ vult acqreret,ſuſcipiat periculũ in ſe,ſed potius cõtrariũ,ut eſt quãdo ille ꝗ dat obligat ſe,& ſucceſſores ſuos ſuſcepturos quãcũq; litẽ, & alterũ, cui ẽphyteuſis obuenit in diuiſione ſẽꝑ cõſeruare ẽt poſt ẽphyteuſĩ finitã;nã ex quo cõſtat ꝙ dãs voluit ẽphyteuſim apud alterũ remãere ultra tẽpus,quo ei ius cõpetebat dicitur ẽt cõſtare,ꝙ voluit ſe obligare de euictiõe,ẽt ſi res euinceretur ex natura rei,vt tenuerũt D. de Rota in una corã D.Blãchetto menſe Ianuarij.1579.in manuſcriptis.

28 DECLARATVR id, quod dictum eſt, per diuiſionem emphyteuſis etiam cum remiſsione iuris, quod quis habet, vel habere ſperat in emphyteuſi,non eſſe renunciatum iuri ſuccedendi ex pacto inueſtituræ poſt mortem alterius,vt non procedat,quando vltra illa verba Renuncians, conſtituit procuratorem in rem ſuam eum, cui fit remiſsio,ita,vt poſsit pro dictis rebus agere, & ſe tueri, & omnia facere,quę ipſe dominus conſtituens facere poſſet,vel dat ei licentiam alienãdi,& diſponendi,pro vt de re propria facere poſſet:nã tunc ſequuta alienatione ꝑ eũ facta renunciãs dicitur excluſus ab ẽphyteuſi, & illo iuri accreſcẽdi,cũ nõ ſtẽt iſta ſimul,ꝙ ius ſuccedẽdi ex pacto duret,& cõpetat facultas alienãdi irreuocabiliter, ita Alex.in d.l.q Romę.§. duo fratres.col.vlt.ſub.nu.60.in fine ver.intelligo tamen iſtã concluſionem,de verb.obligat.& magis late in conſ.189.ſub nu.9.verſ.ſed ꝓdictis non obſtantibus cũ ſeq.numeris vol.2.ꝑ not.per Bart.& Aret.

in d. ſ. duo fratres, in 8. quæſt. & ibidé per Ioan. Crot. nu. 133. quem Alex. in terminis noſtris ſequitur Ruin. in conſ. 166. num. 11. uol. 1. Capr. cóſ. 82. num. 10. & ſeq. Bero. conſ. 97. ante numerum 7. uerſ. nec obſtat, & num. 8. uol. 1. & in conſ. 93. nu. 33. & ſeq. uol. eod. & in conſ. 130. nu. 77. uerſ. præterea & tertio, uol. 2. ex not. per Bart. in d. ſ. duo fratres. in 4. & 8. quæſt. quod prȩſertim obtinet locum, ſi interuenit iuramentum, & adiectæ ſint etiam aliȩ clauſulæ prȩgnantes, de quibus per eum ibidem num 32. & per Port. in conſ. 142. & Burſat. conſ. 66. num. ultimo. Roland. a Valle conſ. 34. num. 86. uol. 4.

DECLARATVR primo id, quod dictum eſt per clauſulas Ad habendum, tenendum, & alienandum &c. & per alias ſupradictas clauſulas dici renunciatum iuri ſuccedendi ex pacto inueſtituræ, ſeu iuri accreſcendi poſt mortem alterius, non procedere, vbi frater diuidens, cui obuenit in parte res allodialis, expreſſe prouidiſſet cum altero, cui obuenit res emphyteutica; ſolui canonem, ne emphyteuſis cadat in commiſſum: quia ex hoc pacto datur intelligi, quòd eueniente caſu non intendebat iuri accreſcendi renunciare, vt ſcriptum reliquit Grat. conſilio vigeſimo ſecundo. numero 20. volumine primo: ſicuti etiam dictæ clauſulȩ non inducunt renunciationem iuris futuri, quando verba ampla, & prȩgnantia reſtringerent ſe ad prȩſens tempus diuiſionis, & renunciationis ad notata per Angel. in conſilio 287. colum. ſecunda. & Dec. in conſilio 86. ſub numero quarto. & per Corn. in conſilio 339. colum. fin. volumine primo, & per Cuman. in conſilio 108. colum. fin. & Barbatiam, conſilio 48. colum. quarta uolumine primo. vel quando adeſt clauſula derogatoria in contrarium, vel inæqualitas renunciationis, vel diuiſio fit duntaxàt quo ad vſumfructum Grat. conſil. 29. num. 35. vol. 2.

30 DECLARATVR ſecundo, vt per clauſulas ſupradictas valde prægnantes appoſitas in inſtrumento diuiſionis intelligatur renunciatum iuri accreſcédi poſt mortem alterius in emphyteuſi, ſit verum quo ad effectum, ut alijs in inueſtitura comprehenſis, quorum fauore ſit remiſſio; emphyteuſis acquiratur, & non poſſit renuncians ad emphyteuſim redire, donec ſuperſunt de cõprehenſis in prima inueſtitura, nõ autem quo ad effectum, ut poſt eorum mortem emphyteuſis ad dominum reuertatur excluſo renunciante, uel excluſis eius hȩredibus, qui eſſent in inueſtitura cõprehenſi, Bero. in d. conſ. 97. nu. 5. uſq; ad 10. uol. 1. Fed. de Sen. cóſ. 77. & cóſ. 228. Bur. cóſ. 63. nu. 30. vol. 1. Hier. Gab. d. cóſ. 89. nu. 10. ubi quàmplures in hanc ſententiã citat niſi renũciatio eſſet facta reſpectu cuiuſcũq; generaliter, & in ré, nõ expſſa

perſona:

perſona: quia tunc renunciatio prodeſſet ēt domino ad excluſionem renunciantis, vt in d.conſil.89. declarat Hier. Gabriel. num.8. quod tamen intelligendum puto, quando renunciatio facta eſt in manibus domini, vel ſaltem fuit etiam ſtipulata eius nomine, ut ſupra dixi.

31 DECLARATVR tertio, vt renunciatio obſit ipſi renuncianti, & eius hęredib. non autē ſequētib. filijs, aut nepotib. ex inueſtitura vocatis, qui non tanquàm hæredes renunciantis, ſed ex perſona propria, & iure proprio propter ius accreſcendi peterent ad emphyteuſim admitti, ſi emphyteuſis, cui fuit renunciatum; ſit non hæreditaria, ſed ex pacto, recepta pro ſe, filijs, & nepotibus: quia in huiuſmodi emphyteuſi pater renunciando illi non poteſt filijs, aut nepotibus pręiudicare, vt tenent Din. Alberic. Angel. Caſtr. num. 3. Iaſ. num. 17. in l. apud Iulianum. ꝟ. ſi quis alicui. de leg. 1. Alex. conſil. 8. num. 16. uol. 3. & ibidem moderni Pariſienſes in additt. Alciat. in tract. de pręſumpt. regula prima præſumpt. 31. num. 3. Bald. in l. in perſonam, in fine. C. de fideicommiſſ. & eſt communis doct. ſententia, vt teſtatur Grat. conſil. 22. num. 21. verſic. pręterea. vol. 1. quicquid voluerit Ancar. in conſil. 143. pro domina Paula. col. 1. Ioann. Bapt. Ferrett. in conſil. 81. num 7. Quod eſt adeo uerum, vt, ſi renuncians promiſerit

32 per ſe, & ſuos hæredes emphyteuſim, cui renunciauit; non petere, poſſint filij, & nepotes, qui ſunt ex inueſtitura uocati, iure proprio, & ex eorum propria perſona emphyteuſim vendicare, etiam quòd ſint hæredes renunciantis; quia non dicuntur contrauenire renunciationi illius, cuius filij, & nepotes, qui petunt emphyteuſim, ſunt hæredes: nam non ex perſona renunciantis, nec vti eius hæredes petunt, ſed vti filij, & nepotes eorum iure proprio, & ex eorum propria perſona. Ideo non dicuntur facere contra promisſionem, ſi remisſio fuit facta per ſe, & hæredes, Bal. in l. qui ſe patris, verſic. item quæritur ſi vaſallus, ſub num. 9. C. vnd. lib. Alex. in conſil. 13. num. 11. & in conſil. 18. num. 12. vol. 5. Ruin. in conſil. 138. num. 10. vol. 2. & magis late in cōſil. 220. pręſertim. ſub num. 3. verſic. non obſtat quòd Bernardinus. volum. 1. per not. per Bart. in l. iuſiurandum. ꝟ. ſi liberi. ff. de oper. libert. dū dicit, quòd filia, quę fuit hæres inſtituta in re certa, & ꝓhibita plus petere, & quòd non posſit cōtrauenire, poteſt petere emphyteuſim cōceſsā pro ſe, & filijs, quamuis ſimpliciter agnouerit iudiciū patris: qa illā nō petit, vt hęres patris, ſed tanquā filia ex iure proprio: nā quamuis filij, ad quos taquā filios poſt mortē patris, q̄ renūciauit, ēphyteuſis ſpectabat; fuerint hęredes patris renūciātis: tamē ꝑ hoc nō vidētur ratificaſſe, aut cōſenſiſſe, quòd ipſi tanquā filij nō petent, cū pater nomine ipſorū filiorū nihil promiſerit, ſed nomine hęredū, vt declarant

Alex. in d. conſil. 18. num. 12. vol. 5. Ruin. in d. conſil. 220. ſub. num. 4. verſic. nec obſtat uol. 1. poſt. Bald. in l. rem alienam, verſic. extra gloſ. oppono. ff. de pignorat. actio. licet ſecus eſſet, ſi renuncians emphyteuſi promiſiſſet per ſe, & hęredes, & filios ius, quod remittit, non petere: quia tunc filius, qui eſſet hæres patris renunciantis, etiam iure proprio, & ex eius propria perſona non poſſet emphyteuſim petere; nam adeundo hęreditatē patris, renunciationē ēt nomine ipſius filij factā, ratam habuit, ut declarant omnes ſupracitati doct. & hoc modo faltē pater renunciando emphyteuſi poteſt filio præiudicare, vt diximus ſupra de auctoritate emphyteutę in re emphyteutica lib. 5.

33 auctor. & vbi etiam emphyteuſis, cui pater renunciauit promittendo ſolum per ſe, & hæredes ſuos illam non petere, fuiſſet liberata, & facta allodialis ex indultu apoſtolico, ſuperſtite patre renunciante a filio etiam iure proprio, & ex eius propria perſona peti non poſſet: quia diceretur res mutata, & per mutationem extinguitur omnis affectus prioris ſtatus, & rerum mutatarum conditio, & ſecundum præſentem ſtatum res iudicaretur, & regularetur, vt late docet Ancaranus in conſil. 143. pro domina Paula col. 2. uerſic. poſtremo quæſtio per l. ſi conuenerit. ſ. ſi nuda ff. de pignorat. act. & alijs multis rationi-

34 bus, quas quiſque poteſt apud ipſum uidere. Sed hic non inutiliter quæritur, ſi ſint tres, aut plures emphyteutæ, inter quos eſt locus iuri accreſcendi in emphyteuſi, & unus ex illis renunciat emphyteuſi, aut iuri accreſcendi de futuro ad contemplationem, & fauorem unius coemphyteutæ, puta Titij recipientis pro ſe, & ſuis hæredibus, illam remiſſionem, & non ad fauorem aliorum coemphyteutarum, an pars emphyteuſis, ſeu ius remiſſum accreſcat omnibus emphyteutis, vel ſolum, Titio, & eius hæredibus in inueſtitura comprehenſis, quorum contemplatione fuit facta renunciatio, de qua re ſuperioribus diebus hic in Ciuitate Arimini fui interrogatus, & reſpondi ius remiſſum ſolū accreſcere Titio, & eius hęredibus ex inueſtitura vocatis, quorum contemplatione alter renunciauit. & non alijs emphyteutis.

35 QVIA cum in huiuſmodi renunciatione ſit facta mentio perſonę, renunciatio dicitur perſonalis, & non realis. Bero. conſilio 97. numero ſexto volumine primo Crot. in l. qui Romę ſ. duo fratres numero 148. ff. de uerborum obligationib. Hyeronimus Gabriel. conſ. 89. nu. 9. Ideo ſolum ius remiſſum acquiritur Titio, & eius hęredibus ex inueſtitura comprehenſis, non autem alijs emphyteutis, aut domino, quorum contemplatione renunciatio facta non fuit, vt docet Crotus loco proxime citato per textum, in capitulo primo ſ. ſecundo. ſi de feud. fuerit contro inter dominum

& agnat.

36 & agnat. de feud. pater. nam renunciatio facta contemplatione unius
non extenditur ad aliam perſonam, ut dicit eſſe caſum in l. iubemus
C. ad S. C. Vellei. & probatur etiam ſecundum ipſum, ex not.
per Angel. poſt Guliel. de Cuneo, in l. auus. ff. de pact. & Caſtr.
in l. pactum. C. de pactis: dum concludunt, renunciationem factam
per filiam de hęreditate patris, præſumi eſſe factam contemplatio-
ne fratrum, & non habere locum fratribus non exiſtentibus in re-
rum natura tempore, quo pater moritur, & melius ultra ipſum Cro
37 tum probatur ex traditis per Alex. in conſilio 147. lib. 7. ubi quærit,
an renunciatio filiarum in manibus patris, de hæreditate materna,
quę ipſis filiabus ab inteſtato erat delata, cedat ad commodum ſo-
lum patris, ad cuius fauorem filiæ renunciauerunt, an vero ad com-
modum filiorum maſculorum, qui pro alijs partibus erant hæredes
dictæ eorũ matris ab inteſtato: & primo arguit, renunciationẽ factam
per filias debere augere portionẽ cohæredum. i. filiorum maſculorũ
non renunciantium, quibus unà cum ipſis filiabus erat delata hæredi
tas ab inteſtato. l. finali. C. de lib. prçter. l. lege. C. de legit. hęred. iun-
cta l. 3. §. fin. cum duabus ll. ſequentibus ff. de bon. poſſeſſ. l. unica. §.
his ita. C. de caducitate tollend. & dicit, hoc expreſſe uoluiſſe Din.
conſil. 6. ubi tenuit, quòd ſi vnus ex pluribus fratribus ante aditam a
ſe hęreditatem renunciat vni tantùm ex fratribus portionem ſuam hę
reditatis, talis renunciatio prodeſt non ſolum illi, cui renunciatio
facta eſt, ſed etiam cęteris fratribus cohęredibus: quia de natura iuris
accreſcendi eſt, quòd portio accreſcat portioni, non perſonę, l. ſi to-
tam. ff. de acq. hęredit. & ibi Dinus, & Bart. in l. hæc ſcriptura. §. fin.
ff. de condit. & demonſtrat. & notat idem Bart. in l. re coniuncti, in
verſiculo quinto quæro, an ius accreſcendi tranſeat in ſingularem ſuc
ceſſorem. & ibidem alij, de legatis. 3. Poſtremo prędictis non
obſtantibus concludit Alexander, contrariam ſententiam, quòd
renunciatio cedat ſolum ad commodum patris, & eius hæredum,
omnino veriorem eſſe: quia ex quo filiæ voluerunt dictam re-
nunciationem facere contemplatione patris principaliter, & im-
mediate, vt inquit probari ex verbis inſtrumenti renunciatio-
nis, in quo fecerunt patri præſenti, ſtipulanti, & recipienti pro ſe,
& ſuis hęredibus finem, quietationem, & remiſsionem; filiarum
renunciatio debet ſolum prodeſſe patri, & non cohæredibus filiarum
renunciantium: pro qua re allegat tex. ſecundum primam lecturam
gloſ. approbatam in l. ſi actionem. C. de pact. vbi per illum tex. dicit
38 Bald. quòd ſi ſunt duæ ſorores, quib. vna cum fratre erat delata hęre-
ditas patris, & illa, quę nubit, facit pactũ fratri de nõ petendo hęredi-

tatem paternam, certe pactum hoc non proderit alteri ſorori cohæ-
redi, ſed ſolũ fratri, cui pactum factum eſt, & nihil accreſcet ſorori al
teri, cum quo ibidem tranſeunt moderni, quos Alex. citat, & Paul. de
Caſtro, qui Alex. inquit quòd idem, ſi recte conſideretur, uoluit Bal.
in l. pactum. in 8. quæſt. C. de collat. vbi quęrit, an renunciatio de hę-
reditate paterna facta a ſorore uni fratri præſenti, & recipienti proſit
tàm ſibi, quàm alijs fratribus, & refert Din. in d. conſ. 6. tenuiſſe, quòd
proſit omnibus, quod Bal. dicit eſſe uerum, niſi appareat præſumptio
donationis in recipientem collatæ, allegat l. in ædibus §. pen. ff. do-
nat. l. ſi actionem, & l. creditori. cũ gl. C. de pactis, & ſatis inquit Alex.
conſtare, quòd filia renunciauerit contemplatione patris, & quòd
voluerit illi donare, ex quo patri præſenti, & ſtipulanti pro ſe, & ſuis
hæredibus quietationem, & remiſsionem fecit. Ideo renunciatio pro
deſt ſolum illi, cui fit renunciatio, & ei acquiritur, non autem fratri
bus cohæredibus, qui præſentes non erant, & quorum nomine non
fuit ſtipulata renunciatio ad not. per Bart. in l. abſenti, in princ. ff. de
39 donat. & per gl. in l. illud. C. de ſacr. eccl. quod etiam dicit procedere,
ſi filia non adiuiſſet hæreditatem, cui renunciat, quia renunciando
hæreditatem, videtur filia prius tacite illam adire, & ſucceſsiue illã
patri renunciare, cum quo contraxit arg. l. illud. ff. de acquir. hæredit.
& quod notant gl. & Bart. in l. alio, in prima oppoſitione. ff. de alimẽt.
& cibar. legat. quod etiam in terminis inquit Alex. tenuiſſe Paul. de
Caſtro in conſ. viſo puncto ſupracitato, & narratis in eo, quod eſt cõſ.
252. in nouis. vol 1. vt vere tenuit col. 3. in principio, verſ. ſed idem te
net ipſe Bald. & licet hoc non videatur omnino indubitatũ, quando fi-
lia renunciat hæreditati ad contemplationem patris, antequàm illam
adiuerit: quia tunc non ſolum patri, ſed alijs cohęredibus pars renun
40 ciata accreſcit, cum portio portioni accreſcat, & non perſonæ, vt
voluerunt Din. in d. conſ. 6. Caſtr. & alij in l. ſi actionem C. de pactis,
tamen hęc ratio nihil officit, quin pars emphyteuſis renunciata ad cõ
templationem vnius, illi ſolum accreſcat, & non alijs coemphyteutis,
quaſi illi ſolum voluerit renuncians donare, ut renuncians totam hæ-
reditatem donare uidetur illi, cuius intuitu renunciat, vt dicunt Alex.
41 & alij in d. l. ſi actionem, quia in emphyteuſi ius accreſcendi non
eſt proprie ius accreſcendi, vt opus ſit habere portionem ei, qui
vult admitti iuxta l. ſi totam. de acquir. hæred. ſed ius ſuccedẽ-
di ex pacto inueſtiturę, ac ſucceſſorium, ex quo ſuperſtes ſuc-
cedit defuncto Baldus in capit. primo. §. & quia vidimus, col. 6. nu.
4. de his, qui feud. dare poſſunt, & in c. 1. de feud. March. nu. 5 in primo
notab. Alex. in l. ſi mihi, & Titio, num. 15. de ver. obligat. Ruin conſil.

154. num.

154.num.2.vol.1.& acquiſitio fit non ex tacita, ſed ex expreſſa diſpoſitione,& pacto: & propterea admittitur etiam is, qui nullam emphyteuſis portionem habet, vt patet in tex.in c.1. de eo, qui finem fec. agnat.de feud.pater.in principio, & in c.ſatis bene, de prohib. feud. alienat.per Loth.c.1.de natur.ſucceſſ.feud.in fine c.1.§.fin.ſi de feud. fuerit controuerſia,& declarat Hyer.Gabriel.in conſ.88, num.21.& ſeq.& diffuſius in conſ.89.num.7. poſt corn. in conſ. 13.in fine. vol. 3.& Ruin.cōſ.169.col.2.nu.3.uol.1.Quicquid ſcripſerit Bald.in l.1. C.quando non pet.part.num.33.Bero.conſ.111.num.4.vol.1.& cōſ. 55.num.8.vol.2.qui ambo in dictis locis male loquuti ſunt, vt patet ex ſupra deductis,& dictum Bald.in d.l.1.C.quando non pet.part. in terminis reprehēditur ab Aret.in d.l.qui Romæ.§.duo fratres col. fin. verſ.pro deciſione huius quæſtionis,& a Ruin.conſ.8.num 11.verſ.nō obſtat,vol.1.vbi teſtatur communem opinionem eſſe contra Bald. in d.l.1.quam ſequutus eſt Bald.ſibi contrarius, & rectius loquens in l. ſi familiæ, quęſt.vltima.C.famil.erciſc. & in l. 1. de rerum diuiſione, quæſt.11.Ideo cum portio emphyteuſis accreſcat etiam illi, qui nullam eius portionem habet, quia non eſt ius accreſcendi proprie, ſed eſt ius ſuccedendi ex natura verborum,& iure quodam ſucceſsionis, quod accreſcit perſonę,& non rei, ſequitur indiſtincte, vt pars emphyteuſis, renunciata ad contemplationem vnius coemphyteutæ, illi ſolum accreſcat,& non alijs coemphyteutis, quorum fauore remiſſio facta non fuit.l.ſi unus. §.ante omnia,& l.hęredi.§.fin.ff. de pact. & tantum abeſt, ut ex renunciatione acquiratur ius ei,cuius contemplatione non fuit facta renunciatio,vt ſi ius non acquiratur ei cuius fauore fit remiſsio, ius remiſſum redeat ad ipſum renunciantem,vt tradit Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres.quæſt.10. de verb. obligat.per l.nec vtile.ff.ex quib.cauſ.maior.communiter receptus,ut in d.§.duo fratres,quæſt.10.teſtātur Iaſ.Alex.Crot.& alij. Vltimo deciditur quæſtio hęc in terminis ex doct. Alex.in conſ.13.num.3. verſ. ſed pręmiſſis non obſtantibus. vol.5.vbi per id,quod habetur in d.c.1.de eo,qui finem fecit agnat. de feud. pater. dicit,quòd refutatio feudi facta per vnum ex tribus fratribus alteri fratri poſsidenti dictum feudum, quæ fuit facta dicto fratri pro ſe,& ſuis deſcēdētibus maſculis ſucceſſuris in feudo,non habet effectum, ſi decedat ſine hæredibus maſculis dictus frater,cui renunciatio facta eſt:vnde,ſi frater, qui non renunciauit,velit venire ad totum feudum,non poteſt:ſed ſecum concurrit ille qui renunciauit:quia renunciatio facta fuit in perſona,ideſt ſolū quo ad illum,cui facta fuit renunciatio, & hæredes ſuos maſculos, & non prodeſt huic tertio fratri volenti totum feudum vendicare.

DE CAVSA PRIVATIONIS EX EO, QVOD emphyteuta patitur alium de emphyteuſi inueſtiri.

1 *EMPHYTEVTA, ſi patiatur alium de emphyteuſi, quæ ad ipſum pertinet; inueſtiri, iure ſuo priuatur.*

2 *SI conſentio alicui, vt donet alteri rem meam ſuo nomine, dicor ego donare, & donatio debet inſinuari tanquam facta a me conſentiente.*

3 *IS, qui alienationi rei ſuæ conſentit, in re ſibi præiudicat.*

4 *VBI conſenſus emphyteutæ non fuit expreſſus, ſed tacitus, quia præſens fuit inueſtituræ, quam fecit dominus de emphyteuſi ad ipſum pertinente, & non contradixit, an ſibi præiudicet, & num 6.*

5 *IS, qui habet ius in beneficio, ſi patitur præſens, & non contradicens collationem de illo alteri fieri; dicitur iuri, quod habet, renunciare, ita vt non poſſie ad illud amplius redire ſecundum communem, & numero decimoquarto.*

7 *SI duo compromittant in præſentem, & tacentem, præſens non dicitur oneri ipſius compromiſſi conſentire, nec illud acceptare.*

8 *QVIS non dicitur oneri aſſumendi officium executoris conſentire, ſi teſtator eum præſentem, & tacentem in teſtamento executorem conſtituat.*

9 *QVIS non dicitur conſentire, vt teſtis non iuratus contra ipſum deponat, ſi illo præſente, & tacente non iuratus deponit.*

10 *IN actu concupiſcibili, & honorabili præſens, & tacens videtur conſentire, ſed ſecus in actu præiudiciali, & vituperabili.*

11 *IS, cuius reſpectu res fuit prohibita alienari, & in quem res transferri debet; ſi alienetur, ſibi non præiudicat, ſi alienatio fiat ipſo præſente, & non contradicente ſecundum communem.*

12 *QVIS permittendo de bonis ſuis alium teſtari, ſibi non præiudicat, niſi expreſſe conſentiat teſtatori.*

13 *QVI non conſenſit expreſſe alienationi fundi fideicommiſſo ſubiecti, ne dum in pretio, ſed nec in re dicitur ſibi præiudicare.*

15 *ENEFI-*

15 *BENEFICIVM eccleſiaſticum non eſt in bonis noſtris, ſed quaſi in bonis.*

16 *OPINIO gloſ. in §. præterea, in verbo regreſſum: Quib. mod. feud. amittatur, vt is, qui habet ius in emphyteuſi, ſibi præiudicet, ſi præſens, & non contradicens patiatur alium a domino inueſtiri, intelligenda eſt, vt non ſtatim ſibi præiudicet, ſed elapſo termino decem dierum, qui dantur ad appellandum.*

17 *MINOR ſicut fundum emphyteuticum ſine decreto alienare non poteſt, ita non poteſt ſine decreto ius, quod ſibi cõpetit in fundo, repudiare: ideo ſi præſens, & tacens ſit inueſtituræ, quæ de re ſua alteri fit, ſibi non præiudicat.*

18 *ACTVM celebrare, & ei conſentire a pari procedunt.*

19 *PRAESENS, & conſentiens inueſtituræ non quidem nomine priuato, ſed officij ſibi iniuncti a iure communi, vel municipali, ſibi non præiudicat.*

20 *NISI quis ex certa ſcientia, ſciens ius ſibi in emphyteuſi competere, conſentiat, alium de emphyteuſi inueſtiri, ſibi non præiudicat, cum potius intelligatur errare, quàm conſentire.*

21 *QVI conſentit de iure ſuo dubitans, pro errante habetur.*

1 NONA cauſa, ob quam emphyteuta iure ſuo priuatur, eſt, ſi patiatur, alium de emphyteuſi, quę ad ipſum pertinet, inueſtiri, ut eſt tex. cum gl. in c. 1. §. pręterea. Quib. mod. feud. amittatur. ubi etiam doct. qui enim conſentit, iura ſua perdit, & aliena fortificat, ut inquit Bald. in d. §. præterea, per l. quæritur: §. ſi uenditor. ff. de ædili. edicto, ubi etiam inquit, hanc regulam eſſe infallibilem, quando quis conſenſit in iure ſuo transferendo in alium, & ratio eſt, quia emphyteuta, apud quem eſt utile dominium, conſentiens inueſtituræ, dicitur ipſe utile dominium transferre, ſicu
2 ti cum conſentio alicui, ut donet alteri rem meam ſuo nomine, dicor ego donare, Bar. in l. quę dotis, nu. 15. uer. tertio pone. ff. ſol. matr. Paul. de Caſtro in conſ. 319. uiſis, & examinatis omnibus, col. fin. uer. ſed ſi quid fuit operata, uol. 2. Bald. in l. ſi liqueat in 2. notab. C. de in offic. donat. ubi etiam notat, quòd non ſufficit in hoc caſu inſinuare do

nationem

nationem tanquam factam ab eo, qui dicit ſe donare: ſed inſinuari debet tanquam ſit facta a conſentiente: quia ab eo proficiſcitur dominium, vt etiam tradit Aret. in conſ. 128. eximie collecteralis, col. 3. num. 7. & poſt ipſum Andreas Tiraq. in l. ſi vnquam. in verbo donatione largitus, verſ. & qui conſentit. num. 349. C. de reuocand. donat. vbi
3 multos alios in hanc ſententiam citat: nam & pariter is, qui alienationi rei ſuę conſentit, in re ſibi præiudicat, Bart. & doct. in l. ſi fundum per fideicommiſſum. de l. 1. & quantum attinet ad noſtram quæſtionẽ, ſi emphyteuta conſentit expreſſe, alium a domino inueſtiri, ſtatim ſibi pręiudicat, & res caret omni difficultate, cum Paul. de Caſtro hoc idem dicat in feudo in conſ. 84. quæſtio vertitur. ſub num. 1. circa finem. vol. 2. per l. ſicut. ſ. voluntate. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſoluitur, & l. mater, ſ. ſi autem poſtea, in verbo proprietatem amiſiſti. C. de rei vendicat. Dec. in conſ. 389. viſa longa ſerie. ſub num. 8. Ant. Rub. Alex. in conſ. 133. viſo caſu. num. 12. Tiraq. de iure primog. quęſt. 26. num. 2. & omnes doct. id etiam admittunt, in d. ſ. præterea, per illum tex. Quib. mod. feud. amitt. a quo poſſumus ad emphyteuſim arguere, cum eadem ſit ratio, nec de iure communi contrarium deciſum reperiatur, Specul. in ſ. quoniam. uerſ. 40. tit. de feud. Soc. iun. ex commu-
4 ni doct. ſententia in conſ. 72. num. 57. uol. 1. ſed difficultas eſt, ubi cõſenſus emphyteutę non fuit expreſſus, ſed tacitus, quia pręſens fuit in ueſtituræ. q̃ facta fuit de emphyteuſi, quę ad ipſum pertinebat, & non contradixit. Gl. in d. ſ. pręterea, in verbo regreſſum, tit. quib. mod. feud. amittatur. cenſuit, quòd ſi pręſente, & non contradicente eo, ad quem feudum de iure debebat obuenire, alius fuerit de feudo inueſtitus; is videatur huic inueſtiturę conſentire, nec eam reuocare poſſit, per l. ij. & l. hypothecas C. de remiſ. pign. & l. decuriones. ſ. vltimo ff. de decurionibus. & l. ij. ff. ad municip. & l. creditor. in fine. ff. de reg. iuris. & l. 1. C. de fund. fiſcalib. lib. 10. quam gl. in d. ſ. præterea, ſequũtur Iacob. de Beluis. Bald. Aluarot. & communiter omnes, vt teſtatur Pariſ. in conſ. 76. num. 15. uol. 4. ubi etiam ipſe eandem opinionẽ gl. amplectitur, & Ruin. in conſ. 1. ſub num. 18. uol. 1. Alber. Brun. in cõſ. 40. ad finem. & in conſ. 80. col. 5. uerſ. plus dicit, quem refert Tiraq. in d. quęſt. 26. num. 2. de iur. primog. cui etiam accedit Alex. in conſ. 87. ſub num. 14. uol. 6. licet ibidem gl. declaret, ut procedat data ſcientia illius, qui eſt præſens, & non contradicit: pro qua opinione gl. facit
5 etiam, quòd is, qui habet ius in beneficio, ſi patitur præſens, & non contradicens collationem de illo alteri fieri, dicitur iuri quod habet renunciare, ita ut non poſſit ad illud amplius redire, Imol. ſequutus Tancred. & Archidiac. in c. ex ore. num. 6. de his, quæ fiunt a maior.

parte

parte capit.& poſt ipſum Pariſius in conſ. 76. volum. 4.vbi num.14.
6 hanc eſſe ueriorem,& frequentiorem ſententiam affirmat. Sed contra
riam opinionem,quòd præſens inueſtituræ, & non contradicens ſibi
non præiudicet, nec ius ſuum amittat, tenuit Andr.de Iſer.in d.§.præ
terea.Quib.mod. feud. amittatur, quia inueſtitura fieri poteſt nedum
de re inueſtientis, ſed etiam de re prorſus aliena, in qua alius habet,
vel habere poterat vtile dominium, petendo inueſtituram: Ideo cum
dominus poſsit facere inuito eo, qui eſt pręſens,nec contradicit,ſciē
tia, & pręſentia cum taciturnitate ipſi non nocet, cum ſciat ius ſuum
durare, ex quo expreſſe non renunciat,& nihil facit vltra taciturnita-
tem, & præſentiam l.ſi quis §.non videtur.ff.Quib.mod.pign.vel hy
poth. ſoluitur.ſicuti etiam ſi ſubſcriberet, ſibi non pręiudicaret: quia
agitur de iure eius dominij l.Gaius. ff.de pignor. act.l.fideiuſſor.§.
pater.ff.de pignor.ad not.in l.Titia.§.Lutia.ff.de leg.2.Bart.in l.quæ
dotis.ſub num. 22.ff. ſolut. matrimonio, vbi determinat præſentiam
cum taciturnitate non inducere conſenſum, vbi agitur de pręiuditio
præſentis, & non contradicentis circa ius reale, & circa ius eius do-
minij,vel vſusfructus, vt etiam in terminis quęſtionis noſtrę cũ Andr.
de Iſer.tenuerũt Franc.Curt.iun.in tract.feud.in 4.parte.pag.42.verſ.
nunquid autem in caſibus.Aluarot.& Card.in d.§.pręterea. vt eos re
fert Tiraquel. in d.gl.9.num.155.§.1.de retract. conſang. & late
Afflict.in d.§.pręterea.num.9.cum ſequentibus per ſupradicta iura,
& rationes, & per ea,quæ voluit Ioan.Andr.in addit.Specul.in tit.de
7 arbitris,§.ſequitur, verſ.ſed nunquid, ubi dixit, quòd, ſi duo com-
promittant in pręſentem,& tacentem,is non dicitur conſentire oneri
ipſius compromiſsi, & illud acceptare, necnon per ea, quæ idem Io
an.Andr.ſcripſit in c.Ioannes.de teſtam.vbi inquit, quòd ego non ui
8 deor conſentire oneri aſſumendi officium executoris, ſi teſtator in te-
ſtamento conſtituit executorem me pręſentē,& tacentē,& ſequuntur
communiter doctores, teſte Couaruuias in d.c.Ioannes.nu.4.ubi hoc
limitat duobus modis,ut per eũ:de qua re uide etiam Blanc.in Tract.
de compromiſſis.quæſt.1.num.36.qui limitat tribus modis. Item ad-
ducit, quod uoluit idem Ioan.Andr.in c.nuper, de teſtib.ubi ſcriptũ
9 reliquit, quòd ego non uideor conſentire, ut teſtis deponat contra
me non iuratus, ſi me præſente, & tacente non iuratus deponit. Pro
ſupradicta opinione Andr.de Iſern.dicit pariter facere dictum Innoc.
10 in c.cum geneſi,de elect. quòd in actu concupiſcibili, & honorabili
pręſens,& tacens uidetur conſentire: ſed in actu pręiudiciali, & uitu
perabili non dicitur conſentire l.qui patitur.ff.mandati. pro qua ſen-
11 tentia facit etiam, quòd is,cuius reſpectu res fuit prohibita alienari,

& in quem

& in quem debet transferri res, ſi alienetur, ſibi non præiudicat, ſi
alienatio fiat ipſo præſente,& non contradicente, vt contr.gl.in l. cũ
proponas,C.de pact. tenent ibidem Bart.Bald.Ioan.Fab.Paul. de Ca
ſtro, Alex.Iaſ.& communiter doct. vt teſtãtur Bald.in l.1.col.vltima.
C.de bon.maternis.& Iaſ.in l. filiusfamilias. §.diui, in 2. lectura.nũ.
81.verſ.tertiodecimo limita, de leg.1.& eodem loco Ioan.Crot.nũ.
148.verſ. prima ſit concluſio, vt etiam tenent multi alij, quos refert,
& ſequitur Tiraq.de retract.lignag.§.1.in gl.9.nu.156.verſ.nec eſt,
quòd diſcedendum ſit, qui numero antecedenti, verſ.ſed & quòd po
ſtremo,videtur amplecti opinionem Andr.de Iſern. contra gl.in.d.§.
præterea, contra quam, inquit, quòd non obſcure ibidem tenuerũt
Bald.Aluarot.& Cardin.Alex. dum vltra præſentiam, & taciturnita-
tem requirunt alium actum conſenſui ſuffragantem, vt ibi apud
eos omnibus videre licet: quę ſententia confirmatur ex eo, quod vo
luit Bald.in c.1.in princ.de prohib.alienat.per Loth.vbi ſcriptum re-
12 liquit, quòd licet quis permittendo teſtari de bonis ſuis, ſibi præiu
dicet l.ſicut.§.in venditionis.ff.Quib.mod.pign.vel hypoth.ſoluitur
tamen iſtud habet locum, ſi expreſſe conſentiat teſtatori diſponenti
de bonis ſuis: nam aliàs ſola præſentia domini, qui tacet, non indu-
cit conſenſum, vt eum refert, & ſequitur Crot.in d.§.diui.nu. 148.
in fine: ſicuti etiam, qui non conſentit expreſſe alienationi fundi fi-
13 deicommiſſo ſubiecti, nedum in pretio, ſed nec etiam in re, dicitur
ſibi præiudicare, vt tradit Caſtr. in d.l. ſi fundum per fideicommiſ-
ſũm.num.2.de leg.1. Ex quibus uidetur uerior ſententia, ut emphy-
teuta præſens, & tacens alium inueſtiri de re ſua ſibi non præiudicet
ut Andr.de Iſer. Afflict.& alij ſupracitati tenent in feudo contra gl.in
d.§.præterea.Quib.mod.feud.amitt.cui non multum opitulari vide-
tur id, quod ſupradictum eſt de illo, qui habet ius in beneficio ec-
cleſiaſtico, & patitur pręſens,& non contradicens alium de ipſo pro
14 uideri,tum quia Ioan.Andr. in reg. is, qui tacet, de reg.iur. in 6. in
mercurialibus.Hoſtiens.Cardin.& alij in d.c.ex ore,tenuerunt,quòd
præſentia, & taciturnitas non inducant renunciationem beneficij:ſed
requiratur conſenſus expreſſus, ut eos refert Cæſar Lambertin. in
tract.de iur.patronat.in 3.parte 2.lib.quæſt. 2. in ſecundo articulo,
ſub num. 12. tum quia ſpeciale eſt, quòd tacens habeatur pro con-
ſentiente in ordinatione eccleſiæ, quę fauorabilis eſt, ut tradit Dec.
in c.ſuper eo,num.42.uerſ.ſed ad iſtam poteſt reſponderi,de offic.de
15 leg.& poteſt etiam dici, quòd facilius inducatur renunciatio in be-
neficijs eccleſiaſticis, quæ non ſunt in bonis noſtris, ſed quaſi in bo
nis, Specul.in tit.de appellat.in §.nouiſsime.num.17.per l.1.ff.de

uſufruct.

vſufructus, &c. quod autem, prope finem. 23. quæſt. 7. & onus eſt
illa habere, quàm in emphyteuſi, in qua agitur de maiori præiuditio,
cum agatur de præiuditio vtilis dominij, vel de remiſsione iuris ad il
lud obtinendum, ad not. per Bart. in d. l. quæ dotis. num. 22. iunctis ijs,
quæ tradit ſub. num. 24. ſolut. matr. Cæterum admiſſa opinione glo.
16 in d. §. præterea in verbo regreſſum, Quib. mod. feud. amitt. vt is, qui
habet ius in emphyteuſi ſibi pręiudicet, ſi præſens, & non contradi-
cens patiatur alium a domino inueſtiri, primo intelligenda eſt in eo,
qui præſens, & non contradicens patitur alium de emphyteuſi inueſti
ri, de qua ipſe erat inueſtiendus, vt non ſtatim ſibi præiudicet: ſed ela
pſo termino decem dierum, qui dantur ad appellandum ex eo, quod
notat Bart. in l. 1. C. de relat. quia cum is, qui debebat a domino inue-
ſtiri de emphyteuſi, ſi dominus neget ei inueſtituram facere, poſsit
appellare ſuperiorem, vt cogat dominū ad renouandum, gl. in c. bo-
næ memoriæ. de poſtulat. prælat. Ripa in l. 1. ff. de priuileg. cred. Ioan.
de Anan. in conſ. 84. num. 2. Alciat. vbi hanc communem dicit, in cōſ.
29. num. 4. Afflict. deciſ. 238. num. 2. Roman. conſ. 22. Alex. conſ. 80.
vol. 1. pręſens, & tacens non habetur ſtatim pro conſentiente: ſed tūc
demum elapſo termino ad appellandum, vt declarat Decius in patro
no, qui interfuit, & non contradixit collationi, quam fecit Epiſco-
pus de beneficio iuris patronatus, in c. ſuper eo, num. 42. extra, de
offic. delegati.

17 SECVNDO intelligenda eſt opinio gl. vt procedat, ſi is, qui eſt
pręſens, & tacet, ſit maior; nam, ſi eſſet minor, eius præſentia cum
taciturnitate non haberetur pro conſenſu, nec ſibi præiudicaret: quia
minor, qui fundum emphyteuticum ſine decreto alienare nō poteſt,
l. 3. §. ſi ius. ff. de reb. eorum l. etiam. C. de præd. minor Menoch. de ar
bitr. iudic. quęſt. lib. 2. centuria. 2. caſu. 171. num. 56. neq; etiam abſq;
decreto ius, quod ſibi competit in fundo repudiare poteſt l. magis pu
to. §. fundum. ff. de reb. eorum, Menoch. de arbitr. iudic. quęſt. loco ſu
pracitato. num. 52. poſt. Federic. de Sen. in conſ. 9. & Roland. à Valle
in conſ. 15. num. 30. vol. 1. quos ipſe citat: non poteſt etiam inueſti-
turæ alienanti ad ſuum præiuditium conſentire, Bart. in conſ. 70. Re-
uerendiſsime Domine, num. 1. vol. 1. per l. ſi fundus. §. 1. in fine. ff. de
18 pignor. cum a pari procedant actum celebrare, & ei conſentire, Ti-
raq. vbi multos in hanc ſententiam citat in Tract. de retract. lignag. §.
1. gl. 9. verſ. præterea tex. num. 137. & ita in terminis noſtris declarat
gl. in d. §. pręterea. idem Tiraq. in tract. de iur. primog. quęſt. 26. num.
6. verſ. tertio limita, ex ſententia Martini Laud. qui tamen hoc intelli
git procedere, niſi minor pubes iurauerit per tex. in auth. ſacramenta
puberum.

puberum C. ſi ad verſ. vendit. vt ibidem per eundem Tiraq.

19 TERTIO intelligenda eſt ſupradicta gl. opinio, niſi iſte eſſet prę ſens, & conſentiret inueſtituræ, non quidem nomine priuato, ſed officij ſibi a iure communi, vel municipali, aut a magiſtratu comiſſi, ut ſi ex ſtatuto, exempli gratia, requiratur conſenſus propinquorum in contractibus minorum, aut mulierum, & iſte præſens, & tacens, tanquam propinquus adhibitus fuerit contractui inueſtiturę, vt ipſe contractus valeret: nam tunc eius conſenſus ſibi nihil præiudicat, quin iure ſuo vti poſsit, Bald. in conſ. 102. punctus ſuper quo. num. 2 vol. 2. per l. cum quædam. C. de adminiſtr. tut. & §. ſi tutor. inſtit. de inofficioſo teſtam. Aim. Crauetta in quęſt. de indemnit. mulier. num. 2. Caſtr. conſ. 259. omnis difficultas. num. 4. vol. 1. vt etiam in eo, q̇ nomine officij conſenſit alienationi, quòd in iure retractus ſibi non præiudicet, tradit Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 9. verſ. ſed hãc noſtram num. 141. & in gubernatore ciuitatis interponentis decretum in tranſactione, quòd ſibi non præiudicet in iure, quod habet in bonis in tranſactione contentis, ſcriptum reliquit Caſtr. in conſ. 423. ſub num. 2. col. 2. vol. 1.

20 QVARTO declaratur, ſi ſciens ius emphyteuticum ſibi competere, & ex certa ſcientia is conſenſerit, alium de emphyteuſi inueſtiri: aliàs itelligitur potius errare, quàm conſentire, vt expreſſe voluerunt gl. Bald. & alij in d. §. præterea. per l. 2. ff. de iudic. & l. ſi per errorem. ff. de iuriſdict. omnium iudic. & l. nec ignorans. C. de donat. & poſt ipſos Alex. in conſ. 87. accurate ſub. num. 14. verſ. non obſtat. vol. 6. Tiraq. de iure primog. in d. quæſt. 26. num. 7. uerſ. quarto limita, ubi etiam in eandem ſententiam citat Iaſ. in conſ. 107. in pręſenti conſultatione. col. 4. uerſ. 1. dicitur uol. 4. & ſubdit hoc quoq; procede

21 re, cum is, qui conſentit, de iure ſuo dubitat: nam pro errante habetur l. ultima §. 1. & ibi Bart. C. de furt. cum concordantibus ab ipſo Tira. collectis in l. ſi unquã. in gl. 1. num. 96. C. de reuocand. don. ut ipſe ſe ipſum citat.

DE CAV-

DE CAVSA PRIVATIONIS OB MVTATAM REI FORMAM.

1 *EMPHYTEVTA non poteſt ſyluam inuito domino extirpare, et ad culturam redigere, & ſi id faciat, iure ſuo priuatur, niſi adſit ſtatutum, vel conſuetudo in loco, quæ id permittat, & num. 7.*

2 *EMPHYTEVTA non poteſt domum, quam in emphyteuſim conduxit, inſcio domino deſtruere, & ad aream reducere.*

3 *EMPHYTEVTA, cuius culpa domus combuſta eſt, poteſt a domino expelli, vel ad eius refectionem a domino cogi: & an incendium præſumatur factum culpa habitatoris domus.*

4 *EMPHYTEVTA poteſt terram pratiuam ad terram aratoriam redigere.*

5 *EMPHYTEVTA poteſt ſuper area domum inſcio domino edificare.*

6 *EMPHYTEVTA poteſt reducere ſyluam ad pratum, vel terram aratoriam, ſi ex tali extirpatione fundus melior efficiatur.*

1 DECIMA ex cauſa iure ſuo emphytéuta priuatur ob mutatam rei formam: nam emphyteuta, qui ſyluam in emphyteuſim recepit, non poteſt illam inuito domino extirpare, & ad culturam redigere, aut ibi vineam plãtare: &, ſi id faciat, iure ſuo priuatur, ut poſt Nicol. de Matarell. ſcriptum reliquit Bald. in l. 1. num. 12. uerſ. ſed pone accepi ſyluam. C. de iur. emphyt. quia forma rei mutatur, l. repeti. §. fin. ff. de ſolut. l. ſi cuius. §. uſufructuarius, & l. hactenus. §. Neratius. ff. de uſufr. & eo modo forma rei mutatur, ut non poſſit eſſe amplius ſylua, ut prius erat l. quæſitum. §. illud. de l. 3. ut uoluit etiam Iaſ. in d. l. 1. de iure emphyt.

iure emhpyt. num.99. poſt Florian. quem ipſe citat in l. hactenus. §. Caſsius. ff. de vſufr. quos etiam ſequitur Barthol. Veron. in tract. de ſeruit. ruſtic. prædiorum cap. 22. de montibus. num. 10. verſ. 5. quæritur, an emphyteuta, Ioan. Mar. Riminaldus in conſ. 430. num. 19. & ſeq. vol. 3. maxime ſi ſit dictum in inueſtitura, quòd liceat acquirentibus paſculare cũ eorũ beſtijs ſuper petijs terræ, quæ conceditur: nã ex hoc colligitur, quòd fuit intentio, ut non poſsit nemus reduci ad culturã,
2 vel pratum, vt ibidem per eum. Sicuti etiam certum eſt, emphyteutã non poſſe domum, quam in emphyteuſim conduxit, inſcio domino deſtruere, & ad aream reducere: quia hoc modo res redditur deterior, quod nullo modo emphyteutæ intelligitur permiſſum, vt in
3 fortioribus terminis uoluit idem Bald. in d. l. 1. C. de iur. emphyteutico, num. 11. verſ. reuoco in dubium, vbi concludit, quòd emphyteuta poſsit a domino expelli, vel contra eum agi ad interreſſe, ſi domus eius culpa ſit combuſta, nec velit dominus emphyteutã ad eius refectionem cogere: quia in hoc claudicat contractus propter culpam ipſius emphyteutæ, cui nunquam licet formam rei emphyteuticæ mutare, ſi rem deteriorem reddit, Bero. in conſ. 124. num. 3. uol. 1. Incendiũ autẽ, & combuſtio domus an præſumatur facta habitãtis culpa, & quomodo probetur, vide apud Alex. in conſ. 50. uol. 1. & in cõſ. 74. uol. 6. & apud Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. caſu. 390. ubi pleniſſime tractat. & apud Franciſ. Mantic. coniect. ultimorũ uoluntatũ lib. 9. tit. 12. & Ioſeph. Lodouic. deciſ. Perus. 25. per totam illam deciſ. & Ioſeph. Maſcard. de probationibus concluſ. 892. uol. 2. plerique tamen uolunt, poſſe emphyteutam mutare formam rei, ſi tali mutatione rem meliorem reddat: quia tacite ineſt contractui emphyteuſis, vt emphyteuta poſsit meliorare rem ſibi in emphyteuſim conceſſam, auth. ſi quas ruinas. C. de ſacr. eccl. l. ij. C de alluuionibus, & ꝓpterea
4 cõcludunt, ꝙ emphyteuta poſsit terram pratiuã in terram aratoriam mutare: nã hoc modo terra reditur vberior, & fertilior, vt in terminis docent Lodou. Bologn. in conſ. 67. num. 8. Stephan. Bertran. in conſ.
5 255. viſis petitionibus in tertio dubio. vol. 1. ſicuti eadẽ ratione Bald. Iaſ. Bartho. Veron. in locis ſupracitatis uoluerunt, quòd emphyteuta poſsit ſuper area domum in ſcio domino ædificare: quia ad hoc cõtractus emphyteuticus fuit inuentus, vt res melioretur, & abſurdum eſſet dicere, quòd qui debet æternaliter poſsidere, non poſſet rem meliori forma meliorare, præſertim cum res poſſit reduci ad aream
6 demolita domo. Quinimo Cæpol. in d. c. 22. de montibus. quæſt. 5. verſ. & tunc aut non eſt utile, cenſuit emphyteutam poſſe reducere Syluam ad pratum, vel terram aratoriam, ſi maior ex eo ſit vtilitas, & ex tali

& ex tali extirpatione fundus efficiatur melior, dummodo non ſit cautum, vt ſoluantur tot plauſtra lignorum pro canone de illo nemore: quia tunc tacite videtur actum inter partes, vt nemus non deſtruatur. l. ſi debitor. ſ. veriſimile. ff. de cōtrah. empt. l. legatum. ff. de vſufr. legato. & inquit non obſtare, quòd mutetur forma, quæ non ſit reducibilis ad materiam, d. l. hactenus. ſ. Neratius. ff. Quib. mod. vſusfr. amitt. l. repet. ſ. rei mutatione. ff. eod. quia illa iura loquuntur in vſufructuario, qui habet iura debiliora, quæ facilius corrumpuntur, & finiuntur. l. corruptionem. C. de vſufr. ſ. finitur. inſtit. de vſufr. Ideo dicendum eſt, vſufructuarium non poſſe ipſum nemus extirpare, & formam mutare: quia mutata forma mutatur vſusfructus, qui propter hoc perit: ſed ſecus eſt in emphyteuta, qui habet plus iuris, videlicet vtile dominium, & perpetuum. l. 3. ff. de ſeruit. iuncta l. 1. ſ. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectig.

7 SECVNDO declarat id, quod dictum eſt, emphyteutam nō poſſe ſyluam ad culturam redigere, non habere locum, vbi adeſſet ſtatutum, vel conſuetudo in loco: quia illi ſtandum eſſet l. ſemper in ſtipulationibus. de regulis iuris quod inquit Paduę obſeruari de facto: quia emphyteutæ extirpant nemora, & ſyluas: quod tamen eſt intelligendum, niſi aliter ſuper hoc ſpecialiter ſit conuentum inter contrahentes, nam conuentioni primò ſtandum eſt l. ij. C. de iur. emphyteut. iuncta l. 1. ſ. ſi conuenerit. ff. depoſiti, vt idem Veronenſis loco ſupracitato tradit.

DE CAVSA PRIVATIONIS OB TEMPVS FINITVM.

1 EMPHYTEVSIS ad certum tempus conceſſa poſt illud tempus ad dominum concedentem reuertitur.

2 LIMITATVM ad tempus non porrigit effectum ad vlterius tempus.

3 PROCVRATOR ad certum tempus conſtitutus poſt illud officium amittit, nec admittitur volens litem proſequi, etiam ſi litem fuerit conteſtatus & etiam ſi aduerſarius velit.

4 FINITO tempore priuilegij finitur priuilegium.

5 PROHIBITIO alienandi vſq; ad certũ tẽpus poſt illud tẽpus expirat.

6 CONDEMNATVS vſq; ad certũ tẽpus poſt illud tẽpus pœna eximit.

7 CONFINATVS, vel relegatus ad quinquennium finito quinquennio abſq; licentia ſuperioris poteſt reuerti ad ciuitatem libere, & impune.

8 SVSPENSIO, etiam propter delictum, ad tempus finitur ipſo iure poſt tempus.

9 EMPHYTEVSIS conceſſa ad 29. annos pro ſe, filijs, & nepotibus, finito curſu 29. annorum ad eccleſiam reuertitur, etiam ſi extent filij, vel nepotes, & linea non ſit finita.

10 DVRANTE tempore, ſi deficit linea, vtile dominium applicatur directo.

11 DOMINVS non poteſt emphyteuſim vni conceſſam, alteri in eius præiuditium concedere, nec emphyteutam expellere, donec pacta obſeruat.

12 EMPHYTEVSIS conceſſa ad 29. annos cum pacto ad renouandum de 29. annis in 29. annos perpetuò, vel vſq; ad tertiam generationem, finito tempore 29. annorum dicitur finita.

13 ID, quod durat, non renouari, ſed prorogari dicitur.

14 VTILE dominium vni conceſſum, prima conceſſione durante, alteri concedi non poteſt.

15 DECISIO Angeli in conſ. 184. damnatur.

16 TEMPVS 29. annorum ſecundæ inueſtituræ, quæ fuit facta durante prima, incipit currere a die contractus ſecundæ inueſtituræ, nõ autem poſt finitum tempus 29. annorum primæ inueſtituræ.

17 EMPHYTEVSIS conceſſa in perpetuum renouanda, ſiue ad renouandum de vigintinouem annis in vigintinouem annos curſu temporis non finitur.

18 EMPHYTEVSIS conceſſa ad tempus, ſi non fuit adiecta quantitas temporis, ad quod tempus intelligatur conceſſa, remiſſiue.

VNDECIMA cauſa, ex qua emphyteuta iure ſuo
priuatur, eſt tempus finitum: nam emphyteuſis cō
ceſſa ad certum præfinitum tempus, puta ad 29. an
nos, vel quadraginta, vel centum annos ad domi
num cōcedētem reuertitur: quia cōceſſum ad tem
pus poſt illud tempus videtur prohibitum, l. Impe
1 rator. ff. de poſt. l. ſtatuliberū. §. Stichū, de l. 2. l.
pater filium. §. fundum. de l. 3. Bart. in cōſ. 161. in nomine Domini.
nu. 4. vol. 1. Bald. Alex. Imol. Franciſ. Aret. & Iaſ. in l. ſi ita quis. ff. de
vulg. & pupill. & alij multi, quos more ſuo ad hanc rem congerit Ti
raq. de retract. conuent. in §. 1. gl. 2. nu. 46. verſ. præterea emptor, &
2 ita in emphyteuſi in terminis tradit Dec. in conſ. 328. in caſu propo
ſito, in principio, limitatum enim ad tēpus nō porrigit effectum ad
vlterius tempus, Petr. de Ancar. in conſ. 118. caſus talis eſt, num. 2.
verſ. circa primum. Paul. de Caſtr. in conſ. 263. Circa primū quęſitū
col. 3. ſub num. 3. verſ. 1. quia teſtator. vol. 2. Ideo procurator conſti
3 tutus ad certum tempus poſt illud tempus amittit officiū, nec admit
titur volens litem ꝓſequi, etiam ſi fuerit litem cōteſtatus, Bart. poſt
Iacob. Aren. in l. 1. §. vltimo. nu. 4. ff. de procurat. & ſequitur Paul. de
Caſtro, qui addit, etiam ſi aduerſarius velit, in conſ. 104. viſis, & pon
4 deratis omnibus. nu. 2. vol. 1. pariter finito tempore priuilegij finitur
priuilegium, vt ſcripſit Bal. in conſ. 142. quidam dominus Paſſinus,
5 col. 2. uol. 2. ſicuti ēt ꝓhibitio alienādi vſq; ad certū tempus, poſt il-
lud tempus expirat, d. l. pater. §. fundum. vbi Bar. de leg. 3. not. gl. in l.
6 peto. §. fratre. de leg. 2. Ruin. in conſ. 112. num. 4. vol. 2. & cōdemna
tus vſq; ad certum tempus poſt illud tēpus pœnæ eximitur, l. fratres
7 ff. de pœn. ſicuti etiam cōfinatus, vel relegatus ad aliquem locū vſq;
ad quinquennium, finito quinquennio, abſq; alia licentia ſuperioris
poteſt reuerti ad ciuitatem libere, & impune: nam vltima dies quin
quennij licentiat, vt firmat Bald. in proemio. ff. §. hæc autem tria, An
gel. in lectura antiqua in l. ſi vnus, §. ſi cum reo. ff. de pact. Bal. in l. a-
ctiones. §. Labeo. ff. pro ſoc. quos refert, & ſequitur Cremēſ. in ſing.
48. cōſuluimus, & bānitus ad tēpus limitatū, puta ſex menſiū, lapſo
tēpore abſq; alia ſentētia a bāno eximitur, & pōt impune redire, Bal.
8 in cōſ. 34. caſus talis eſt, vol. 1. ſuſpēſio ēt propter delictū ad tēpus, fi
nitur ipſo iure poſt tēpus. Ant. de But. in c. vlt. nu. 2. de fri. & malef. Fo
ler. in ſua pract. crim. cap. 33. nu. 102. & ad quæſtionē noſtrā faciūt ēt
multa, q̄ cumulat Tiraq. in d. tract. de retract. cōuent. §. 1. gl. 2. nu. 46.
vſq; ad 54. vbi inter cętera nu. 52. notat tēpus ipſū habere uim renū
ciationis per tex. in l. 1. §. ſed uidēdum. ff. de ſucceſſ. edicto, qui paria

facit excluſionem ex tẽpore, & renũciationẽ, cum dicit excluſus eſt
tempore, vel repudiatione, & per l.ſi ea, C.qui accuſ. poſſunt, vbi
idem not. Bald. tum col. 1. verſ. tertio nota, tum col. vltima in duo-
bus locis, vt notant etiam multi alij, quos ipſe Tiraq. citat vt eſt
apud ipſum videre.

9 AMPLIATVR id quod dictum eſt, emphyteuſim ad viginti
nouem annos conceſſam, vel ad aliud certum tempus, poſt illud tẽ
pus ad dominum concedentem, reuerti, vt procedat, etiam ſi ſit cõ-
ceſſa ad 29. annos pro ſe, filijs, & nepotibus, & ſic ſimul etiam ad
tempus incertum: quia finito curſu 29. annorum, res ad eccleſiam
dominam reuertitur, etiam quòd linea non ſit finita, & extent filij,
vel nepotes, vel ipſemet acquirens: duo enim ſunt neceſſaria, ne
emphyteuſis redeat ad concedentem, quòd extent deſcendentes, &
quòd ſint intra tempus limitatum: alias vtile dominium applicatur
directo, vt tradit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de locato. §.
10 nunc aliqua. num. 172. quæſt. 145. Ideo ſicut durante tempore, ſi de
ficiat Linea, vtile dominium applicatur directo, vt voluit etiam Io-
an. Mar. Riminald. poſt Ioan. Andr. loco ſupra citato in conſ. 485.
num. 2. quicquid ſenſerit Specul. per l. vxori, la 3. ff. de vſufr. leg. ad
quam reſpondet Ioan. Andr. in ſupracitata additione: ita, ſi extat li-
nea, finito tempore, ad eccleſiam emphyteuſis reuertitur, Ruin. in
conſ. 167. num. 12. iuncto princ. vol. 1. Angel. in conſ. 184. ex for-
ma, & ſerie, dum concludit, emphyteuſim conceſſam ſtipulanti pro
ſe, & ſuis filijs maſculis, & vna fœmina, pro tempore 29. annorum
ad ſe renouandum finito tempore 29. annorum, poſſe ab eccleſia cõ
cedi extraneo, & filiam ſtipulatoris non poſſe reuocare ab extraneo
emphyteuſim: ſed debere agere ad intereſſe contra eccleſiam vt
etiam poſt ipſum ſcriptũ reliquit Alex. in conſ. 165. nu. 7. vol. 2. Ruin.
in d. conſ. 167. nu. 13. uol. 1. quę ſecunda inueſtitura ad præiuditium
filiæ ſtipulatoris non valeret, ſi emphyteuſis finito tempore 29. an-
11 norum exiſtente linea, non eſſet finita, & ad huc duraret: quia nõ po
teſt dominus emphyteuſim vni conceſsã alteri in eius pręiudiciũ con
cedere, Grat. conſ. 79. nu. 1. vol. 1. nec emphyteutã expellere, donec
obſeruat pacta Paris. in conſ. 86. nũ. 1. vol. 4. Hier. Gab. cõſ. 88. nu. 3.

12 AMPLIATVR ſecundo etiam ſi emphyteuſis ſit conceſſa ad
certũ tẽpus, puta 29. annorũ cum pacto ad renouãdum de 29. annis
in 29. annos perpetuò, vel vſq; ad tertiã generationẽ: nã & iſto caſu
per curſum illius temporis 29. annorum locatio, & emphyteuſis di-
citur finita: quia pactum de renouando hoc infert, cum renouetur id,
quod finitũ eſt, & id quod durat, non renouari, ſed prorogari, & pro

telam

telari dicatur,l.dies,ibiq; gl.& omnes doct.in princ.ff. de damno in
fecto l.ſi manente.ff.de precario.per quæ iura ita in terminis noſtris
tradit Bero.in conſ.119.num.1.& 2.vol.1.& in emphyteuſi conceſ
ſa ad terminum nouem annorum, & dictis annis reuolutis,renouan
do dictam locationem de nouem annis in nouem annos, & ſic finito
nouennio,in aliud nouennium renouandum,vſq; ad tertiam genera
tionem,tradit Alciat. in conſ.146.num. 3. verſ. aut dictum eſt:nam,
vt ipſe docet,illa verba Vſq; ad tertiam generationem, reguntur a
dictione renouandum,& oportet,vt præcedat renouatio, & ſic no-
uus cõtractus:nam & dictio Renouãdum,ſignificat,id,quod fieri de
bet propter naturã participij futuri temporis ſecundum gl. in rubr.
ff.de lib.& poſth.debet autem fieri renouatio ſecundum formam cõ
uentionis de nouennio in nouennium:aliàs,ſi vna eſſet locatio in ter
tiam generationem,fruſtra renouaretur in nouennium:ſed ſufficeret
recognitio ſimplex:non autem attendendus eſſet contractus, nã ver
ba,vt idem Alciat.conſiderat,præſupponunt duos terminos, vnum
a quo incipiat locatio,& indicant ſingulis nouem annis nouam inci
pere,alium ad quem,vſq; poſſit produci,& extendi,& dicunt, vſq;
in tertiam generationem, & terminus hic ſubſtantiam obligationis
non reſpicit,ſed diem tantùm,l.obligarionum fere.§.1.de act.& o-
bligat.vnde non impedit,quin ſingulis nouem annis noua locatio,
& noua emphyteuſis incipiat,vt etiam ſuper eodem caſu, & eodem
facto,in quo conſuluit Alciat.voluit Bero.in conſ.116.num.17.vſq;
ad finem.vol.1.vbi etiam num.1.inquit,quòd plures clariſſimi iuris
conſulti una cum Alciato idem reſponderunt.Quod etiam cõfirma-
tur ex ſupradicta deciſione Angel.in conſ.184. Ruin. in conſ. 167.
num.13.uol.1.Alex.in conſ.165.num.7.uol.2.nam, ſi non eſſet fini
ta emphyteuſis, inueſtitura facta extraneo, excluſo illo, qui ex pa-
14 cto debebat renouari,non ualeret;quia utile dominium uni conceſ
ſum alteri concedi non poteſt,prima conceſsione durante, Bald. in
conſ.134.quidam dominus,ſub num.1.uol.2.per l.ſi ea res.ff.de act.
empt.& l.ſiue autem.§.ſi duobus.ff.de public.& l.quod.C.de rei uẽ
dicat.& alia iura,quę citat.& quamuis Ruin.ſibi contrarius in conſ.
168.nu.23.& ſeq.uol.1.Socinus.in conſ.99.in cauſa eximij doct. nu.
7.& ſeq.uol.1.& poſt ipsũ Hipp.Rimin.in conſ.94.nu.29.& ſeq. in
15 ſpecie damnẽt dictũ Angeli in d.conſ.184.& teneãt,ꝙ eccleſia, fini
to curſu.29.annorũ,nõ poſsit extraneũ inueſtire ad prȩiuditiũ illius
ꝗ tàm ex diſpoſitione iuris iux.doct.Bar.in l.1.§.permitti.ff.de acq.
quoti.& æſtiua,ꝗ̄ ex forma pacti debebat renouari,tñ ſatis eſt quòd
eorũ rõnes non eò tendunt, vt ẽphyteuſis curſu tẽporis 29. annorũ

non ſit finita, quia hoc præſupponunt & ipſi: ſed eò militant, ut eccleſia teneatur præciſe ad factum, & ſic ad eum renouandum, ut eſt apud ipſos uidere.

16 TERTIO ampliatur, ut tempus 29. annorum ſecundæ inueſtituræ, quę fuit facta durante prima, incipiat currere a die celebrati contractus ſecundæ inueſtiturę, non autem poſt finitum tempus 29. annorum primæ inueſtituræ, præſertim ſi ſecunda inueſtitura, fiat hinc ad 29. annos proxime futuros: nam illa uerba important idem ac ſi dictum eſſet de iſto die uſq; ad 29. annos. ita in terminis Alex. in conſ. 75. uol. 2. per tex. in l. placet. cum gl. in uerbo ab hinc. C. de ſacr. eccl. & inſtit. de iur natur. gent. & Ciuili, in princ. cum gl. in uerbo ab hinc, & etiam quia ubicunq; durante tempore primę conceſſionis, fit ſecunda conceſsio in longius tempus, tunc per ſecundam conceſsionem dicitur potius prorogari prima, quàm de nouo concedi, aducit l. ſed ſi manente. ff. de pecario l. cum ſtipulatus ſim mihi a Proculo ff. de uerb. obliga.

17 DECLARATVR id quod dictum eſt, emphyteuſim ad 29. annos conceſſam cum pacto ad renouãdum de 29. annis in alios 29. annos curſu temporis finiri, non procedere, ubi emphyteuſiș eſſet conceſſa in perpetuum renouanda, ſiue ad renouãdum de 29. annis in 29. annos: nam tunc unus eſt contractus, ad tradita per Ant. de Butr. in c. 1. extr. de precario. ratio eſt quia, cum dictum ſit emphyteuſim eſſe perpetuam, apparet renouationem non requiri ad ſubſtantiam actus: ſed ad probationem faciliorem: alias eſſet manifeſte contrarietas, ita in terminis Alciat. in d. conſ. 145. num. 1. Berous. conſ. 116. num. 17. in fine uol. 1.

18 QVANDO aut emphyteuſis fuit ſimpliciter conceſſa ad tempus, nec fuit adiecta quantitas temporis, an ad decem annos, uel ad quod tempus, uel in perpetuum intelligatur conceſſa, uide apud Iaſ. in l. 2. num. 163. quæſt. 7. C. de iure emphyteutico.

DE

DE CAVSA PRIVATIONIS OB LINAM FINITAM.

1 EMPHYTEVSIS conceſſa pro ſe, filijs, & nepotibus ad eccleſiam reuertitur. ſi acquirens decedat abſq; filijs, & nepotibus, vel cũ filijs, & demũ deficiant ipſi & nepotes.
2 CONCESSIO facta pro ſe, filijs, & nepotib us, vel vſq; ad talem generationem, dicitur facta ad tempus incertum, & ipſa linea, vel generatione finita, cõceſſio ipſo iure finitur.

3 *VERBA in contractibus proprie, & ſtricte accipiuntur.*

4 *CONCESSIO in emphyteuſim eſt contractus, & ſtricti iuris.*

5 *FILIORVM appellatione ꝓprie filiæ nõ veniũt. ſed per extenſionẽ.*

6 *IN emphyteuſi recepta pro ſe, filijs, & nepotibus ſimpliciter, filiæ, & neptes non comprehenduntur.*

7 *IN emphyteuſi ſtipulata pro ſe, filiis, & nepotibus, filiæ, & neptes cõprehenduntur, ſi eademmet emphyteuſis erat ſolita concedi pro ſe, filiis, & nepotibus, & filiabus, & neptibus.*

8 *INVESTITVRA poſterior interpretatur ſecundum antiquas inueſtituras, niſi in poſteriori expreſſe dicatur, quòd facta eſt inueſtitura de cõmuni conſenſu aliter, quàm ſolitum eſſet fieri.*

9 *IN emphyteuſi recepta pro ſe, filijs, & nepotibus, filiæ, & neptes cõprehẽdunt, quando emphyteuſis fuit a fœmina cõceſſa, vel ab eo ſtipulata: & an hoc ſit uerũ vſq; ad nu. 29. vbi limitatur communis opinio, quatenus ſit vera.*

10 *VBI viget eadem ratio, idem ius ſtatuendum eſt,*

11 *CONTRAHENTES præſumuntur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.*

12 *FOEMINAE, quæ non ſuccedunt in feudo, tanquam incapaces, ſuccedunt tamen in feudo, quod habuit originem à fœmina.*

13 *FEVDVM, licet ſit contractus nominatus, & ſtricti iuris, eſt tamen beneficium, & in eo largiſſime verba interpretantur.*

14 *IN contractibus quicquid eſt omiſſum, cẽſetur ita omiſſum, vt altera pars non poſſit interpretari, ſe hoc modo intellexiſſe, & non illo modo.*

15 *CONTRACTVS nõ recipiunt interpretationem ampliatiuam, ſed arctatiuam, etiam ſi ſine ea promiſſio ſtare non poſſit.*

16 *REGNVM, quod originem habuit a fœmina, ad deſcendentes ex fœmina tranſit.*

17 *QVI omne dicit, nihil excludit.*

18 *ACTVS ſubſequentes declarant actus antecedentes.*

19 *VERBA ſimpliciter prolata intelliguntur accepta ſecundum naturam contractus, ſuper quo interponuntur.*

20 *CONTRAHENTES potius præſumuntur accepiſſe verba ſecundum naturam contractus, &, vt ius commune diſponit, quàm ſecundum qualitatem perſonæ, cui res datur.*

21 *QVANDO diſpoſitio fit a fœmina maſculos vocando, intelligitur etiam de deſcendentibus maſculis ex fœminis: quia diſpoſitio non cenſetur facta cauſa conſeruandæ agnationis: ſed gratia conſeruandi maſculinitatem.*

22 *PRIVILEGIVM immunitatis conceſſum alicui, & poſteris ſuis non comprehendit deſcendentes ex fœminis: & an hoc habeat locum ſi dictum priuilegium a fœmina conceditur.*

23 *POSTERORVM appellatione fœminæ, & deſcendentes ex ea comprehenduntur.*

24 *LIBERORVM nomine veniunt omnes vtriuſque ſexus deſcendentes.*

25 *POSTERORVM appellatione in priuilegio immunitatis fœminæ non veniunt: quia hoc ſpecialiter ſtatutum fuit, vt minus vtilitati publicæ derogetur.*

26 *SPECIES derogat generi, etiam in diſpoſitione hominis.*

27 *MASCVLINVM non continent fœmininum in pœnalibus.*

28 *DESCENDENTIVM maſculorum appellatione nepos maſculus ex filia proprie continetur.*

30 *FOEMINAE admittuntur in emphyteuſi recepta pro ſe, filijs, & nepotibus, vbi adeſt conſuetudo generalis domini concedentis ſub dicta ſtipulatione pro ſe, filijs & nepotibus filias, & neptes admittere.*

31 *CONSVETVDO debet probari per illum, qui eam allegat.*

32 *CONSVETVDINEM, quòd fœminæ admittantur ad emphyteuſim pro ſe, filijs, & nepotibus receptam, non ſatis eſt probare: ſed neceſſe eſt, vt probetur, quòd vigeret tempore contractus.*

33 *FOEMINAE comprehenduntur in emphyteuſi recepta pro ſe, filijs, nepotibus, & deſcendentibus.*

34 *EMPHYTEVSIS recepta pro ſe, filijs, nepotibus, & hæredibus ad filias, & neptes pertinet.*

35 *VT quis admittatur ad emphyteuſim receptam pro ſe, filijs & hæredibus, requiritur vtraq; qualitas, ſc. quòd ſit filius, & ſit hæres.*

36 *HAEREDIS appellatione non veniunt hæredes in infinitum, quando cum nomine filiorum copulatur nomen appellatiuum Hæredes, dicendo filij & hæredes.*

37 VBI *eſt demonſtratio perſonæ, diſpoſitio non tranſit ad hæredem illius.*

38 DICTIO *Quicunq; conuenit tantùm maſculino in natura ſtricti iuris: ſed, ſi iungitur termino communi vz. Homo, comprehendit vtrunq; videlicet maſculum, & fœminam.*

39 EMPHYTEVSIS *recepta pro ſe, filijs & nepotibus, vſq; in eius tertiam generationem, ad filias, & neptes pertinet.*

40 LINEAE *appellatione tàm maſculi, quàm fœminæ continentur.*

41 PROLIS *apellatione filia proprie continetur.*

42 FILIAE, *& neptes admittuntur ad emphyteuſim receptam pro ſe, filijs, & nepotibus, vbi adeſt communis vſus loquendi, vt filiorum, & nepotum nomine etiam filia, & neptes intelligantur,*

43 COMMVNIS *vſus loquendi attenditur in qualibet materia, etiam odioſa, exorbitanti, correctoria, aut aliàs ſtricta, & odioſa.*

44 COMMVNEM *vſum loquendi allegans, debet illum probare: & quomodo probetur, remiſſiue.*

45 FILIAE, *& neptes admittuntur ad emphyteuſim ſtipulatam pro ſe, filijs, nepotibus, & liberis.*

46 ALTERNATIVA *ponitur inter æqualia, & vna pars intelligitur ſecundum aliam.*

47 LIBERORVM *appellatione nedum filij, ſed etiam nepotes proprie continentur.*

48 IN *emphyteuſi recepta pro ſe, filijs, nepotibus, & liberis, trinepotes non comprehenduntur.*

49 HAEREDIS *appellatione de propria ſignificatione veniunt hæredes in infinitum.*

50 SIGNIFICATIO *nominum propter ſubiectam materiam ſæpe reſtringitur.*

51 ALIVD *eſt dicere lego marmor, aliud omne marmor.*

52 EMPHYTEVSIS *eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & omnibus hæredibus ad hæredes extraneos tranſit.*

53 FILIAE, *& neptes admittuntur ad emphyteuſim pro ſe, filijs, & nepotibus vtriuſq; ſexus.*

54 *FILII naturales tantùm ad emphyteuſim pro ſe, filijs, & nepotibus conceſſam, nam admittuntur.*

55 *FILII naturales tantùm ſunt infames infamia facti.*

56 VERBA *dubia interpretantur in fauorem eccleſiæ, vt citius inueſtitorum numerus finiatur, & celerius emphyteuſis ad eccleſiam reuertatur.*

57 *FILII naturales tantùm non ſunt proprie filij.*

58 VERBA *contrahentium à iure communi intellectum recipiunt,*

59 FILIORVM appellatione magis fœminæ, quam naturales veniunt nedum in vltimis voluntatibus, ſed etiam in priuilegijs. & num. 60. & 61.

62 NATVRALES tantum in diſpoſitione l ſi vnquam. C, de reuocand. donat. liberorum appellatione non continentur.

63 FILII naturales legitimati per reſcriptum, non faciunt, vt reuocetur donatio ex diſpoſitione l. ſi vnquam. C. de reuocand. donat.

64 FILIAE ſuperuenientes ex legitimo matrimonio, niſi ex alio capite patri donatori ſuccedere probibeantur, non minus, quàm filij maſculi, & iuſti, donationem ex d. l. ſi vnquam reuocant.

65 FILII dicuntur vocati, vti filij, ad emphyteuſim receptam pro ſe, filijs, & nepotibus, & non, vti ſunt filij ſucceſſibiles.

66 FILIAE & neptes quando intelliguntur ad emphyteuſim receptam pro ſe, filijs, & nepotibus vocatæ, ad eam ſimul, & ſemel cum maſculis admittuntur ex iuris communis diſpoſitione.

67 IN emphyteuſi ex pacto filij pro virilibus partibus, & non pro hæreditarijs portionibus, ſuccedunt.

68 EMPHYTEVSIS nō habet propriū naturā, niſi vt partes cōueniūt.

69 PATER ſtipulans rem pro filijs, quæ poteſt tranſire ad filios, non tanq̄ hæredes, dicit̄ ſtipulari ꝓ filijs, vti filijs, & non ꝓ filijs, vti hæredibus.

70 NATVRALES tātùm ad emphyteuſim receptā pro ſe, filijs, & hedibus, admitti nō poſſunt, ſtātibus legitimis, & naturalibus filijs, & nu. 71.

72 LVXVRIA non debet plus habere, quàm caſtitas.

73 FILIORVM appellatione, vt eſt nomen naturæ, non ſolum legitimi, & naturales, ſed etiam fœminę, & naturales filii ex damneto coitu nati, & alii naturales non ſucceſſibiles comprehenduntur.

74 IN contractibus, quod minimum eſt, conceſſum intelligitur.

75 IN emphyteuſi conceſſa a priuato fœminæ ſtipulanti pro ſe, filiis, & nepotibus, naturales non comprehenduntur ſecundum auctorē contra cōmunē.

76 NATVRALES legitimati per reſcriptum Principis, non admittuntur ad emphyteuſim pro ſe, filiis, & nepotibus receptam.

77 LEGITIMATI per ſubſequens matrimonium, an admittantur ad ſupradictam emphyteuſim remiſſiue.

78 EMPHYTEVSIS conceſſa ad certā lineā, finitur deficiēte linea, ēt q̄ ēphyteuta illā alteri locauerit ad longū tēpus, vel in emphyteuſim cōceſſerit.

79 RESOLVTO iure auctoris, reſoluit̄ ius acquirētis, et quōmo hoc ꝓcedat, qn̄ primus emphyteuta trāſtulit ius ſuū in alium, & deceſſit ante quā ſecūdus fuerit a domino inueſtitus, & recognitus ꝓ emphyteuta, & nu. 80. 81. & 82.

83 EMPHYTEVSIS conceſſa pluribus ꝓ ſe, filiis, & nepotib. vnicuiq; ex ſtipulatoribus ꝓ virili parte acquiritur, & vno ex ipſis mortuo, vel eius generatione finita, eius pars ad eccleſiam redit.

EMPHY-

84 EMPHYTEVSIS conceſſa Titio, & filijs fratris ſui, Titio acquiritur pro dimidia, & filijs fratris pro alia dimidia.

85 VERBVM Quiſq; non eſt diſtributiuum, ſed collectiuum, nec inducit ius accreſcendi in emphyteuſi conceſſa duobus pro ſe, & cuiuſq; eorum filijs, & nepotibus,

86 IVS accreſcendi locum habet in emphyteuſi duobus, aut pluribus in ſolidum conceſſa,

87 DICTIO quilibet eſt diſtributiua, attribuens cuiq; actũ in ſolidũ, & inducit ius accreſcendi in emphyteuſi pluribus conceſſa, pro ſe ipſis, & quolibet ipſorum, & pro cuiuſlibet ipſorum filijs, & nepotibus.

88 DICTIO diſtributiua inducit ius accreſcendi in emphyteuſi, quando apponitur ipſis ſtipulatoribus hoc modo, Titio, & Sempronio concedimus pro ipſis, & quolibet ipſorum, non autem quando apponitur in perſonam filiorum. vt ſi dictum eſſet, concedimus Titio, & Sempronio, & pro cuiuſlibet eorum filijs, & deſcendentibus.

89 PACTVM, quòd res conceſſa poſt mortem ſtipulantium, & aliorum ex inueſtitura vocatorum ad eccleſiam reuertatur, ius accreſcẽdi in emphyteuſi inducit,

90 PACTVM, quòd vnus alteri ſuccedat in emphyteuſi, ius accreſcendi inducit.

91 PACTVM, quòd res de vno in alterum reuertatur, ius accreſcendi in emphyteuſi inducit.

QVOD non procedit, vbi dicta verba, ſalua ratione recti ſermonis non poſſunt referri ad primos inueſtitos, ſed tantum ad eorum hæredes ſecundum Caphal.

92 PACTVM, quòd pars præmorientis, ſeu præmorientium ad ſupra uiuẽtes deueniat, ius accreſcendi in emphyteuſi pluribus conceſſa inducit.

93 CVRT. iun. in conſ. 55. col. fin. num. 13. damnatur.

94 EMPHYTEVSI conceſſa Titio, & Sempronio pro dimidia, Seio, & Caio, & Marcello pro alia dimidia, cum clauſula, quòd pars præmoriẽtium ad ſupra uiuentes deueniat, an pactum referatur ſolum ad eos conſortes, qui coniuncti ſunt re, & verbis, vel æqualiter ad omnes, ita, vt deficiente linea Titij, & Sempronij, admittantur Seius, Caius, & Marcellus, & alij de eorum linea.

95 PLVRALIS numerus in vno non verificatur,

96 IN emphyteuſi olim conceſſa patri, quæ poſtea linea finita pluribus fratribus conceditur, locus eſt iuri accreſcendi, etiam ſi emphyteuſis, de qua fuit renouatus pater, ad eccleſiam ob non ſolutum canonem fuerit deuoluta, & poſtea de illa met. poſt etiam factam declarationem a domino plures inueſtiantur num. 98. & quomodo hoc ſit intelligendum nu. 99. 100. & 102.

SECVN-

119 *IVS accreſcendi, an habeat locum in emphyteuſi conceſſa ab Imperatore, vel ab alio Principe.*

120 *QVIS admittitur ad emphyteuſim ex iure accreſcẽdi ad exclusionem domini, etiam quod nullam emphyteuſis portionem habeat, tempore, quo vult admitti.*

1 DVODECIMA ex cauſa emphyteuſis ad
eccleſiã, ſeu dominũ concedentẽ reuerti-
tur ob lineã finitam: nam inueſtitus pro ſe,
filijs, & nepotibus, ſi decedat abſq; filijs-
& nepotibus, vel ſi moriatur relictis filijs,
& demũ deficiant eius filij, & nepotes, res
propter lineã finitã ex conuẽtione partiũ,
& vtile dominiũ, quod erat apud emphy-
teutã: ad eccleſiã redit. ſ. emphyteuſim in
auth. de non alien. reb. eccl. & in auth. ſi quas ruinas, & ibi per Cin.
2 C. de ſacr. eccl. nam conceſsio facta pro ſe, filijs, & nepotibus, vel
vſq; ad talem generationem, cenſetur facta ad tempus incertum,
ſcilicet quouſq; durant filij, & nepotes, vel talis generatio, & ipſa
linea, & generatione deficiente, ipſo iure conceſsio finitur: quia
conceſſum ad tempus poſt illud tẽpus cenſetur prohibitum, ita in ter
minis tradit Paul. de Caſtr. in conſ. 68. in caſu præſenti puto, ſub
numero 1. vol. 2. Corn. in conſilio 76. numero 9. vol. 2. Ioannes
Maria Riminaldus in conſilio 124. numero 18. vol. primo, Baldus
in d. auth. quas ruinas. C. de ſacroſanctis eccleſijs numero 3. Bero.
in conſilio 102. num. 24. vol. primo. Corn. in conſilio 219. numero
11. vol. 2. Cephal. conſilio 345. numero. 12. volum. 3. Simon de
Prætis conſilio 88. Iul. Clar. libro quarto ſent. recept. ſ. emphy-
teuſis quæſtione quadrageſimaſecunda vbi inquit non eſſe dubi-
tandum, quando emphyteuſis eſt conceſſa pro ſe, & filijs, vel
pro ſe, & deſcendentibus, vel in tertiam, vel quartam generatio
nem, quod deficientibus, filijs, & deſcendentibus, & generatio
ne, finitur emphyteuſis.

EXTENDITVR primo vt emphyteuſis recepta pro ſe, fi-
lijs, & nepotibus ſimpliciter, reuertatur ad dominum, ſiue eccleſiam
concedentem, etiam quòd recipiens deceſſerit ſine filijs, vel ne-
3 potibus maſculis, relictis filiabus, vel neptibus fœminis: quia in
contractibus verba proprie, & ſtricte accipiuntur l. quicquid aſtrin-
gendę, & ibi doct. ff. de verb. oblig. & conceſsio in emphyteuſim eſt
4 contractus, Iaſ. in l. Gallus. §. inſtituens. col. 6. num. 28. ff. de lib. &
poſth. & eſt ſtricti iuris. Cuman. in conſ. 166. num. 1. viſa copia, Iaſ.
in l. ſi quis id, quod, col. 4. nu. 23. ff. de iuriſdict. omnium iudic. Ruin.
conſ. 35. num. 2. vol. 1. & filij appellatione proprie filiæ non continē
5 tur, ſed per extenſionem, vt probat tex. in l. cum in adoptiuis. §.
quæ in filio. C. de adopt. in illis verbis, quæ in filio diximus, hæc in
filia extendimus, & in l. pronunciatio. ff. de verb. ſignificat. quæ vti-
tur verbo Porrigitur, quod idem eſt, vt extenditur. l. ſi fratres. §.
idem reſpondit. ff. pro ſoc. & tradunt etiam gl. & Din. in l. 1. ff. de ver.
ſignificat. Bart. in l. 1. num. 24. & 25. ff. de pecul. & in l. ſi quis in tan-
tam. num. 4. C. vnde vi. Bald. in l. vltima col. 6. verſ. item propria locu
tio, ſub num. 35. C. de hæred. inſtit. Panormit. in conſ. 36. quidam
Andreas. num. 3. uol. 1. Dec. in conſ. 453. num. 7. Cuman. in d. conſil.
166. ſub nu. 1. Cor. in conſ. 14. in pręſenti conſultatione. nu. 2. uol. 2.
& in conſ. 138. placet mihi. num. 6. eod. uol. 2. ubi dicit hoc commu
6 niter teneri. Ideo fœminæ in huiuſmodi conceſsione non comprehē
dūtur, ut in terminis tenuit Guid. de Suzar. in l. ueteribus. ff. de pact.
Archidiac. in c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 1. Iaſ. in l. 2. nu. 193.
C. de iur. emphyt. & in d. l. ſi quis id quod, ff. de iuriſd. omnium iudic.
num. 23. & in d. l. ueteribus. num. 2. ff. de pactis. & in l. pactum inter
hæredem. num. 2. ff. eod. & in l. maritus. num. 4. ff. de procurat. & in l.
ut liberis num. 11. col. 3. C. de collat. Alex. in cōſ. 61. per totum. uol.
1. & in conſ. 80. in fine, uol. eod. & in conſ. 87. accurate pro uiribus.
num. 9. uol. 6. ubi teſtatur hanc communem, quam amplectitur Cu-
man. d. conſ. 166. col. 2. Gozad. conſ. 20. num. 1. 2. & 10. Hubert. Zuc
card. in l. fin. num. 73. C. de edict. diui Adrian. tollend. Ruin. in cōſ.
35. num. 1. & num. 13. uerſ. non obſtat. uol. 1. Ferdin. Loaz. in repet. l.
filiusfamilias. §. diui, nu. 68. de leg. 1. ubi hanc communem fatetur,
Ripa in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il 1. nu. 59. ff. ad Trebell. Rub.
Alexandr. in conſ. 22. num. 7. Felin. in c. quoniam. col. 2. ſub numero
4. in fine. extra de Simon. Curt. iun. in conſ. 181. num. 2. Marſil. ſing.
191. & in conſ. 85. num. 33. Dec. in conſ. 567. nu. 4. & in c. in præſē-
tia num. 137. extr. de probat. ubi & ipſe teſtatur, hanc eſſe commu-
nem opinionem, quam tenet etiam in conſ. 171. num. 4. & in conſ.

223. in

223.in princ.& num.3.verſ.ſecundo reſpondetur.Cor.in conſ.263. primo aſpectu num.1.& col.final.vol.1.& in conſ.211.num.2.vol. 3.Imol.in c.potuit.num.69.extra locati.vbi inquit ſe ita conſuluiſſe,vt vere conſuluit in conſ.38.num.2.& idem Imol.in l.animi uir. ff.de condit.& demonſtrat.& in l.ſi ita ſcriptum de leg.2.vt eum refert,& ſequitur Roland.a Valle conſ.93.num.17.vol.2.vbi etiam citat Barbat.in d.c.potuit,& Benedict. de Plumb. in c. Raynutius. in verbo duas habens filias. num. 125. de teſtam. eandem ſententiam amplectentes,quam etiam tenet idem Roland.in conſ.58.num.62. vol.3.Burſat.conſ.80.num.7.vbi inquit, quòd fere omnes doct. in hanc ſententiam trãſeunt.Natta conſ.676.num.31.Roman.in conſ. 35.num.3.Philipp.Franc.in c.generali,ſuper gl.ij.num. 5. de elect. in 6.Ioan.Baptiſt.Ferrett.conſ.103.num.9.Bero. in conſ. 97. ante num.1.vol.1.& in conſ.204.num.2.vol.eod. ex quibus profectò cõſtat,frequentiori doct.calculo concludi,in emphyteuſi recepta pro ſe,filijs, & nepotibus,filias,& neptes non venire, vt teſtantur Clar. in §.emphyteuſis.quæſt.32.verſ.ſed quid lib.4.ſent.recept. Couar. cap.18.ſub num.1.lib.2.variarum reſolut.Bero.in d.c. in præſentia extr.de probat.num.407.& quæſt.18.num.40.Cephal.conſ.11.nu. 7.& ſeq.vol.1.quam etiam tenent multi alij,quos ſupra citauimus. lib.4.de varijs ſtipulat.formis,in prima quęſt. principali, vbi hanc rem plene,& ad partes diſputauimus.

7 DECLARATVR primo ſupradicta ampliatio communiter recepta,vt non procedat,quando eadem res, quæ nunc conceditur pro ſe,filijs,& nepotibus ſimpliciter,aliàs fuiſſet valide cõceſſa ꝑ ſe, filijs,& nepotibus,& filiabus:& neptibus, q̃a ſecũda inueſtitura regulatur,& declaratur a prima,& ſecundũ primã intelligitur ar.l.ſi ſtipulatus.§.verũ.& quæ ibi gl.in verb.veriſimile.ff.de vſur.& l.ſi legati ſerui nomine de leg.1.Dec.in fortioribus terminis,in conſ. 193. ſub num.3.& in conſ.185.num.3.uerſ.non obſtat, quòd in alia, & conſ.468.num.27.vbi uult fœminas admitti ex inueſtitura pro ſe, filijs,& nepotibus maſculis tãtùm;quia prior inueſtitura erat etiam

8 pro fœminis:nam ab antiquis inueſtituris non eſt recedendum, niſi in poſterioribus expreſſe dicatur,quòd facta eſt inueſtitura de communi conſenſu,aliter,quàm ſolitum eſſet fieri: ad quod citat Bald. in terminis in conſ.80.proponitur, uol.1.quod in meo codice reperire non potui:ſed eſt conſ.215.proponitur uol.2.ubi Bald. num. 1. id tradit,& inquit ultimam inueſtituram preſumi factam per errorẽ; quoniam præſumitur error,cum quis facit alio modo, quàm facere tenebatur l.ſed ſi quis.§.finali.ff.ſi quis caut.l. cum de indebito. ff.

probat.

de probat.cui etiam aſſentiuntur Ioann.Bapt.Ferrett.in cõſ.119.nu. 4.& 5.Syluan.de feud.recognit.quæſt.38.nu.3.Natta in conſ.322. num.4.vol.2.Gozad.conſ.84.num.5.Alex.in conſ.9.ponderatis his num.10.vol.5.idem Ferrett.conſ.87.num.3. Ruin.conſ.187.num. 1.& in conſ.20.num.1.uol.1.ubi inquit uerba ultimæ inueſtituræ intelligi debere ſecundum naturam primæ, ut omnia in illa intelligantur repetita ad not.per Bart.in l.ſi mihi,& Titio,circa finem, de uerb.obligat.ubi dicit, quòd ſi Abbas emphyteuſim paternam de nouo cõcedit duobus fratribus,licet finita eſſet emphyteuſis in perſona patris,& eſſet gratia filijs concedere, tamen uerba iſtius contractus intelliguntur ſecundum naturam præcedentis contractus,ut omnia in hoc repetita uideantur,per d.l. ſi ſtipulatus.de uſur. pro quo dicit idem Bart.eſſe text.expreſſum in c.1.de gradib.ſucceſſ.in feud.& in c.1.de duob.fratr.cum qua Bart.opinione ibidem tranſeunt alij doct.& ſecundam inueſtituram intelligi debere ſecũdum primam,niſi expreſſe, & de communi conſenſu mutationem fuiſſe factam affirmetur,uoluerunt etiam Roland.a Valle in conſ.67.num. 5.& 6.uol.1.& in conſ.76.num.67.uol.4.Cephal.conſ.27.num.1. uol.1.Burſar.in conſ.122.num.17.uol.1.nam in noua conceſsione ſemper cenſetur repetita qualitas præcedentis inueſtituræ. Ideo, ſi emphyteuſis, quę fuiſſet aliàs conceſſa pro ſe, filijs, & deſcendentibus tantùm,concederetur poſtea pro hæredibus ſimpliciter,uel pro filijs, & hæredibus, cenſeretur conceſſa ſecundum naturam primæ conceſsionis, & illud uerbum Hęredibus, exponeretur pro filijs, & deſcendentibus ex præſumpta mente contrahentium, quæ colligitur ex natura primæ conceſsionis,Bero.in c.in præſentia.nu.395. extr.de probat.pro qua re faciunt not.per Afflict.deciſ.195.num.5. ubi inquit,quòd ſecunda inueſtitura, quę erat pro ſe, & hęredibus ex ſuo corpore; intelligitur pro ſe, & hæredibus, abſq; illis uerbis Ex ſuo corpore,ut in prima inueſtitura,Syluan.d.quęſt.38.ad finem de feud.recognit.

9 DECLARATVR ſecundo id, quod dictum eſt, in emphyteuſi pro ſe,filiis, & nepotibus filias, & neptes non comprehendi, ut non habeat locum, quando emphyteuſis fuit conceſſa a fœmina, uel ab ea ſtipulata, & ſic quando emphyteuſis habuit originem a fœmina; nam tunc ſub nomine filiorum,& nepotum,filię,& neptes cõprehenduntur; quia exiſtimandum non eſt,quòd fœmina, quæ non minus diligit fœminam, quàm maſculum, imo plus quandoq; filias fœminas,quàm filios maſculos diligere censẽtur propter ſexus ſimilitudinem; quia in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus,l.an

inutilis

inutilis.ff.de acceptil. ſexum proprium odio habuerit. Ideo uerba ſunt intelligenda ſecundum qualitatem contrahentium.l.plenum. §. equitij.ff.de vſu,& habit.vt in terminis emphyteuſis receptæ a fœmina pro ſe,filijs,& nepotibus tradiderunt Angel.in l.Gallus.§.nunc de lege. quem eo loci refert, & ſequitur. Soc. ſub numero. 7. uerſic. pro quo tamen adducas.ff. de liber.& poſth. Iaſ. in l.ſed ſi hac.§. liberos. num. 1.qui loquitur in conceſsione facta a fœmina.ff. de in ius vocád. fretus eadem ratione,quia fœmina veriſimiliter ſexum fœmininum, ſicut maſculinum diligit,& verba debeat intelligi ex conditione, & qualitate proferentis,c. ſi de beneficio.de præbend. in 6.& per not. in ſimili per Petr. de Ancar.in conſilio 339. pro maiori, ſub numero ſexto: ubi inqt appellatione poſterorũ fœminas venire,quę aliàs nõ uenirent,quando a principio conceſsio fuit facta a fœmina : quia veriſimile eſt,quòd intellexerint de vtroq; ſexu , & idem eſt, quando fœminæ eſt facta conceſsio , Gozad. conſilio 79. in fine. Curtius Iunior in conſil. 81. ſub numero primo. Petrus Benintenda deciſ. 52. columna ſecunda. uerſiculo contrarium. Soc. in l. cum auus.num. 84. ff. de condit. & demonſtrat. Grat. in conſilio. 110. numero 27.& num. 52. uolumine primo.Ferdinand. Loazeſ.in d. l.filiusfamilias.§. diui.numero 68. de legat.1.Tiraq. de ll. connubialibus l. 5.num.26. Cephal. in conſilio 185.num.26.vol.2. Bero. in conſilio 120.numero 12. & 49.uol. 2. ubi idem iuris eſſe vult in ſtipulatione emphyteuſis receptæ,vt ſupra per maſculum , & fœminam: quia ſicut maſculus ſexum ſuum dilexit,ita pariter fœmina ſexum ſuum dilexiſſe præſumitur, Francíſ.Burſat. conſilio 80.num. 7. Rolandus a Valle conſil. 76. per totum.uol. 3.ubi hanc limitationem ſex fundamentis comprobat. quam tenet etiam Iaſ. in conſilio 17. columna 2. uolumine quarto. Cæterum ego ſupradictam declarationem valde dubiam ſemper exiſtimaui : nam rationes , quibus in iſto caſu mouentur doctor. ad dicendum,quòd in emphyteuſi recepta pro ſe,& filijs non veniant fœminæ,quia iſtæ non veniunt filiorum appellatione ex proprietate ſermonis,ſed per extenſionem,quę non fit in contractibus ſtricti iuris, & quia imputandum eſt ſtipulatori,cur legem apertius ſibi non dixerit; militant etiam , ſi mulier ſit illa, quæ in emphyteuſim conducit : nec urget ratio , quòd fœmina acquirens præſumatur non odiſſe ſexum ſuum , & quòd verba intelligantur ſecundum qualitatem proferentis. dicta lege plenum. §. equitij ff. de uſu , & habitatione. quia etiam maſculus , qui acquirit emphyteuſim pro ſe, filijs , & nepotibus , præſumitur ita maſculos , ſicut fœminas dilexiſſe, argumento l. Cum acutisſimi. C. de fideicommisſis.l.cum

auus. ff. de conditio.& demonſtratio. ubi illa tacita conditio, Si ſine
filiis deceſſerit, inducta ex præſumpto amore erga ſuos filios, ue-
rificatur etiam in filia, & nepte, ut in d.l.cum acutiſsimi, ibi Sine filiis
uel filiabus, nepotibus uel neptibus; & tamen ſi maſculus em-
phyteuſim pro ſe, filiis, & nepotibus recipiat, filię, & neptes non
intelliguntur uocatæ, ut concludunt communiter doct. Cum ergo
uigeat eadem ratio in fœmina emphyteuſim recipiente, quæ in
10 maſculo uiget, idem ius in utroque caſu ſtatuendum eſt. l illud.
ff.ad l.Aquil. gloſ. & doct. in auth. quas actiones. C. de ſacro ſanctis
eccleſiis, ut ſentire uidetur Zuccard. in d. l. final. numero 77. C. de
edict. diui Adrian. toll. Nec urget uerba accipienda eſſe ſecundum
conditionem perſonæ, cui datur, d.l. plenum. §. equitij. ff. de uſu, &
habit. quia hoc non procedit, vbi concurrit alia præſumptio in con-
trarium, vt ibidem per gloſ. in verbo Senſiſſe, argum. l. ſi quis. in prin
cipio. ij. reſponſo. de legat. 3. Ideo cum iure cautum ſit, vt verbum
Pro ſe, filijs, & nepotibus in ſtipulatione emphyteuſis non com-
prehendat filias, & neptes, quia hæ veniunt ſub dicto nomine per
extenſionem, quæ non fit in contractibus, cum qua diſpoſitione
iuris communis videntur contrahentes ſe conformaſſe, & ſecundum
11 iuris diſpoſitionem illud uerbum Pro ſe, filiis, & nepotibus acce-
piſſe, Iaſ. in l. tertia. numero 27. de leg. primo. ad notata per Bart.
in l. hæredes mei. §. cum ita, & ibidem per alios. ff. ad Trebell. per
Dec. in auth. præterea. num. 10. C. vnd. uir. & vxor. per Galiaul. in l.
Gallus. §. quidam recte. poſt num. 21. ff. de lib. & poſth. non videtur
facienda aliqua uis, quòd fœmina ſit acquirens, quia non eſt præſu
mendum, vt propter qualitatem fœminæ ſtipulantis voluerint ab a-
liis regulis recedere, & verba improprie, & per extenſionem accipe-
re, & iſta pręſumptio tanquam potentior attendi debet iuxta text. in
l. Diuus. ff. de in integr. reſtitut. minor. & eò præſertim, quia con-
currit altera regula, vt fœminę ſtipulanti imputandum ſit, cur a-
pertius ſibi legem non dixerit, dicta l. veteribus. ff. de pact. quę
ratio non poteſt conſiderari in legatis in caſu d. §. equitii. Ex quo
notatur, verba eſſe intelligenda iuxta conditionem illius, ad quem
adaptantur, quod pręſertim verũ puto contra Bero. in dicto conſilio
120. volumine 2. & contra alios ſupra citatos, quando maſculus
emphyteuſim concedit, & fœmina illa a maſculo ſtipulatur: nam
ſatis non eſt, vt fœmina recipiens præſumatur dilexiſſe ſexum ſu-
um, & de filiabus, & neptibus intellexiſſe, ſicut maſculus con-
cedens ſexum ſuum dilexit: quia ſtipulatio non pendet ſolum
a voluntate mulieris emphyteuſim recipientis, quæ præſumitur pro-

pter

pter ſimilitudinem ſexus filiabus, & neptibus voluiſſe proſpicere: ſed etiam a voluntate concedentis, l. 1. in prin. ff. de pact. ad not. per Azon. eod. tit. num. 1. qui concedens præſumitur cogitaſſe de maſculis ſolũ, tùm propter ſexus ſimilitudinem, tùm propter naturam rei, & ſtipulationis, in qua verbum illud Pro ſe, filiis, & nepotibus profertur, arg. l. ſi cum vno. ff. locati. cum ſimilibus, & fœminę non intelliguntur vocatę, licet ab vno ex contrahentibus de illis fuerit tacite intellectum, Bart. in dicta l. quicquid aſtringendę. numero 2. de verb. obligat. Ideo cum res etiam in muliere emphyteuſim ſtipulante ſit dubia, non debemus recedere a regula, cõmuniter recepta quòd in ſtipulatione facta ꝓ ſe, & filijs. & nepotibus, filiæ, & neptes non comprehendantur, dicta lege veteribus. ff. de pactis. Quibus non obſtant fundamenta Rolandi in dicto conſil. 76. nam primo non vrget ex communi opinione, quòd licet in feudis fœminæ non ſuccedant, tanquam incapaces. c. 1. ſ. & quia vidimus. de his, qui
12 feud. dare poſſunt. propter rationes, de quibus per Baldum in lege quoties, numero primo. C. de ſuis, & legit. & Curt. in tract. de feud. in tertia parte. in prima regula. numero primo. tamen ſuccedunt in feudo materno, ideſt, quòd originem ſumpſit, & principium habuit in fœminis, vt volunt doctores communiter, per text. apert. in capitulo primo. de natur. ſucceſſ. feud. vbi textus dicit, Fœminæ non ſuccedunt, niſi ex pacto, vel niſi ſit fœmineum, & quòd idem dicendum ſit in emphyteuſi, cum de illo ad emphyteuſim valeat argumentum, vt per Roland. quia ille textus, quem Rolandus & alij doct. dicunt eſſe apertum pro hac opinione, ſi recte perpendatur, nihil facit ad terminos quęſtionis noſtræ de emphyteuſi recepta a fœmina pro ſe, filijs, & nepotibus: quia duplici via fœmina poteſt eſſe excluſa a feudo, ex natura rei, cum regulariter fœmina non ſit capax feudi, dicto capitulo primo. de his, qui feud. dare poſſunt, & ex forma conceſsionis, ſiue inueſtituræ, quæ eam excludat. Obſtaculum, quod naſcitur ex natura feudi, propter cuius naturam regulariter fœminæ non admittuntur, quia non ſunt feudi capaces: tollitur abſque alia expreſsione verborum eo ipſo, quòd feudum conceditur fœminæ pro ſe, & ſemel ſublatum amplius non obſtat: quia qualitas, quæ cœpit ineſſe, perdurat, l. pater. ſ. quindecim. de leg. tertio. & initium ſpectatur. l. qui id, quod. ff. de donat. & a primordio tituli poſterior formatur euentus, l. 1. C. de imponenda lucrat. deſcript. lib. 10. vt dicunt Bald. Aluarot. & alij in cap. primo. de feudo fœminæ dato. dum concludunt, fœminas ſuccedere in feudo

fœmineo, quòd in muliere originem habuit, per eundem text: & per text. in dicto capitulo primo ſ. quia uero. de his, qui feud. dare poſſunt. ſed quo ad aliud impedimentum, videlicet. quo ad formam inueſtituræ, ex qua fœminæ deſcendentes poſſunt excludi a feudo, dicti textus nihil dicunt, quia ibi non apparet, feudum fuiſſe conceſſum pro ſe, filijs, & nepotibus, & ſub quibus verbis fuerit concepta inueſtitura. Vnde oportet præſupponere habilitatem in reliquis. c. primo de ętate, & qualit. l. lege. ff. de teſtam. Ripa in l. ex facto. ſ. ſi quis rogatus. ſub numero 6. ff. ad Trebell. & inueſtituram fuiſſe eo modo conceptam, vt ex verbis quoque inueſtituræ fœminæ uocentur, & non excludantur, vt præſupponit Aluarot. in d. c. vnico. de Beneficio fœminæ dato. col. 2. verſ. quæro cum gloſ. num. 2. qui format quæſt. in feudo, quod fuit ſimpliciter datum matri pro ſe, & hęredibus ſuis, ſub qua forma ſtipulationis veniunt filię, & neptes fœminę etiam in emphyteuſi, Bero. quæſt. 18. num. 2. & ſeq. & in conſ. 94. uol. 1. Cum itaq; non appareat in ſupradictis locis de forma inueſtiturę, & quòd concepta fuerit pro ſe, filijs, & nepotibus, ſed in hoc tex. in d. c. 1. ſ. & quia de his, qui feud. dare poſſ. & doct. præſupponant terminos habiles ex ſupra dictis textibus, & ſupra dicta communi opinione, non probatur quòd in ſtipulatione facta a fœmina pro ſe, & filijs, & nepotibus, ueniant fœminæ, tum quia argumentum iſtud Rolandi præſupponit id, de quo diſputatur, tum quia dicti text. loquuntur in feudo fœminæ conceſſo, a quo ad emphyteuſim non valet argumentum in iſto caſu, cum de iure communi reperiatur deciſum contrarium, ut in ſtipulatione pro ſe, filijs, & nepotibus non veniant filiæ, & neptes: quia hoc eſt per extenſionem, quę non fit in contractibus ſtricti iuris, ut ſupra dictum eſt, Specul. in ſ. quoniam titulo de feud. verſiculo 40. communiter receptus, teſte Socin. in coſilio 167. numero 24. volumine 2. & etiam quia in feudo adeſt diuerſa ratio, quàm in emphyteuſi, vbi ſimiliter non valet argumentum de feudo ad emphyteuſim, Alex. conſil. 30. numero 16. uolum. primo. Bart. in l. iuſiurandi. ſ. ſi liberi. num. 5. ff. de oper. libert. Bero. in conſ. 127. num. 15. vol. 1. nam quamuis feudum
13 ſit contractus nominatus, Bart. in l. iuriſgentium. ſ. quin imo, poſt num. 19. ff. de pact. & ſit contractus ſtricti iuris, vt communiter tenent doct. ut dicit Iaſ. de feud. in prima parte circa finem, quem refert, & ſequitur Clar. in ſ. feudum. quęſt. 6. libro 4. ſent. recept. eſt tamen beneficium. c. 1. ſ. penult. Quib. mod feud. amitt. Bero. conſ. 121. num. 2. vol. 2. Roland. d. conſ. 93. nu. 29. vol. 2. &

ſecũdo. & largisſime in eo uerba Interpretantur. Et ideo infeudo, cũ
ſit beneficium, filiorum appellatione ueniunt nepotes, Bartolus in l.
liberorum. col. 3. num. 7. de verb. ſignificat. Alex. in conſilio 17. num.
2. uol. 5. Bero. d. conſil. 121. num. 18. & tamen in emphyteuſi filiorum
appellatione nepotes nõ cõtinentur, Alex. d. conſil. 17. num. 3. & ſeq.
uol. 5. Iaſ. in l. 2. num. 191. C. de iur. emphyt. & ibidem Salic. num. 32.
Bero. d. conſil. 121. num. 13. uol. 2. Ruin. in conſil. 167. in princ. uol. 1.
Roland. conſil. 58. num. 63. uol. 3. nam in emphyteuſi, cum ſit cõtra
ctus ſtricti iuris, quicquid eſt omiſſum, cenſetur omiſſum ita, ut altera
14 pars non poſſit interpretari, ſe hoc modo intellexiſſe, & non illo mo-
do, vbi nihil dictum fuit, & ex verbis, & proprietate ſermonis colligi
non poteſt, ut habetur in d. l. quicquid aſtringendæ, de uerb. obligat.
& in l. ſi cum dotem, in princ. ff. ſoluto matr. & in l. ſi extraneus. ff. de
condit. ob cauſam. Pariſ. in conſil. 117. num. 6. uol. 1. nam contractus
non recipiunt interpretationem ampliatiuam, ſed arctatiuam, etiam
15 ſi ſine ea promisſio ſtare non posſit, ut per pulchra exempla conſuluit
Bald. in conſil. 145. caſus talis eſt, uol. 3. & tradit Roland. d. conſil. 58.
num. 63. & ſequ. volum. 3. & conſequenter fœminæ ſtipulanti pro ſe,
filijs, & nepotibus eſt imputandum, quòd non expreſſerit de filiabus,
& neptibus, prout maſculo eodem modo ſtipulanti imputatur: nam,
cum res etiam in fœmina ſtipulante ſit dubia, & concurrant eadem ra
tiones, idem ius in ea ſtatuendum eſt, nec a communi opinione rece-
dendum, ut in dicta ſtipulatione a fœmina facta, filiæ, & neptes
non comprehendantur. Non obſtat ſecundum fundamentum Ro-
landi in dicto conſilio 76. ſumptum ex deciſione Ancarani in di-
16 cto conſilio 339. ubi uult Regnum, quod originem habuit a fœmi
na; ad deſcendentes ex fœmina tranſire, quia origo rerum in om-
nibus rebus eſt conſideranda, dicta l. qui id, quod ff. de donat.
quia hoc procedit reſpectu impedimenti, quod oritur ex natura
rei, quod eo ipſo tollitur, quòd Regnum, uel feudum fœminæ
pro ſe conceditur, & ſemel ſublatum, ſemper permanet ſublatum,
quia origo rei attenditur: ſed ut fœmina, vel deſcendentes ex ea
in feudo ſic fœmineo admittantur, oportet etiam, ut fœminæ
ex uerbis conceſſionis ſint vocatæ, ut præſupponit Ancaranus in
dicto conſilio, num. ſeptimo, dũ conſiderat, quòd donatio fuit fa-
17 cta a Regina Petronilla Alphonſo filio ſuo, & omni poſteritati,
cuius nomine ueniunt fœminæ propter adiectionem nominis vni-
uerſalis, Omnis, ne illud uerbum ſit ſuperfluum: nam qui omne
dicit, nihil excludit. l. a procuratore. C. mãdat. & propter declarationẽ
eiuſdẽ Reginę donatricis, quæ cõfirmauit teſtamentũ donatarij, in quo

fœminæ ad Regnum vocabantur: per quæ patet, vt inquit Ancar.
quòd ipſa donatrix ſub verbo omnis Poſteritatis voluit etiam fœmi-
nas includere, & de illis intelligere, & ſic non adeſt ſola conie-
ctura in caſu Ancar. quòd verbum prolatum a fœmina intelligatur ſe-
cundum conditionem proferentis iuxta textum in dicta l. plenum. §.
equitij. ff. de vſu, & habit. ſed adſunt alia verba, ex quibus fœ-
18 minæ vocantur, & ex actibus ſubſequentibus, ex quibus prius
geſta declarantur. lege. ſed & Iulianus, §. proinde. ff. ad Mace-
don. Corn. conſilio 221. numero octauo in fine. volum. 3. Aim. in
conſilio 101. numero 3. conſtat Reginam donatricem de fœmi-
nis ſenſiſſe: quæ rationes ceſſant in terminis quæſtionis noſtræ de
emphyteuſi recepta pro ſe, filijs, & nepotibus: quia hæc verba
non ſolum filias, & neptes vocant, ſed eas excludunt: quia filij,
& nepotis appellatione in contractu ſtricti iuris, vt eſt emphy-
teuſis, filiæ, & neptes non comprehenduntur, & dicta verba ſim-
pliciter prolata intelliguntur accepta ſecundum naturam contra-
ctus, ſuper quo interponuntur, dicta l. ſi vno ff. locati Alexan-
19 der in conſilio 37. numero 5. vol. 3. Roman. in conſilio 211. la-
te Cagnol. in l. ſemper in obſcuris. numero 17. de reg. iur. & ſic
ſolum de filijs, & nepotibus maſculis cenſetur dictum, etiam quòd
fœmina ſit illa, quæ recipit pro ſe, filijs, & nepotibus: nam licet
verba ſoleant intelligi ſecundum conditionem perſonæ, cui datur
20 d. l. plenum. §. equitij, de vſu, & habit. hoc tamen non procedit,
quando verba prolata a diſponente aliter accipiuntur in iure: quia
potius pręſumitur, contrahentes verba accepiſſe ſecundum natu-
ram contractus, & vt ius commune diſponit, quàm ſecundum con-
ditionem perſonę, a qua proferuntur, argum. eorum, quę tradit
Bart. in l. hęredes mei. §. cum ita. num. 4. ff. ad Trebell. & ibidem
Ripa num. 76. Alex. conſ. 15. vol. 4. Ruin. conſ. 141. num. 4. vol.
2. Ant. de Butr. conſ. 9. in primo dubio, Ancar. conſ. 125. nu. 5. & 6.
& conſ. 423. poſtquàm iſta domina. in prin. Cor. conſ. 26. num. 3. &
4. & in conſ. 41. num 6. & 7. vol. 4. Iaſ. in l. 2. num. 187. C. de iur.
emphyt. Caſtr. in conſ. 300. viſo quodam proceſſu. ſub num. 2. vol. 2.
per doctr. Bart. in l. iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. libert. Imol.
in c. potuit, ſub numero 69. ext. de locat. Alexander conſilio 9. nu-
mero primo. volum. 5. Bero. conſilio 93. num. 6. & 18. vol. 1. Si igi
tur ſtante ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant,
nomen filii in vltima voluntate prolatum non continet fœminas
contra naturam ſuam, & contra legem qui filiabus de legat. 1. cum
ſimilibus, propter præſumptionem, vt diſponens, & loquens cenſea

tur

tur ſe conformaſſe cum diſpoſitione ſtatuti,quod ius commune tollit, §. ſed ius quidem ciuile. inſt. de iure naturali, gent. & ciuili l. omnes populi. ubi doct. ff. de iuſt. & iur. ut per doct. ſupra citatos, & per Iulium Clar. in §. teſtamentum. quæſtione. 76. reg. 6. verſiculo ſcias, vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, lib. 3. ſent. recept. Et pariter, ſi in emphyteuſi recepta pro ſe, filijs maſculis, & fœminis fœminę,quæ aliàs ſimul, & ſemel cum maſculis admitterẽtur in dicta emphyteuſi propter eandem præſumptionem, vt contrahentes ſe cum ſtatuto conformaſſe cenſeantur, non admittuntur, niſi in defectum maſculorum Bart. in d.l.iusiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. libert. & alij ſupra in locis proxime citatis: multo magis verba Pro ſe, filijs, & nepotibus, in ſtipulatione facta de emphyteuſi a fœmina debẽt accipi proprie ſecundum naturam ſuam, vt accipiuntur in contractib. ſtricti iuris ſecundum ius commune, vt non contineant filias, & neptes propter eandem rationem, ut contrahentes intelligantur cum diſpoſitione iuris communis uoluiſſe eſſe conformes, cum quo, ceſſante ſtatuto, contrahentes præſumuntur ſe conformaſſe, Bart. in d.l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. Curt. in conſ. 57. poſt num. 8. & Galiaul. in repet. l. Gallus. §. quidam recte: poſt num. 21. ff. de lib. & poſth. qui ambo teſtantur, hanc eſſe communem opinionem.

21 Non obſtat tertium fundamentum Rolandi, quòd quando diſpoſitio fit a fœmina, deſcendentes maſculos vocando, debet etiam intelligi de deſcendentibus maſculis ex fœminis, quoniam tunc proſpicitur, quòd ipſa conceſsio non cenſetur facta cauſa conſeruandæ agnationis, ſed fauore, & gratia conſeruandi maſculinitatem, Dec. conſiliò 303. numero. 6. in fine, Bero. d. conſilio. 120. numero 13. per tradita per Caſtr. in conſilio. 341. aliàs. 41. lib. ſecundo. ſed re vera eſt conſilio 91. eodem volumine ſecundo. quod incipit, præmittendo, quòd dictum ſtatutum, nam in caſu Caſtrenſis appellatione deſcendentium ex maſculis, ne ſequatur reſtrictio alterius verbi generalis, & abſurditas ſtatuti, quod eſſet nullum, & inaniter diſponeret de matre, & eius linea, ueniunt etiam maſculi deſcendentes ex fœminis. Ideo cum verba non repugnent, & intẽtio, & ratio ſtatuentium ſuffragetur, vt expreſſe tradit ibidẽ Caſt. nu. 4. & pręſertim verſ. & iſte eſt uerus ſen ſus ad terminos emphyteuſis receptæ a fœmina pro ſe, filijs, & nepotibus argui non poteſt: quia iſto caſu mens contrahentiũ non eſt clara, & uerba repugnant, ex quo filiorum appellatione in contractu ſtricti iuris, ut eſt emphyteuſis, filię non ueniunt, & ne dum ſequitur abſurdum aliquod, ſi ita uerba accipiãtur, cum fœmina poſſit inueſtiri pro ſe, filijs, & nepotib. maſculis,

Bero.conſ.99.num.1.uol.1.ſed ſeqtur abſurdũ,ſi dicta verba,ad filias
& neptes extendantur:quia offenditur reg.l.quicquid aſtringendæ,de
verb.obligat.qua diſponitur,vt verba in contractibus proprie, & ſtri
cte accipiantur,& regula:Semper in abſcuris.de reg.iur.qua cauetur,
vt in contractu,quod minimum eſt,intelligatur conceſſum, vt ibidem
late per Cagnol.num.12.& offenditur text.in c.1.§.& ſi clientulus. de
alienat. feud. & doctrina Bart. communiter recepta in d. l. hæredes
mei.§.cum ita.ff. ad Trebell.& Aluarot.in c.1.col.2.verſ.ſed aduerte.
ſub num.2.de benefic.fœminæ dato.quòd contrahentes voluerint illa
verba,Proſe,filijs, & nepotibus ſecundum ius commune accipere. &
cum diſpoſitione iuris ſe conformare. Non obſtant not. per Dec.
22 in l. fœminæ de reg. iur. numero. 100. vbi inquit, quòd licet. pri
uilegium immunitatis conceſſum alicui,& poſteris ſuis nõ comprehẽ
dat deſcẽdẽtes ex fœminis.l.1.§. vltimo.ff. de iure immunit. hoc ta-
men non procedit, ſi priuilegium immunitatis ab aliqua fœmina
conceditur,puta Regina:quia non eſt veriſimile,quòd voluerit fœmi
nas excludere,quod etiam ſentit.Iaſ.in conſ. 117.col.2.vol.4.per ea,
quæ ſcripſit Ancar. in d.conſ. 339.quæ Rolan.adducit in 4.fundamen
to dicti conſilij: quia opinio Dec.Iaſ.& aliorum, qui eos ſequuntur,
23 (pace eorum ſit dictum)non videtur vera:nam appellatione poſtero-
rum fœmimæ, & deſcendentes ex eis cõprehenduntur, vt tradit Ant.
de Butr.in conſ.9.in primo dubio, vbi inquit, quòd verbum Poſteri-
24 tas comprehendit omnes deſcendentes,allegat.l.quod his verbis. §.
final.de leg.3.vbi appellatione poſterorum veniunt liberi, & nomine
liberorum veniunt omnes vtriuſq; ſexus deſcendentes, vt late tradit
etiam Dec.in conſ.223.num.4.& in conſ.32.in fine.Caſtr. in l. 1. ſub
num.4.C. de condit.inſert.Bero. in conſ.96.num.12.& ſeq.vol.1.per
25 l.iuriſconſultus.§.parentes.ff. de gradib.affinit.Dec.in d.l.2. de reg.
iur.num.126.non veniunt tamen fœminæ ſub hoc nomine in priuile-
gio immunitatis:quia ſpecialiter hoc ſtatutum fuit in d.l.1. §. finali.
de iure immunit.vt minus utilitati publicę derogetur,ut ſcriptum re-
liquit Dec.in d.conſ.323.ſub num.4.poſt.Ant.de But.Imol. & alios,
quos citat,quibus aſſentitur Bero.in d.conſ.96.num.13.uol.1.Dec.
in d.l.2.de reg.iur.num.59.Cur.ſen.in conſ.73.num.4.Tiraq.ubi mo
re ſuo multos in hanc ſententiam congerit,in tract.de re retract.lign.
§.1.gl.9.num.243.ex quibus patet,hãc eſſe communem opinionem,
ut teſtatur Curt.ſen.d.conſ.73.ſub num.4.Quod autem fœminæ,& de
ſcendentes ex eis non ueniant in priuilegio,immunitatis alicui,& ſuis
poſteris conceſſo,pręcipua illa eſt ratio,quia priuilegium concedens
pręſumitur uerba illa,Et poſteris ſuis accepiſſe,ut d.l.1.§.final. ff. de
iure

iure immunit.accipienda eſſe diſponit; quæ ratio militat etiam in fœ-
mina huiuſmodi priuilegium concedente: quia potius præſumitur uo
luiſſe ſe conformare cum diſpoſitione d. §.finali, quis particulariter di
ſponit ſuper uerbis ab ea in priuilegio prolatis, quàm cum alijs legi-
bus generalibus dicentibus, uerba intelligenda eſſe ſecundum condi-
26 tionem perſonæ proferentis; iuxta l.plenum. §.equitij.ff. de uſu & ha
bit.nam ſpecies, etiàm in diſpoſitione hominis, derogat generi, ut tra
dit Bero.in conſ.57.num.10.uol.3.ubi inquit, dictam regulam paſſim
in qualibet diſpoſitione procedere, ut in c.1.de reſctipt. & in reg. ge-
neri per ſpeciem, cum materia.de reg.iur.in 6.& præſumptio, quòd lo
quens uoluerit ſe cum diſpoſitione iuris conformare, & verba ab eo
prolata accipere, ut ius in illo caſu accipienda eſſe diſponit, eſt poten
tior, quàm ſit præſumptio, quę oritur ex qualitate perſonę proferẽtis,
ut ſupra oſtendi; quod præſertim procedit in d. §.finali.l.1.de iure im
munit.cum iſtud priuilegium, tanquàm contra publicam utilitatem,
ſit ſtrictè, & rigoroſè interpretandũ, ut cõſultus reſpõdit Bald.in cõſ.
112. quæritur, q intelligãtur, in fine. lib.1.Alex.in conſ.160. num.4.
in fine.uol.2.Bero.in d.conſil.96.num.13.uol.1.& tradita per Ancar.
in d.conſ.339.ex quibus Iaſ. Dec.& alij mouentur; non probant eo-
rum opinionem; quia in caſu Ancar.ex dictione uniuerſali, & ex acti-
bus ſubſequẽtib.quę p̃cedentia declarãt; cõſtat Reginã donatricẽ ſub
nomine poſterorum, voluiſſe fœminas includere, & ſic, vt nomine po
ſteritatis veniant fœminæ in dignitatibus, quæ aliàs non venirent, vt
ipſe Ancar.tradit in d.conſ.339.num.3.ex not.per gl.in c.vbicunq; de
pœn.in 6.non eſt ex eo ſolum, quòd verba ſint prolata a fœmina, ſed
propter verba generalia, quæ fœminas includunt: quia, qui omne di
cit, nihil excludit, l.1.§.generaliter.de leg.prę ſt.& propter declaratio
nem ex poſtea geſtis, ex quibus donatio prima interpretatur. Et, ſi
nomen filij, aut poſteritatis prolatum a fœmina contra naturam ſuam,
& proprietatem contineret fœminas indifferenter propter illam præ-
ſumptionem, quòd verba intelligantur ſecundum qualitatem perſo-
nę loquentis, d.l.plenum. §.equitij.ff.de vſu, & habit. ſequeretur ea-
dem ratione, quòd lex condita a Regina imponens pœnam alicui, &
eius filijs, ſeu poſteris in eius tertiam generationem, afficeret per fœ
mininã lineam deſcendentes: quod non eſt dicendum: quia contra
27 tex.expreſſum in c.quicunq; de pœnis.in 6.& contra ea, quę ſcribit i-
dem Iaſ.in l. ſi quis id, quod. num.16.ff. de iuriſd. omnium iudicum.
Quemadmodum ergo in pœnalibus conditio fœminę loquentis
non operatur, vt nomen filij, ſeu poſteritatis contra naturam ſuam,
& proprietatem contineat fœminas, & ex eis deſcendentes: ita hoc

non de-

non debet operari in mero priuilegio immunitatis, uel in contractu
emphyteutico, quia etiam in his, vt in pœnalibus, fit ſtricta interpre-
tatio, & verba proprie accipiuntur, vt ſuperius oſtenſum eſt, & cum
contra præſumptionem, quæ inſurgit ex qualitate perſonæ, adſit præ
ſumptio, quòd fœmina loquens voluerit ſe cum diſpoſitione iuris cõ
formare, & verba ſecundum materiam accipere, iuxta text. in l. ſi vno.
ff. locati. res ſaltem efficitur dubia, & ſuccedit reg. l. non aliter. ff. de
leg. 3. cum ſimilibus, vt non ſit recedendum in dubio a natura, & pro
prietate verborum, ex quo manifeſte de mente concedentis priuile-
gium, & contrahentium aliter non conſtat. Quinto non obſtat, quod
idem Roland. quinto loco adducit in d. conſ. 76. quia ſi recte perpen-
datur, potius probat opinionem noſtram: nam, quando mulier duas
habens filias inſtituit eas æqualiter, & caſu, quo alter decederet ſine
liberis maſculis, ſubſtituit alteram, & eius deſcendentes maſculos, ne
pos ex filia cenſetur vocatus, & ex parte oneratæ facit conditionem
deficere, vt voluit moder. Pari. in loco p eũ citato in cõſuet. Pari. qa ap
pellatione deſcendentiũ maſculorũ ex ꝓpria ſignificatione includitur
28 nepos ex filia fœmina, qui eſt de deſcẽdentibus, & eſt maſculus, vt do
cet Fulgoſ. in conſ. 85. ex facto num. 1. & ſeq. per text. in auth. de hæ-
red. ab inteſt. cui aſſentitur Marian. Socin. in conſilio. 2. numero 11.
vol. 3. Ruin. in conſ. 49. numero. 2. verſ. ſed prędictis non obſtantibus.
vol. primo. vbi citat. Aret. in §. nunc de lege l. Gallus de lib. & poſth.
idem tenentem, cuius aſſecla eſt Bero. in conſilio. 77. numero. 8. & in
conſilio. 120. numero. 59. vol. 2. & etiam, quia ex quo deſcendentes,
ſiue perſonæ grauatæ, ſiue honoratæ, non poſſunt eſſe agnati, non
cenſetur habita ratio ad agnationem, ſed ſolum ad qualitatem ma-
ſculinitatis ad excluſionem fœminarum, vt conſiderant Mar. Socin.
in d. conſilio. 2. numero. 11. volum. 3. & alij doct. in locis ſupra cita
tis, Ideo, cum ceſſet in caſu dicti moderni Pariſienſis fauor conſeruan
dæ agnationis, qui facit, vt quando de deſcendentibus maſculis eſt
facto mentio, maſculus ex fœmina non veniat contra proprietatem
ſermonis, Bero. d. conſ. 77. num. 11. vol. 2. merito maſculus ex fœmi-
na facit cõditionem deficere, & nepos ad ſubſtitutionem admittitur:
quia venit ex proprietate ſermonis, pręſertim in vltimis volũtatibus,
a qua in dubio non eſt recedendum. d. l. non aliter. de leg. 3. l. 1. §. is
qui nauem. ff. de exercit. act. Ruin. in d. conſ. 49. num. 2. verſ. ſed prædi
ctis non obſtantibus volu. 1. Ergo eadem ratione ſupradicta retorquẽ
tur contra Roland. in terminis emphyteuſis receptæ a fœmina pro ſe,
filijs, & nepotibus, vt fœminę non veniant: quia filiorum, & nepotum
appellatione proprie in emphyteuſi filię, & neptes non comprehen
duntur

duntur: a quorum uerborum proprietate non eſt recedendum, cum de mente contrahentium manifeſte conſtare non poſſit, ut ſupra oſtēdi. Non obſtat poſtremo ultimum fundamentum Rolandi in d. conſil. 76 ſumptum in fortioribus terminis ex d. conſil. Bero. 120. num. 12. uol. 2. ubi inquit, quòd, ſi in aliqua diſpoſitione facta per maſculum, & fœminam, ſit mentio de filijs deſcendentibus, ueriſimile eſt eos intellexiſſe de deſcendentibus utriuſq; ſexus, quia ſicut maſculus ſexum ſuum dilexit, ita fœmina ſexum ſuum dilexiſſe præſumitur: nam, ut dixi, non ſufficit in ſtipulatione, de qua agimus, ut fœmina recipiens emphyteuſim pro ſe, filijs, & nepotibus, præſumatur dilexiſſe ſexum ſuum, ſicut maſculus concedens ſuum dilexiſſe præſumitur; quia ſtipulatio non pendet ſolum a uoluntate fœminæ in emphytęuſim conducentis, ſed a uoluntate etiam concedētis, qui prēſumitur ſolum de filijs, & nepotibus maſculis cogitaſſe, & de illis intellexiſſe propter naturam rei, & ſtipulationis, in qua uerbum Pro ſe, filijs, & nepotib. profertur. l. ſi vno. ff. locati. Ideo fœminæ non intelliguntur vocatæ in hac ſtipulatione, licet etiam daremus a fœmina recipiente de filiabus, & neptibus fuiſſe tacite intellectum, Bart. in d. l. quicquid aſtringendæ. num. 2. de verb. obligat. per l. ſi repetendi. C. de condit. ob cauſam. & in caſu Bero. in d. conſil. 120. vol. 2. in quo ſe fundat Roland. non erat facta mentio ſimpliciter de filijs, ſed de filiis, & deſcendentibus ab eo, quorum appellatione ueniunt etiam fœminæ, & ab eis deſcendentes ex proprietate ſermonis, ut ipſe Bero. prēſupponit in eodem conſil. 120. num. 59. & in conſil. 77. num. 8. uol. 2. & in conſil. 95. nu. 5. cum duobus ſeq. uol. 1. Ideo nihil facit ad terminos quęſtionis noſtræ, in qua filij, & nepotes ſimpliciter ſunt vocati, quorū nomine filiæ, & neptes non ueniunt, ut idem Bero. tradit in c. in prēſentia. num. 407. extra de probat. ubi hanc communem fatetur, & in quęſt. 8. nu.
29 4. quem ſequitur idem Roland. in d. conſili 93. vol. 2. Retenta tamen communi opinione, ut, quando fœmina conducit emphyteuſim pro ſe, filiis, & nepotibus ueniant filię, & neptes fœminæ, contra quam difficile eſſet in practica obtinere, declara, dictam communem non habere locum, vbi appareret, quòd eadem res, quæ nunc conceditur fœminę in emphyteuſim pro ſe, filiis, & nepotibus, primitus maſculo fuerit ſub eadem forma uerborum cōceſſa, qa ſi damus communē opinionem ueram, in emphyteuſi recepta pro ſe, filiis, & nepotibus, filias, & neptes non comprehendi, ſequitur primam conceſsionem, & primam inueſtituram fuiſſe pro filiis, & nepotibus maſculis tantùm, & pariter in ſecunda inueſtitura facta fœminæ pro ſe, filiis, & nepotibus filias, & neptes non includi; quia ſecunda inueſtitura regulatur, & declaratur

ratur a prima: a qua non eſt recedendum, niſi in ſecunda expreſſe di catur, ſecundam inueſtituram de communi contrahentium conſenſu aliter, quàm ſolitũ eſſet, fieri, vt in fortioribus terminis tradunt Dec. in conſ. 193. ſub num. 3. & in conſ. 119. num. 4. & 5. & alii a me ſupra relati in prima limitatione, & hæc declaratio præſertim uera eſt in emphyteuſi eccleſiæ: quia prelatus etiam, quòd expreſſe vellet emphyteuſim iſtam concedere pro filijs, & nepotibus maſculis, & pro filiabus, & neptibus contra formam ſolitam, non poſſet, Imola in d. c. ex parte. num. 39. de feud. Bertach. in tract. de Epiſcopo. in 4. parte libri. num. 45. quæſt. 25. vt latius diximus ſupra lib. 3. de perſonis, quæ poſſunt in emphyteuſim concedere.

30 TERTIO declaratur, vt non ſit locus ſupradictæ concluſioni, quòd in emphyteuſi pro ſe, filijs, & nepotibus non veniant filiæ, & neptes, vbi adeſſet conſuetudo generalis domini, vel eccleſię concedentis ſub hac ſtipulatione Pro ſe, filijs, & nepotibus, filias, & neptes admittere: quia iſto caſu verba ſtipulationis a conſuetudine declarationem recipiunt, & ſecundum eandem conſuetudinem intelliguntur, vt ſcriptum reliquit Imola in c. potuit. num. 69. extra locati, per text. in c. cum dilectus. extr. de conſuet. & l. minime. ff. de ll. ſequitur Felin. in c. cum M. Ferrarienſis, col. 3. ſub nu. 6. verſ. & hinc eſt, quòd verba. extra. de conſtit. Bero. in conſ. 95. nu. 1. & in conſ. 97. in prin. vol. 1. Corn. in conſ. 199. num. 54. vol. 2. Ruin in conſ. 151. num. 9. verſ. & dicit etiam Imola. vol. 1. Menoch. in conſ. 111. num. 60. vol. 2. Veruntamen hanc conſuetudinem allegans debet illam probare:

31 quia conſuetudo ſemper debet probari per illum, qui eam allegat, Dec. in conſ. 483. num. 28. Soc. Iun. in conſ. 65. num. 36. vol. 1. doct. in c. finali. de conſuetud. Corn. in conſ. 83. col. 5. vol. 4. Alex. conſ. 67. ſub num. 1. vol. 7. Bart. in l. de quibus. num. 6. ff. de ll. Iaſ. in l. cum prolatis. num. 9. ff. de re iudic. Soc. ſenior in conſ. 3. capio primum. num. 27. verſ. quoniam ad hoc. vol. 4. & in conſ. 46. eleganter, & ſubtiliter. num. 51. verſ. poſtremo aduerſatur vol. 4. Cagnol. in repet. l. ſi quis maior. num. 52. C. de tranſact. Soc. iun. in repet. l. ſi ſtipulatus. num. 224. de verb. obligat. & alij multi quos cumulat, & ſequitur Ioſeph Maſcard. de probat. concluſ. 423. num. 19. & 20. vol. 1. apud quem concluſione prædicta, & ſeq. potes videre, quomodo conſuetudo probetur, & aduertas, quòd non ſolum eſt probanda con-

32 ſuetudo huiuſmodi: ſed neceſſe eſt, vt probetur, quòd vigeret tempore contractus, quando res fuit in emphyteuſim pro ſe, filijs, & nepotibus recepta, vt tradit Menoch. d. conſ. 111. num. 37. vol. 2. & ante eum Grat. in conſ. 9. num. 145. uol. 1.

QVAR-

QVARTO declaratur, ut non ſit uera communis opinio, quando emphyteuſis fuiſſet ſtipulata pro ſe, filiis, nepotibus, & deſcendē
33 tibus: nam iſto caſu filiæ, & neptes comprehenduntur: quia illud uerbum Deſcendentibus non debet cenſeri ſuperuacue appoſitum in ſtipulatione, l. ſi quando de legat. 1. c. ſi Papa. de priuileg. in 6. & propter illud uerbum Deſcendentibus adiectum uerbo filiis, & nepotibus, & eius qualitatem, fœminæ intelliguntur uocatæ: quia appellatione deſcendentium ſimpliciter ex proprietate ſermonis filiæ fœminæ, & alij per lineam fœmininam deſcendentes comprehenduntur, ut tradit Fulgoſ. in conſ. 85. ex facto. num. 2. per text. in auth. de hęredibus ab inteſt. §. 1. & 2. ibi, Si quis igitur deſcendentium fuerit ei, qui inteſtatus moritur, cuiuslibet naturę, & gradus, ſiue ex maſculorum genere, ſiue ex fœminarum deſcendens: & paulò infra, Fit tamen, vt, ſi quē eorum deſcendētium, &c. & in uerſ. nulla, ibi Siue maſculi, ſiue fœminę ſint ex iure maſculorum, ſiuę ex fœminarum prole deſcēdant, Alex. in conſ. 160. uol. 2. & in conſ. 24. num. 10. uol. 5. Dec. in conſ. 269. num. 1. & in conſ. 495. num. 3. & ſeq. gloſ. in c. ſtatutum. il 2. in uerbo in mane, de hæret. in 6. & ibidē Dominicus de Sācto Gemin. col. 1. & Franc. num. 3. Ruin. in d. conſ. 49. num. 2. uol. 1. & in terminis quòd in emphyteuſi pro ſe, filiis, nepotibus, & deſcendentibus, filię, & neptes comprehenſę dicantur, tradit Bero. in conſ. 96. num. 5. cum ſeq. & pręſertim num. 11. & in conſ. antecedēti. num. 5. uſq; ad 8. uol. 1. & in d. c. in præſentia. num. 406. de probat. quam partem, ut fœminæ ſaltem poſt maſculos admittantur, tenet etiam deciſ. lucana 29. num. 58. licet eadem deciſio citet Cephal. in conſ. 11. in fine. uol. 1. & Curt. Iun. contrarium ſentientes, quòd hoc caſu non ueniāt fœminę, & quòd illud uerbum generale Deſcēdentibus debeat declarari ex uerbo particulari, Filijs.

34 QVINTO declaratur, quando emphyteuſis fuiſſet ſtipulata pro ſe, filijs, nepotibus, & hęredibus: quia tunc filiæ, & neptes, dummodo ſint hęredes, ſub huiuſmodi ſtipulatione comprehenduntur: nam vbi verbo filijs, & nepotibus adiicitur alia qualitas, quæ apta ſit comprehendere fœminas, vt eſt verbum Hęres, cuius appellatione etiam fœminæ continentur ex proprietate ſermonis. l. ſciendum, & l. hæredis appellatione. ff. de verb. ſignificat. l. in annalibus. C. de legat. Bero. in d. conſ. 65. num. 13. uol. 2. & in d. c. In pręſentia. num. 404. de probat. & quęſt. 18. num. 3. tunc appellatione filiorum, & nepotum comprehenduntur filię, & neptes, ut in terminis emphyteuſis ſic receptę conſultus reſpondit Bero. in conſ. 152. num. 32. & ſeq. uol. 2. per ea, quę uoluerunt Bald. in l. 2. col. 2. de iure emphyt. & ibidem Salic.

quæſt.

quæſt. 20.ſequitur Corn.in conſ.263. vol. 1.in fine. & Alex. in conſ.
61. in 1.vol.circa finem, dum reſpondet ad doctrinam Bald.in d.l.2.
C.de iure emphyteut.quod idem Bero.in d.cóſ.152.num.33. in fine
vol.2.dicit eſſe ſumme notandum pro limitatione eorum, quæ dixit
Archid. in c.ſi quis ſuadente diabolo.17.quæſt.4.vbi tenet,filiorum
appellatione in contractibus fœminas non contineri: quam limita
tionem amplectitur etiam Iaſ. in d.l. ſiquis id quod.num. 23.uerſ. ſe-
cundo notabiliter limita.ff.de iuriſd.omnium iud. & ante eum Alex
in l.ſed ſi hac.§.liberos,num.13.ff.de in ius vocãdo.Gozad. in conſ.
20.num.7.fretus alia ratione,quòd non requiratur utrumque copula
tiue ſecundum Bart.in l.Gallus.§.& ſi parente.ff.de lib. & poſth. ſed
cauendum eſt a ratione Alex.& Iaſ.& a doctrina Salic.in d.l.2. quæſt.
20.dum exiſtimat,conceſsionem factam pro filijs,& hæredibus intel
ligi pro deſcendentibus ultra filios,ſiue qui concedit ſit priuatus,ſiue
ſit eccleſia,fretus ea ratione, quia hoc operatur præcedens uerbum
Filijs,per quod ultra eos non extẽdebatur,& uerbum,Hęredibus am
pliat ad cęteros deſcendentes,c.in pręſentia de probat. l. ex facto.§.
final.ff.ad Trebell.quod etiam operatur copula, quæ coniungit ſimi-
lia, & non extranea, quando poteſt,l. finali.§.cui dulcia. ff. de uino.
trit.oleoq; legato.nam falſum eſt in huiuſmodi conceſsione Pro ſe,
35 filijs, & hęredibus. hæredes vltra filios comprehendi: quia vt quis
admittatur ad huiuſmodi emphyteuſim,vtraque qualitas requiritur,
ſcilicet,quòd ſit filius,& ſit hæres,vt tenet Bart.in l.iusiurandi.§.ſi li-
beri.num.4.ff.de oper.libert.communiter receptus, vt teſtatur Alex.
in conſ.128.conſideratis verbis,num.6.verſ.& illa verba.vol.1.& in
conſ.44.num.1.vol.eod.Iaſ.in l.ſi non ſortem.§.libertus.num. 35.ff.
de condit.indebit. & nos diximus ſupra de varijs ſtipulat. formis
lib.4.quæſt. Ideo nemo vltra filios, etiam quòd ſit hęres ſtipu-
latoris,ad emphyteuſim hanc admittitur:nam, quando cum nomine
filiorũ copulatur nomen appellatiuum Hæredes,dicendo Filij, & Hę
redes,ſeu Pro filiis,& hęredibus,non veniunt Hęredes in infinitum,vt
36 ueniunt appellatione hęredum ſimpliciter.l.ſciendum & l.hæredis ap
pellatio.ff.de verb.ſignificat.Alex.conſ.36. num. 4. vol. 3. Dec. in l.
qui per ſucceſsionem de reg.iur.ſed tantùm filii hæredes,vt per ſupra
dicta tradit Bero. in conſ.109.num.7.vol.2.nam ſignificatio hæredis
reſtringitur propter demonſtrationem filii adiuncti: quia vbi eſt de-
37 monſtratio perſonæ,diſpoſitio non tranſit ad hęredem illius.l.ſeruus.
la ij.in princ.ibi Itemq; demonſtratio perſonę. ff. de ſtatulib. & not.
per Tiraq.de retract.conuent.§.1.gl.6.num.25.nec obſtat,quòd pro
pter hanc rationem reddatur dubia deciſio Bero.in d.conſ.122.num.

32.uol.

32.uol.2.Iaſ.& Alex.quia propter nomen filiorum, & nepotum ſunt vocati ſolũ filij, & nepotes maſculi. Ergo intelliguntur ſolũ uocati filii & nepotes maſculi, qui ſunt hæredes, & nõ fœminæ, quæ ſint hæredes: quia iſto caſu copula, Et non vere copularet, & ſignificatio verbi, Et Hęredibus non reſtringeretur a verbo Pro ſe, & filiis, & nepotibus, cui adiungitur, Sed verbum Et Hęredibus adiunctum extenderet ſignificationẽ uerbi ꝓ ſe; filiis, & nepotibus, cui adiũgitur cõtra d.l. ſeruus.ff.de ſtatulib.qa reſpõdetur, ꝙ licet vera ſit opinio Bart. in d. l.iusjurandi.§.ſi liberi.ff.de oper.liber.quã Alex.& Ias.ſibi ipſis cõtrarii, & rectius ſentientes in locis ſupra citatis amplexi ſunt, vt requirantur hæc duo copulatiue, quòd ſit hæres, & filius, vel nepos, qui vult ad ſupradictam emphyteuſim admitti: nihi lominus filiæ, & neptes in ea comprehenduntur: quia, cum illud verbum, Hæredibus, ſit commune ad maſculos, & fœminas, facit, vt verbum, Filiis, & nepotibus, cui eſt adiunctum, ſecum trahat, vt ex proprio ſignifica

38 tu comprehendat vtrunq; maſculos, & fœminas, ſicut quando in diſpoſitione aliqua diceretur, Quicunq; homo: nam licet terminus iſte Quicunq; conueniat tantùm maſculino ſexui in natura ſtricti iuris: tamen, quia iungitur termino communi, ſcilicet Homo, comprehendit vtrunq; uidelicet maſculum, & fœminam, vt dicit Bart. in l.1.ff. de pecul.in princ.& in l.1.de verb.ſignif. & in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Bald.in l.Gallus.in princ.in vltima col.ff. de lib. & poſth. & in terminis quæſtionis noſtræ declarat Alex.in d.conſ.80.numer. 14. verſ. fortificatur, quòd comprehendantur fœminæ.vol.1.& cum ſint demonſtrati non ſolum filii, & nepotes maſculi, ſed filię, & neptes fœminæ, ex quo verba Pro ſe, filiis, nepotibus, & hęredibus ſunt ſimul prolata, unum uerbum non dicitur aliud reſtringere propter demonſtrationem perſonæ: quia tàm perſona maſculi; quàm fœminæ eſt demonſtrata, ſicut quando dicitur, Quicunq; homo, ut declarat etiam Ant. Rub. in repet.d.l. Gallus.§.quidam recte, num.168.ff.de lib. & poſth.

SEXTO declaratur, quando emphyteuſis fuit recepta pro ſe,

39 filiis, & nepotibus uſq; in eius tertiam generationem: quia tunc filię, & neptes comprehenduntur, ut in terminis conſulti reſponderunt Corne.in conſilio.233.in hac conſultatione.uolumine.4.col.1.uerſ. quia tamen uidi, & num.3.cum.ſeq.Fulgos. in conſ.131. quidam ſer Secretus.in fine, iuncto etiam principio illius conſilii: in quo patet, quòd in illo caſu inueſtitura facta ab Epiſcopo Vrbini erat pro ſe, filiis, & nepotibus uſq; in tertiã generationem. Et in fine concluditur, neptes ex filia in d. emphyteuſi comprehendi, quod etiam uoluit Ca

pra

pra in conſ.51.inter conſ. Corn.uol.3.num.3.Bald.in l. 2.ſub num.7. C. de iur.emphyt.ubi dicit, quòd, ſi conceditur emphyteuſis ſub genere maſculino uſque in tertiam eorum generationem, tunc maſculinum eorum, cõiunctum illi fœmineo Generationem, etiam fœminam includit: quia contractus iſte conformat ſe cum diſpoſitione iuris cõmunis, §. emphyteuſim, in auth. de non alienando, & verbum adiunctum eſt aptum fœminas comprehendere, vt ipſe Bald. ſuperius ibidẽ præſupponit: quod ẽt videtur ſentire Alex.in d.conſ.61.vol.1. circa finem, dum reſpondet ad doctrinam Bald.in d.l. ij. & inquit, quòd in caſu ſuo fœminæ non veniunt: quia emphyteuſis erat recepta pro ſe, filijs, & nepotibus ſimpliciter, & ſic per nomina, quæ ex propria ſignificatione maſculos tantum important, & in caſu, quo loquitur Bald. fuit res conceſſa per nomen Generationis, quod eſt aptũ comprehendere ex proprio ſignificatu tàm maſculos, quàm fœminas c.ſtatutum il ij. de hæret.in 6.iuncta l.3.ff.de liber. cauſa. quod etiam late probat Paul. de Caſtro in conſ.316.ſupraſcriptus dominus conſultor, vol. 2.num.1.& 2. per d. c.ſtatutum, inducendo illũ text. duobus modis, & per multa alia fundamenta, reſpondendo ad contraria; vbi tandem, ſub num.2. inquit, nugatorium eſſe dubitare, an neptis ex filia ſit de generatione aui materni, quia clarum eſt, quòd ſic, & ex proprietate ſermonis, vt idem Caſtr. fatetur in conſ. 300. col. 2. verſ. quia licet de proprio ſignificatu, eod. vol. 2. quam ſententiam in emphyteuſi, quòd nomine Generationis nepos, vel neptis ex filia vocetur, tenet etiam Imola in conſ.62. poſt exhibitum conſilium per totum, cui videtur adhæſiſſe Specul.in. §. nunc aliqua, verſ.155.tit. de locato. dum aperte dicit, neptem ex filia eſſe de generatione recipientis, Gozad.conſ.20.prima facie, num.8. Paris. in conſ. 47. num. 58.vol.3.Dec.in conſ.223.vol.2.verſ. ſed tamen diligenter, vbi confundit nomẽ Generis, cuius appellatione dicit fœminas comprehendi, & nomen Generationis, & in conſ. 495.& in c. nouit, de iudic. num.32.cum ſeq. Tiraq.de retract. lignag. §.1.gl.9. num. 241. Ideo in emphyteuſi recepta pro ſe, filijs, & nepotibus in eius tertiam generationem filia, & neptis ſtipulatoris includuntur: quia, licet non veniant nomine filiorum, & nepotum, veniunt tamen appellatione verbi adiuncti Generationis, vt inquit Corn. in d. conſ. 233. col 1. uol. 4. inferiora enim uerba tribuunt fœminis, quod anteriora non tribuebant, arg. l. ſi ſtipulatus ſis. ff. de uſur. Ideo intelliguntur & ipſæ uocatę, quod etiam uidetur de mente Ancar. in conſ.44. primo de uiribus. num. 1.& 2. & eſt ſumme notandum pro limitatione dictæ opinionis, ut in emphyteuſi a maſculino fœmininũ non concipiatur: quia

ut pluri-

turę in hac Ciuitate Vrbini fiunt pro ſe, filiis, & nepotibus uſque in
eius tertiam generationem completam: quo caſu dubitatur etiam,
an primus recipiens cõputetur in generatione: ſed, quia de hoc dixi
ſupra lib. quarto de varijs ſtipulat. formis, quæſt. ad ea
me remitto. & quod dictum eſt, in emphyteuſi recepta pro ſe, fi-
lijs, & nepotibus vſque in eorum tertiam generationem, filias,
& neptes comprehendi, procedit etiam eadem ratione, ſi emphy-
teuſis ſit conceſſa pro ſe, filijs, & nepotibus, vſq; in eius tertiam
40 lineam, vel eius tertiam prolem: quia verbum Lineæ tàm maſculos,
quàm fœminas continet, Bero. in conſilio 77. numero ſecundo. vo-
lumine 2. per text. in. ſ. primo vſque ad ſ. hactenus. inſtit. de grad.
affinit. iuncta. l. ſtemmata. ff. eod. Tiraq. d. ſ. 1. gloſ. 9. in princ. & nu.
244. de retract. conſang. Bald. conſil. 321. teſtamento cauetur. vol.
41 1. & etiam nomine Prolis fœmina proprie continetur, Gozad. in d.
conſ. 20. numero 8. in fine, Bald. d. conſ. 321. & in c. primo de ſuc-
ceſ. fratr. in vs. feud. Dec. in conſ. 495. num. 4. & ibi apoſtill. Go-
zad. conſilio 45. numero quinto. Bertrand. conſ. 54. viſo caſu, num.
1. vol. 1.

SEPTIMO declaratur, quando in loco, vbi celebratur contra
ctus emphyteuſis, adeſſet cõmunis uſus loquẽdi, ut filiorum, & nepo
42 tum nomine etiam filiæ, & neptes intelligerentur; nam tunc filiæ, &
neptes ad emphyteuſim pro ſe, filijs, & nepotibus conceſſam diceren
tur vocatę: quia in emphyteuſi a communi uſu loquendi non recedi-
tur, cum etiam in contractibus uerba ſecundum communem uſum lo
quendi accipiantur, ut tradit Philipp. Franc. in c. quàm ſit. ſ. ele-
ctus. ſub num. 4. de elect. in 6. per text. in c. ex litteris. il primo. extr. de
ſponſalib. vbi Abb. num. 2. idem notat Bart. in conſ. 159. uiſa qua-
dam conſtitut. num. 1. uolum. 1. Alex. in conſ. 60. num. 6. in fine. uol.
43 2. communis enim uſus loquendi in qualibet materia, etiam odioſa,
exorbitanti, correctoria, aut aliàs ſtricta, & odioſa attenditur,
ut expreſſe uoluit Angel. Aret. in ſ. primo. in fine. inſtit. de legit.
agnat. ſucceſſ. Dec. in conſ. 146. pro tenui facultate mea. colum. 2.
ſub num. 2. Felin. in proœmio decret. num. 11. cum ſeq. Abb. in c. 2. in
2. notab. extra de arbitr. Soc. in l. prima. numero 44. ff. ſi cert. petatur.
Barbat. conſil. 57. num. 25. cum ſeq. uol. 2. Iaſ. in l. tres fratres. num. 7.
ff. de pact. Alex. in conſ. 244. & 248. num. 5. uol. 6. & in conſilio 131.
num. 4. uol. 7. Bart. conſ. 52. num. 4. & in conſil. 200. numero 2. & in
conſil. 138. Hæc eſt copia. in fine. uolumine primo. ubi inquit, ſtatuta,
quæ ſtricte interpretantur, intelligenda eſſe ſecundum commu-
nem uſum loquendi, qui præualet omni ſignificationi proprię, l.

librorum.§.quod tamen Caſsius,vbi gl.de leg. 3.Grat.conſ.31.num. 3.vol.1.& in conſ.52.nu.52.vol.2.quod ante ipſum dixerat Oldrad. in conſ.148.ad primam quæſtionem.in 3. dubio. & poſt ipſum tenue runt alij, quos cumulat Franciſ.Niconit. in repet.rubr.ff.de no.oper. nunciat.num.235.cum.ſeq.& Tiraq.de retract.conſang.§.2.gl.1.nu.
44 quinto,& ſexto ad quos eos, qui numerum auctoritatum deſiderant in decidendis quæſtionibus, remitto: & quia filiæ, & neptes, quæ volunt admitti ad emphyteuſim propter communem vſum loquendi, debent illum probare, cum ſit quid facti, Angel. in proæmio inſtit. colum. 5. ſub numero ſexto.verſic: quæ cum ſit facti. Bart. in dicto conſ. 159. nu. 1. uol. 1: & in l. Labeo. ff. de ſuppell. legata. Aret. conſilio 107. clariſsime domine, col. vltima.verſiculo ad ſeptimum. Niconit. in d. repet. rubr. de oper. no. nunciat. Grat. conſ. 29. numero 50. volumine 2. Maſcard.de probat. concluſ.329.num. 2. volumine primo. Si vis ſcire, quomodo probetur, & quomodo ſint formanda capitula, conſulito Bartolum in dicta l.Labeo.num.6. cum ſeq.ff. de ſup. legat. & Alex.in conſ.131.num.4.lib.7.Ruinum d. conſ. 88. num.12.vol. 3.Curt. iun.conſil.176.num. 3. Maſcard. d. concluſ. 329.

OCTAVO declaratur, quando quis fuit inueſtitus pro ſe, filiis nepotibus, & liberis: nam ſub huiuſmodi ſtipulationis forma filiæ,
45 & neptes fœminæ ad emphyteuſim admittuntur: nam appellatione liberorum in contractu emphyteuſis nedum maſculi, ſed etiam fœminæ continentur, Bald. in l. ſed ſi hac.§. liberos. ff. de in ius vocando. Alex.in conſil. 80. viſo, & opportune.numero 14. volum. primo.Iaſ. in l. ſi quis id, quod, col. 5. num. 23. verſic. conclude ergo. ff. de iuriſd. om. iudic. Ruinus in conſ. 114. numero 14. vol. 3. & in conſ. 188. num. 11. vol. 2. Ancar. in conſilio 80. num.7.Dec.in conſilio 567. num. 4.Grat. in conſ. 64. num.17. cum ſeq.vol. 2: vbi teſtatur, hanc eſſe communem opinionem, & ex proprietate ſermonis nomen liberorum fœminas comprehendere, oſtendit per tex.in l. cognoſcere.§.liberorum.ff.de verb.ſignificat.vbi probatur, fœminas venire ex proprietate per verbum Continetur: quod denotat proprietatem ſecundum Baldum in l. cui eorum. §. affinitatis, de poſtul. & per illa verba Siue Maſculini, Siue Fœminini, quæ ſunt alternatiue poſita, cuius vna pars intelligitur ſecundum aliam, &
46 ponitur inter æqualia l.prima. ff. de reb. dub. ſed reſpectu maſculi ſtat proprie, ibi, Ergo & reſpectu fœminæ: facit etiam ſecundum ipſum, quia ſub eodem verbo determinatur, ergo æqualiter: ſed proprie eſt reſpectu maſculi, ergo & fœminæ, l. iam hoc iure. ff. de vulg.

& pupill.

& pupill.l.quamuis.C.de impub. & alijs ſubſtit. quam ſententiam, ꝙ in contractu emphyteuſis liberorum nomine fœminę comprehendantur, amplexus eſt idem Grat.in conſil.54.num.27. eodem vol. 2. Alex.in l.quod dicitur la ij.columna antepenultima.numero 25. uerſ. ad prædicta, de verbo. obligat. Dec.in conſil. 223. in caſu propoſito ſub numero 3.uerſic.ſecundo reſpondetur, & in conſil.236. non parua difficultas, ſub num. 5.verſic.nam videmus, & in conſil.423. viſa copia.columna 4. numero 18. & rurſus in conſilio 572.in caſu occur
47 renti.columna prima.numero 4.liberorum enim appellatione ſecundum propriam ſignificationem nedum filij, ſed etiam nepotes continentur.Bart.in l.liberorum.numero 19. ff. de uerborum ſignificatione. per l.iuriſconſultus §. parentes. ff. de gradibus affinitatis. Ideo filię, & neptes admittuntur ad emphyteuſim conceſſam pro ſe, filijs, nepotibus, & liberis: quia perinde eſt, ac ſi eſſet dictum pro filijs, & nepotibus maſculis, & filiabus, & neptibus fœminis, ex quo verbum illud, Et liberis tàm filios, quàm nepotes, & tàm maſculos, quàm fœminas complectitur, quod quidem verbum in huiuſmodi ſtipulatione ſuperuacaneum eſſe non debet, argumento c. ſi Papa.de priuileg.in 6.& ad not. per Bald. in rubr.C.de contrah.empt.quæſt.9.& per Dec. in conſil. 2. num. 5.

48 ADVERTENDVM tamen eſt, ſub huiuſmodi ſtipulationis forma trinepotes tàm maſculos, quàm fœminas non comprehendi, ut uidetur uoluiſſe Alex. in dicto conſilio 180. numero 12. uolumine primo per text. in dicta l. iuriſconſultus. §. parentes, ff. de grad. affinit. & ad not. per Bart. in d.l. liberorum. columna finali.de uerborum ſignific. quia Alex. ibidem loquitur ſecundum opinionem aliorum, & mouetur ex his, quæ tradit Salicetus in l. ſecunda. C. de iur. emphy.quæſtione vigeſima.quæ falſa ſunt, ut idem Alex. ſcripſit in conſilio 44. numero primo. & in conſilio 128. num.6.uerſic.& illa verba. volumine primo. Bart.in l.iuſiurandi.§.ſi liberti.numero 4.ff.de oper. libert. Iaſon in l.ſi non ſortem.§.libertus.ff.de condit. Ideo non intelliguntur uocati per uerbum, Et Liberis, niſi liberi, qui ſint filij, & nepotes, ſiue maſculi, ſiue fœminæ: nam licet uerbũ Liberorum ex proprietate contineat etiam trinepotem, ex quo tamen eſt adiunctum per copulam, Et, cum alio verbo, Pro ſe, filiis, & nepotibus, non ueniunt trinepotes, vt ueniunt appellatione liberorum ſimpliciter. dicta l. iuriſconſultus. §. parentes. ff. de gradib. affinit. ſed tantummodo liberi, qui ſint filij, & nepotes, ut ſunt filii, & nepotes maſculi, & filię, & neptes: quia ſignificatio uocis Liberorum reſtringitur propter verba adiuncta illi, Pro filiis, & nepo-

tibus,ad not.per Bero.d.conſil.109.num.7.vol.2.& per Bart in dicta l. iuſiurandi.§. ſi liberti.numero quarto. ff.de oper. libert. cum alijs ſupra ad hoc citatis,nam ſi ſignificatio Hæredis, cuius appellatione
49 ſimpliciter de propria ſignificatione veniunt hæredes in infinitum,gl. in l. hęredis appellatione, ff. de verb.ſignificat. Paul.de Caſtr.in conſil.45. videtur dicendum in fine. vol. 2. Iaſ.in l. ſi quis filium familias. §. vltimo.num.6.cum ſeq.& præſertim num. 13.ff. de acquir. hæred. Bald.in l.finali.quæſt.21.C.de hęredib.inſtit.Tiraq.multos alios citans de retract.conuent. §. 1.gloſ.6.num.21.& vltra citatos per ipsũ Bero.in conſil. 80.num.19.vol.2.tradit Grat.in conſ. 19.nu.3.vol.2. ſi inquam ſignificatio hæredis propter verbum Pro filijs,& nepotibus adiunctum reſtringitur ad filios,& nepotes hęredes tantùm, ut ſupra eſt dictum: multo magis debet reſtringi nomen liberorum adiunctum nomini,Pro ſe,filijs,& nepotibus ad liberos tantùm, qui ſint filij, & nepotes,vt in ſimili argumentatur Bero. in conſ. 93. num. 19. uol. 1. quod pręſertim verum puto in emphyteuſi conceſſa ab eccleſia ſub hac forma,ex quo etiam ſubiecta materia reſtrictionem vocis liberorum ad nepotes tantùm ſuadet,cum emphyteuſis eccleſię pro ſe,filijs, & nepotibus,& non vltra concedi debeat, §. emphyteuſim. in auth. de non alien.reb. eccleſ. & ſæpę propter ſubiectam materiam nominũ
50 ſignificatio reſtringatur.c. 1. §.ſed diuerſum,de alienat. feud.c. 1. §. profectò.de lege Corrad. ad not.per Ruin. in conſilio 31. num. 3. uolumine 1. & per Paul.de Caſtro,& Alex.num.4.in d. l. ſed ſi hac. §.liberos.ff.de in ius uocando.ubi uolunt,quòd appellatione liberorum ueniant maſculi,& non fœminæ in materia,quæ fœminis non conuenit,puta in feudis.

NONO videtur poſſe declarari, quando emphyteuſis eſſet recepta pro ſe,& omnibus filiis,& nepotibus: quia adiectio nominis uniuerſalis Omnis,facit,ut etiam filiæ,& neptes includantur,ut illud uerbum aliquid operetur,ut in ſimili arguit Ancar. in conſilio 339. nam qui omne dicit nihil excludit, l. a procuratore.C.mandati.capitulo ſi Romanorum. 11.diſt.& optime facit,quod notatur in capitulo ut cir-
51 ca.de elect.in 6.nam aliud eſt dicere lego marmor, aliud omne marmor.Pro qua limitatione faciunt etiam not.per Bero. in conſil. 102. numero octauo.uolumine 1.ubi inquit,quòd licet,quando in conceſſione rei eccleſię indefinite ponitur uerbum Pro hæredibus,ſolum deſcendentes,& non extranei hæredes comprehendantur: tamen ſecus eſt,quando cum ſigno uniuerſali apponitur, dicendo Pro ſe, & omnibus hæredibus: quoniam tunc etiam extranei hæredes comprehenduntur, vt etiam tenuerunt Gozad.in conſilio 27. numero 22.

Alex.in

Alex. in conſil. 195. num. 4. volum. 6. Bald. in c. in præſentia. num. 20. de prob. Curtius iunior in conſil. 1. col. 2. num. 4. Roland. a Valle in conſil. 79. nu. 35. lib. 2. & in conſ. 96. nu. 29. vol. 1. nã ſignum illud vniuerſale Omnibus, declarat mẽtem concedentis fuiſſe, quòd omnes hęredes extranei admittantur: quia qui totum dicit nihil excludit l. Iulianus, in principio. de leg. 3. multum enim operatur ſignum vniuerſale ad ampliandam conceſſionem, ut idem Alex. tradit in conſilio trigeſimo. numero 15. uolumine 5. & Roland. in dicto conſilio 79. num. 35. cum ſeq. ad not. per gloſ. in clement. prima in uerbo Quibuſcunq; de iudic. vbi propter verba generalia comprehenduntur etiam illuſtres, qui aliàs non comprehenderẽtur, ut etiam dicit Gomez. in proemio reg. cãcell. quæſt. 2. & Burſat. in conſil. 77. num. 13. cum ſeq. ubi multa ad propoſitum congerit, quę poſſunt apud ipſum uideri.

DECLARATVR decimo, ubi emphyteuſis fuiſſet recepta pro
53 ſe, filijs, & nepotibus vtriuſq; ſexus: nam tunc filiæ, & neptes comprehenduntur, cum dicta verba Vtriuſq; ſexus æquiparentur illis Pro ſe, maſculis, & fœminis, Riminal. conſil. 437. num. 9. Burſa. conſil. 63. nu. 11. Vincemal. conſil. 1. num. 57. quos refert, & ſequitur Roland. a Valle in conſil. 84. num. 14. vol. 4. & quando emphyteuſis conceſſa eſt pro ſe, filijs, & nepotib. maſculis, & fœminis, res difficultatem nõ habet, quòd filia, & neptes admittantur: quia verba ſunt clara, & res poteſt etiam pro fœminis concedi. §. ſ. emphyteuſim. in auth. de non alienand. rebus eccleſ.

SECVNDO extenditur id, quod dictum eſt, emphyteuſim conceſſam pro ſe, filijs, & nepotibus ad dominum concedentem reuerti, ſi deficiunt filij, uel nepotes maſculi, non ſolum procedere, quando ſuperſunt filiæ, & neptes, ut ſupra dictum eſt, ſed etiam quando ſuperſunt filij, vel nepotes maſculi, naturales tantùm: quia hi in emphyteuſi recepta ab eccleſia pro ſe, filijs, & nepotibus non comprehenduntur, ut cenſuit Bald. in l. generaliter. §. cum autem. num. 2. C. de inſtit.
54 & ſubſtit. & ibidem Iaſ. num. 9. Salic. num. 4. Iaſ. in l. 2. num. 205. C. de iur. emphyt. & tenuerunt DD. de Rota in vna Romana Caſalis coram D. Aldrobrandino, ſub die 13. Ianuarij. 1581. in manuſcriptis: vbi dicunt, quòd illegitimi non ſolum non ueniũt in emphyteuſi, ſed nec etiam in quacunq; eccleſiaſtica diſpoſitione, Ripa, qui dicit hanc cõmunem, in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. num. 62. ff. ad Trebell. & eo loci Alex. num. 17. & Bart. num. 8. Alex. in conſilio ſexageſimo. numero 4. uol. 2. Dec. in c. in præſentia. num. 140. extra de probat. ubi etiam Abbas numero 25. Imola numero decimotertio, & Beto. num 330. q pariter hanc cõmunem teſtatur, quam etiam uti communem ſequitur

Iul. Clarus in §.emphyteuſis.quæſtione 30. & tenet Bartolus in con
ſilio 120. Verutius numero 2. volumine primo. Angel. in ſua diſputa
tione, incipit Nobilis quidam genere, in ſecundo dubio, & in l. fi.
lium eum difinimus. vbi etiam Bald. num. 14. ff. de his, qui ſunt ſui,
uel alieni iur. Alciat. in conſilio 39. numero ſecundo, vbi et ipſe teſta-
tur hoc eſſe communiter receptum, ſequitur Ruin. in conſilio 164.
num. 1. vol. 1. nam veriſimile non eſt, quòd eccleſia de his filijs in-
tellexerit, tum ratione peccati, ſine quo naturales haberi non poſſunt,
capitulo meretrices. & capitulo nemo, 32. quæſtione 4. Bartolus in
l. hæredibus. in fine. ff. ad trebell. quod peccatum eccleſia deteſta-
tur. c. final. extra de pręſcript. c. 1. §. ſed diuerſum. de alienat. feud. tũ
ratione dignitatis, & pręeminentiæ eccleſię, propter quam uериſimile
non eſt, quòd huiuſmodi homines degeneres ad bona ſua voluerit
admitti debere. arg. d. l. ex facto §. ſi quis rogatus. ff. ad trebell. iun-
cta l. final. in fine. C. de naturalibus liberis. ut doctores tradunt in lo-
55 cis ſupracitatis: nam naturales ſunt infames infamia facti, vt tra-
dit Azo in ſumma. C. de naturalib. lib. propter quod dicuntur tur-
pes perſonæ in terminis l. fratris. C. de inoffic. teſtamen. ſecundum
Afflict. in §. naturales. in ſecundo notab. numero vigeſimo tertio
ſi de feud. fuerit contr. inter domin. & Agnat. quem refert Rolandus
in dicto conſilio 79. numero 45. volumine ſecundo. vbi ẽt citat Bald.
in conſil. 70. uol. 1. quibus omnibus accedit, quòd in dubio debemus
dicere naturales non eſſe vocatos: quia verba dubia interpretantur
56 in fauorem eccleſiæ, vt citius finiatur inueſtitorum numerus, & cele-
rius res ad eccleſiã reuertatur, vt tradit Feli. in c. ꝑ tuas. nu. 9. de ꝓbat.
ſupradictã tamẽ ampliationẽ limita trib. modis, ut dixi ſupra lib. 4. de
uarijs ſtipulat. formis in ſecunda quæſt. principali. artic. 3.

AMPLIATVR, vt naturales in emphyteuſi recepta pro ſe, filijs,
& nepotib. non cōphẽdãtur nõ ſolũ, quãdo fuit acqſita ab eccleſia,
ſed ẽt quãdo fuit cõceſſa alicui maſculo ſtipulãti ꝓ ſe, filis, & nepotib:
ab altero priuato: quia & iſto caſu naturales non comprehendũtur, ut
contra communem doct. opinionem tenuit Dec. in c. in præſentia. nu
mero 136. & ibidem Bero. num. 325. uerſ. 4. quando dictum eſſet, An
gel. in l. generaliter §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. & ibidem Sa
lic. nu. 4. quib. ẽt adhęret. Card. Paleottus in Tract. de ſpur. & noth. c.
30. quando naturales non extabant, tempore, quo res fuit conceſ-
ſa: quam Decij opinionem contra communem ego quoq; ueriorem
puto, & primo probatur ex eo, quòd in contractibus uerba ſunt pro-
prie, & ſtricte intelligẽda. dicta l. qcquid aſtringendę. ubi doct. ff. de
verb. oblig. l. 1. §. is, q nauẽ, verſ. in re igitur. ff. de exercit. act. ad nos:

ſuperius

ſuperius hac eadem priuationis cauſa, dum ex communi doct. ſentent.
concluſum fuit, filias in emphyteuſi pro ſe, & filijs recepta non conti-
neri: quia filiæ proprie appellatione filiorum non ueniunt: ſed per ex
tenſionem. Cæterum naturales non ſunt proprie filij. l. filium eum de-
57 finimus. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alieni iur. Ripa in l. ex facto. §. Si
quis rogatus. numero 1. & 58. ff. ad Trebell. & ibidem Alex. numero
15. Dec. in d. c. in præſentia. num. 127. de probat. Cardinalis Paleottus
in d. tract. de ſpurijs, & noth. cap. 30. ſub num. 6. Bero. conſil. 74. num.
17. vol. 1. Angel. in conſil. 366. num. 3. ergo in emphyteuſi conceſſa
pro ſe, filijs, & nepotibus naturales non debent dici vocati:

SECVNDO probatur, quia verba in contractu præſumuntur a
contrahentibus in ea ſignificatione accepta, in qua ius commune illa
accipienda eſſe diſponit; quoniam uerba contrahentium intellectum
recipiunt a iure communi, & ſecundum iuris communis diſpoſitionē
58 intelligi debent. l. quæro. §. inter locatorem, ff. locati, & declarat Bart.
in l. uxorem. §. teſtamento. de leg. 3. Ruin. in conſil. 109. numero 6.
volumine primo. & faciunt not. per Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita.
ff. ad Trebellian. & per Curtium Iuniorem in conſilio 57. ſub num. 8.
& per Galiaul. in l. Gallus. §. quidā recte. numero 21. ff. de lib. & po-
ſth. ſed ius cōmune diſponit, uerba in contractu proprie accipienda
eſſe dicta l. quicquid aſtringendæ. de verborum obligat. ergo natura-
les ad emphyteuſim ſupradictam non intelliguntur vocati: quia con-
trahentes ſtipulando pro filijs, & nepotibus præſumuntur de filijs pro-
priè intellexiſſe, vt accipiuntur verba in contractibus; non autem de
naturalibus, qui proprie filij non ſunt, ut omnes doct. fatentur in d. §.
ſi quis rogatus l. ex facto. ad Trebell.

TERTIO ſuadetur hæc opinio contra communem ex eo, quòd
filiorum appellatione magis filiæ fœminæ, quàm naturales continen-
59 tur: nam iſtæ nedum veniunt in vltimis voluntatibus. l. ſi quis ita. in
principio. ff. de manumiſſ. teſt. l. ſi ita ſcriptum, in principio. de leg.
2. l. qui duos. & l. ſeruis legatis. de legat. 3. Roman. in conſilio 148.
Ruin. in conſilio 100. numero 8. uolumine ſecundo. Tiraq. de retr. li-
60 gnag. §. primo. in gloſ. 9. numero. 222. ſed ueniunt in priuilegijs,
Domnic. de Sancto Gem. in c. generali. col. 4. verſic. tertio caſu. de ele
ct. in 6. Dec. in l. fœminę. num. 118. de reg. iur. ubi teſtatur, hanc com-
munem opinionē: in ijs. n. maſculinum fœmininum concipit, Bald. in
c. ad audientiā. il primo. nu. 12. extr. de reſcrip. Collect. in c. Raynald.
col. 1. tit. eod. Henric. Boic. Barbat. Corn. & alij, qui citantur a Tiraq.
de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. num. 207. Ruin. conſil. 145. col. 3. uol. 3.
Marſil. in ſingulari. 336. licet. Dec. in hoc, in capitulo ſanc. nu. 6. de pri

uileg. ſit ſibi contrarius:& tamen in priuilegiis filiorum appellatione
61 naturales non continentur, Angel.in d.l. generaliter. §. cum autem. num. 7. C.de inſtitut.& ſubſtit.& in conſ. 30. ſuper primo.Dec.in d.c. in pręſentia.num.132.de probat.Bald.in c.quæ in eccleſiarum. num. 43.in fine.extra.de conſtit.Tiraq.de nobilitate. c. 15. num. 11. Rurſus in diſpoſitione l.ſi vnquam.C.de reuocandis donat.liberorum ap
62 pellatione naturales non continentur: quia propter eorum ſuperuenientiam donatio iuxta terminos d. l. non reuocatur, quicquid dixerit ibidem Ripa quæſt. 18. ut conſuluit expreſſe Oldrad. in conſil. 278. licet quantum ad clauſtrale, ſub num. 8. Bald. in c. innotuit, verſ.quæritur,nu.9.extra.de elect.& electi poteſt.Caſtr.in conſ. 435. ſuper hoc puncto, poſt principium. vol 2. Apoſtill.ad conſ. Alex.40. ſub num. 15. in uerbo aliter. vol. 4. Paleott. in d. tract. de ſpur. & noth. cap. 34. Tiraq. in d.l. ſi vnquam. in verbo ſuſceperit liberos. num.45. cum pluribus ſeq. & pręſertim num. 51. nam ſi donatio non reuocatur legitimatione filii naturalis, quando legitimatio facta eſt
63 per reſcriptum Bald. in l. ij. prope finem.C. ſi quid in fraudem patr. & in l. 1.num.17.C.de inoffic.donat.Soc.iun.in conſ.52.col.1.& ſeq. vol. primo.quæ ſentẽtia frequentiori calculo recepta eſt,teſte Socin. in rubr. de liber. & poſth. ſub num. 22. & teſte Ant. Gabriel. titulo de donat. concluſ. 2. in octaua limitatione, & Paleott. d. tract. de ſpur. & noth. cap. 34. numero. 2. multo minus reuocatur per ſuperuenientiam filij naturalis: filiæ tamen fœminæ ſuperuenientes ex le-
64 gitimo matrimonio, niſi ex alio capite patri donatori ſuccedere prohibeantur, non minus, quàm filii maſculi, & iuſti, donationem factam ex diſpoſitione dictæ l. ſi vnquam reuocant, ut patet ex traditis ibidem per Tiraq. in uerbo ſuſceperit liberos, numero 84. cum ſeq. & per Corne. in conſ. 4. vol. 3. ubi pręſupponit pro conſtanti, donationem propter ſuperuenientiam filiæ reuocari, licet in illo caſu propter alias rationes concludat, donationem reuocatam non eſſe: ſed in emphyteuſi recepta pro ſe, filijs, & nepotibus filiæ, & neptes non veniunt, vt diximus ſupra num. 7. ergo multo minus comprehenduntur naturales, qui minus, quàm fœminæ filiorum appellatione continentur,auth.multo magis.C. de ſacr. ſanct.eccl. Nec obſtant ſupracitatę leges in vltimis voluntatibus, a quibus doct. arguunt ad quęſtionem noſtram, tum quia in vltimis voluntatibus ueniunt naturales propter mentem teſtatoris, qui faciens mentionem de filiis cenſetur uoluiſſe conſeruare ius legitimarum ſucceſsionum illius,cui relinquit,aut fideicommittit.ſub conditione,Si ſine liberis,vt dicitur in l.Lucius, ad finem.ff. de hęred.inſtit. Ideo intelligitur de filiis, qui

poſſunt

poſſunt ex teſtamento, vel ab inteſtato ſuccedere ſecundum gloſ. in l. filiusfamilias. ſ. cum quis, de leg. 1. & Ripa in d. l. ex facto. ſ. ſi quis rogatus. num. 1. ff. ad trebell. & propterea uidemus, quòd omnes doct. reſtringunt ſupra citatas leges in ultimis uoluntatibus ad naturales, qui ab inteſtato, uel ex teſtamento ſuccedere poſſunt, ut ibidẽ per Alex. in prin. & per Rip. num. 6. quæ ratio ceſſat in contractu em-
65 phyteuſis receptæ pro ſe, filiis, & nepotibus: quia ad illam intelliguntur uocati filii, ut ſunt filii, & non ut ſunt filii ſucceſsibiles, ad tradita per Iaſ. in l. 2. num. 188. C. de iur. emphyt. per Speculat. in ſ. nunc aliqua, uerſ. 156. tit. de locato. per Corn. in conſ. 100. num. 4. & 5. vol. 4. & Bero. in conſ. 93. num. 54. vol. 1. & in conſ. 153. num. 6. uol. 3. Bolog. in conſ. 48. num. 2. Capr. in conſ. 5. num. 2. & Bart. in l. iuſiurandi. ſ. ſi liberi. num. 4. ff. de oper. libert. & in l. 3. ſ. eum qui, in fine. ff. de interd. & relegat. Alex. in conſ. 8. num. 8. uol. 1. ubi dicit, hanc eſſe communem opinionem, & Ruin. in conſ. 48. nu. 4. vol. 1. aliàs enim in ſupradicta emphyteuſi filię, & neptes comprehenderentur: nam, quando conſiderantur filii, vt ſunt ſucceſsibiles, & non ut proprie filii, ipſę fœminæ filiorum appellatione magis comprehenduntur, quàm naturales. l. maximum uitium. C. de lib. præt. iuncta l. humanitatis, & auth. licet. C. de naturalib. lib. uerum fœminæ ex communi doct. opinione ad ſupradictam emphyteuſim non intelliguntur uocatę, licet in ultimis uoluntatibus filiorum appellatione ueniant, d. l. ſi ita ſcriptum, in princ. de leg. 2. l. ſi quis ita, in princ. ff. de teſtam. tut. l. 1. C. de condit. inſert. ergo nec naturales: quia non ualet argumentum iſto caſu ab ultimis uoluntatibus ad contractus propter rationem diuerſitatis, ut per Nicol. Euerard. in ſua topica legali, in loco a contractibus ad vltimas voluntates, & e contra.

QVARTO ſuadetur hæc opinio, quia, ſi naturales in ſupradicta emphyteuſi comprehenderentur; ſimul, & ſemel cum filijs legitimis & naturalibus admitterentur, vt filiæ, & neptes fœminæ admittuntur
66 ad eam ex iuris communis diſpoſitione, quando ad emphyteuſim ſunt vocatæ. Salic. in l. 2. num. 26. & ibidem Iaſ. num. 187. C. de iur. emphyt. Bar. in l. iuſiurãdi. ſ. ſi liberti. ff. de ope. lib. Ber. in cõſ. 93. nu. 18. & in conſil. 95. num. 8. uol. 1. Alex. in conſil. 9. ponderatis his, nu. 1. vol. 5. Caſtr. in conſil. 300. viſo quodam proceſſu. col. 2. verſic. id circo pro fundamento dicendorum. vol. 2. Baldus. in l. liberti, libertęq; num.
67 23. C. de oper. libert. & æqualiter cum filijs legitimis, & naturalibus poſt mortem patris ad emphyteuſim venirent, cum hęc emphyteuſis ſit ex pacto, in qua filij pro virilibus partibus, & non pro hęreditarijs portionibus ſuccedunt, Bart. in l. ſi tibi. ſ. ſi pactus. num. 9. ff. de pact.

Alex.

Alex.in conſ.8. num.2.vol. 3. Bald.in d.l.liberti,libertæq;col.6.num.
25. C. de oper.libert.& ibidem Salic.Corn. in conſ.13.ſub num.2. &
ſub num.4.col.4.uerſ.idem in propriis terminis.uol. 3.Robert.Maran
ta in repet.l.is poteſt.num.22.ff.de acq. hęredit.Specul.in §.nunc ali-
qua.uerſ.78.tit.de locato.Iaſ.in l. quòd dicitur.num. 29. ff. de uerb.
obligat. Nec refert,quòd nonnulli, ut Alex.in conſ. 129.num.2.vol.
5.in emphyteuſi a priuato recepta contrarium ſenſerit, quaſi hæc ui-
deatur recepta pro ſe, filiis , & hæredibus : quia ubi emphyteuſis eſt
conceſſa ſimpliciter pro ſe, filiis , & nepotibus, nulla hæredum men-
tione facta, indiſtincte tenendum eſt ad filios, etiam ſi non ſint hęre-
des patris , emphyteuſim tranſire , ut indiſtincte loquitur Bart. in d.
l. iusiurandi. §. ſi liberti.num.4.ff. de oper.libert. cuius opinio com-
muniter recepta eſt,vt teſtatur Alex.in d. conſ.8.num.1.uol.3. Ruin.
in conſ.48.num.4.uol.1.Curt. iun.in conſ.78.num. 3. & ſeq. Didac.
Couar.lib.2.uariarum reſolut.cap.18.poſt nu.2. nec eſt facienda dif-
ſerentia, an ſit conceſſa a priuato, uel ab eccleſia, ut tradit remiſſiue
Iul. Clar.in §.emphyteuſis. quæſt. 37. in primo verſ. nam eędem ra-
tiones militant in uno caſu, quæ in alio, cum emphyteuſis poſsit con
cedi a priuato pro filiis,vti filiis,abſq; eo,quòd ſint hæredes: nam em
68 phyteuſis non habet propriam naturam, niſi vt partes cõueniunt.l. 1.
& 2.C.de iur.emphyt. §.adeo.inſtit.locat.Natta in conſ.49.num.18.
vol.1.Ideo cum non requiratur ex neceſsitate, & natura emphyteuſis
priuati, ut is, qui vult ad eam admitti, ſit hæres illius , a quo fuit ſti-
pulatus pro ſe, filiis, & nepotibus, ſequitur, vt pater eam ſtipulando
69 pro ſe,filiis , & nepotibus , dicatur eam ſtipulatum eſſe pro filiis , vti
filiis, & nõ pro filiis vti hæredib.q̃a ſtipulatur rẽ,quæ pòt trãſire ad fi
lios,nõ tãquã hæredes,quo caſu oẽs fatẽtur,quòd pater ſtipulando ꝓ
ſe, & filiis dicitur ſtipulari uti filiis , & non uti hęredibus. Nec valet
ratio Alex.in d.conſ.129.num.2.vol.5.quòd pater in dubio uideatur
recipere emphyteuſim a priuato pro filiis , ut hæredibus , cum illa ſit
tranſitoria ad quoſcunq; hæredes;quia ſequeretur inconueniẽs,quòd
filii ſub hac ſtipulationis forma,ad emphyteuſim priuati , quę magis
libere , & plene alienari poteſt, quàm eccleſiaſtica , cum illa regulari
ter tranſeat ad quoſcunq; hęredes,& iſta nõ,ad not.per Alex.in d.cõſ.
129.num.1. difficilius admitterentur , quàm ad emphyteuſim eccle-
ſiaſticam: nam ad emphyteuſim eccleſiaſticam ſimpliciter filii uoca-
buntur,& ad priuatam, ſi eſt recepta pro filiis, & hæredibus , vt vult
Alex. ſimpliciter filii , & ſimpliciter hęredes non poterunt admitti ,
cum oporteat , vt in eis concurrat vtraq; qualitas copulatiue v3.
quòd ſint filii,& hęredes ſecundum Bar.in d. l. iusiurandi. §.ſi libert.

ff.de

ff. de oper. libert. qui communiter recipitur teſte Alex. in conſ. 128.
num. 6. uerſ. & illa uerba, & in conſ. 44. num. 1. uol. 1. & Iaſ. in l. ſi non
ſortem. ſ. libertus. num. 35. ff. de cōdit. indebiti. ſed falſum eſt, quòd
70 ſupradicta emphyteuſis ad filios naturales, ſtantibus legitimis, & na-
turalibus filijs; pertinere poſsit, ut in terminis tradit Bero. ex mente
Bar. in d. c. in præſentia. num. 322. extra de probat. Cardinal. Paleot.
d. c. 30. in fine. in tract. de ſpur. & noth. aliàs enim tantum haberet
luxuria, quantum caſtitas contra l. humanitatis. & auth. licet. C. de na
tur. lib. ergo eſt falſa cōmunis opinio doct. quòd naturales in emphy-
teuſi ſupradicta comprehendantur.

QVINTO, ſi uerū eſſet Alex. pronunciatum in d. conſ. 129. nu. 2.
uol. 5. quòd emphyteuſis a priuato pro ſe, & filiis recepta, intelliga-
tur recepta pro filiis, uti hæredibus, & non uti filiis, ut etiam uidetur
tenere Bero. in d. c. in præſentia. num. 319. eſſet etiam uera opinio
eiuſdem Bero. ibidem num. 322. & Cardinal. Paleotti in d. cap. 30. in
fine, ut naturales in huiuſmodi emphyteuſi nou comprehendantur ſi-
71 mul eum iuſtis filiis, ſed ordine ſucceſsiuo, uel poſt iuſtos filios, uel
illis non extantibus: nam legitimi, & naturales prius ſemper uocati
intelliguntur, quorum ab inteſtato potior eſt cauſa, ut dicunt ipſi,
ex not. per Bar. in d. l. iuſiurandi. ſ. ſi liberti. ff. de oper. libert. & per
Soc. in l. Gallus. ſ. quidam recte, num. 4. ff. de lib. & poſth. Sed neq;
hoc eſſe poteſt, quia attenta hac ratione in hac emphyteuſi ante filios
naturales deberent admitti filiæ fœminę, tum quia ipſarum ab inteſta
to reſpectu filiorum naturalium tantùm potior eſt cauſa, l. maximum
uitium. C. de liber. præt. iuncta l. humanitatis, & auth. licet. C. de lib.
72 præt. tum quia plus non debet habere luxuria, quàm caſtitas, ad not.
per gl. in c. ſtatutum Fœlicis, in verbo volumus. de hęret. in 6. & in l.
Seruius. ff. quod vi, aut clam. Verum filię in ſupradicta emphyteuſi nō
comprehenduntur, ut ſupra docuimus hac eadem cauſa priuationis.
num. 7. ergo nec naturales comprehenſi dicuntur: quia neq; cum fi-
liis iuſtis ſimul, & ſemel illis extantibus uiriliter poſſunt eſſe voca-
ti, vt diximus, neq; etiam illis non extantibus, ne ipſi naturales nati
ex luxuria ſint melioris conditionis, quàm filiæ fœminę natę ex legi
timo matrimonio, & ne ſequatur etiam abſurdum, vt eadem ſtipula-
tio reſpiciens plura determinabilia, & plures perſonas uocans ſub ea
dem verborum forma, illas inæqualiter determinet, & uocet contra
l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. & l. quamuis. C. de impub. & aliis
ſubſtit. nam filii legitimi, & naturales ex eadem ſtipulatione, & verbo
rum forma eſsēt vocati pure, & ſimpliciter ad ſupradictam emphyteu
ſim, & naturales ſub conditione, ſi filii iuſti non extabunt.

QVIN-

QVINTO probatur hæc ſententia contra communem, quia illud nomen Pro filijs, & nepotibus in ſtipulatione poſitum accipi debet, aut vt eſt nomen naturę, aut ut eſt nomen iuris, & ſecundum propriam ſignificationem: non poteſt autem accipi in quantum eſt nomē naturæ, tum quia hoc modo accipiendo, comprehenderentur etiam
73 filiæ fœminæ, & naturales filii ex damnato coitu nati, & alii naturales non ſucceſsibiles contra communes doctorum concluſiones, in d. l. ex facto. ſ. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell. & ibidem Alex. in princ. & per Abbat. in d. c. in præſentia. num. 23. & Bero. ibidem num. 304. de probat. nam hi omnes a natura procreati ſunt, & inſpecta naturali cauſa naturales dicuntur, vt declarat Rip. in d. ſ. ſi quis rogatus. num. 5. & num. 61. tum quia ſumus in materia, quæ ſtricte interpretatur. Ideo illud nomen Filiorum non debet accipi in generali, ſed in propria ſignificatione, ad not. per Abbat. num. 3. in c. Rodulphus, de reſcript. per Ruin. in conſ. 88. nu. 13. vol. 3. & per Bart. in l. talis ſcriptura, in princ. num. 2. de leg. 2. ſed ſecundum propriam ſignificationem filii naturales filiorum appellatione non continentur, vt dixi ſupra in primo fundamento noſtræ opinionis per l. filium eum definimus. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. ergo naturales nullo modo intelliguntur in hac ſtipulatione vocati.

SEXTO confirmatur ex eo, quòd in contractibus in dubio id, quod minimum eſt, conceſſum intelligitur. l. ſemper in ſtipulationi-
74 bus. de reg. iur. c. in obſcuris. tit. eodem. in 6. Alex. in d. ſ. ſi quis rogatus. num. 20. ad not. per Hier. Cagnol. in l. ſemper in obſcuris. nu. 12. de reg. iur. ergo in dicta ſtipulatione, quæ eſt ſaltem dubia, non debent naturales comprehendi: quia interpretatio facienda eſt contra ſtipulatorem, in cuius fauorem fuerunt verba prolata d. l. veteribus. ff. de pact. l. Labeo. ff. de contrah. empt. Alex. num. 20. & Ripa nu. 58. in d. ſ. ſi quis rogatus. l. ex facto. ff. ad Trebell. Et idem ſtatuendū eſſe cenſeo, vbi emphyteuſis recipitur a fœmina pro ſe, filiis, & nepotibus
75 a priuato contra Abb. in d. c. in pręſentia. num. 24. de probat. & Bero. ibidem num. 427. Cardinal. Paleot. in d. tract. de ſpur. & noth. cap. 3. num. 7 & Specul. in d. ſ. nunc aliqua. quęſt. 67. num. 87. qui communiter concludunt in iſto, vbi emphyteuſis recipitur a fœmina, ut ſupra, naturales indiſtincte admitti: nam, cum ſit emphyteuſis ſimpliciter conceſſa pro ſe, filiis, & nepotibus, nulla hęredum mentione facta, indiſtincte tenendum eſt, hāc emphyteuſim ad filios, etiam ſi non ſint hæredes matris, tranſire, ut indiſtincte tenet Bart. in d. l. iuſiurandi. ſ. ſi liberti. num. 4. ff. de oper. libert. communiter receptus teſte Alex. in d. conſ. 8. num. 1. vol. 3. Ruin. in conſil. 48. num. 4. vol. 1. & Didac.

Couar.

Couar.variarum reſolut.cap.18.poſt num.2. vt teſtantur etiam multi alii,quos ſupra ad hoc propoſitum citauimus. Quod procedit etiam, ſi emphyteuſis fuerit a priuato recepta: quia non videtur poſſe fieri differentia in hoc inter priuatam, & eccleſiaſticam emphyteuſim, vt inquit Iul.Clar.in §.emphyteuſis.quæſt.37.verſ.primo,quod eſt etiã de mente Bald.in d.l.liberti, libertęq; num.26. C.de oper.libert.qui generaliter dicit,non requiri filium eſſe hæredem patris, vbi pater ſtipulatur emphyteuſim pro ſe, filiis,& nepotibus.& cum eędem rationes militent tàm quando recipitur emphyteuſis ſub dicta forma a fœmina, quàm cum recipitur a maſculo, idem ius in vtroq; caſu ſtatuendum eſt l.illud.ff.ad l.Aquil.nam cum vtraq; emphyteuſis non habeat propriam naturã, niſi vt partes conueniunt.l.1.& 2.C.de iur.emphyt. Natta d.conſ.49.num 18.vol.1.& ex neceſsitate,& natura emphyteuſis priuati nõ requiratur,vt is,qui vult ad eam admitti,ſit hęres illius, a quo fuit ſtipulatus: ſed hoc totum pendeat a pacto: ſequitur, vt mater eã ſtipulãdo pro ſe,& filijs,dicatur eam ſtipulatam fuiſſe pro filijs, vti filiis,& nõ pro filijs,uti hæredibus: quia ſtipulatur rem,quæ poteſt ad filios tranſire non tanq̃ hæredes: quo caſu omnes doct. fatentur, quòd pater ſtipulando pro ſe,& filijs dicitur ſtipulari illis,vti filijs,nõ vti hęredibus: & cum verba id importent, vt ſint filij, vel nepotes, ab eis recedendum non eſt.l.non aliter.de leg.3.l.1.§.is,qui nauem. ff.de exercit.act.aliàs enim ſequeretur, quòd in emphyteuſi recepta a priuato pro ſe, filijs, & nepotibus fœminæ comprehenderentur contra doctr.Archid. in d.c. ſi quis ſuadente diabolo.17.quæſt.4. & contra communem opinionem, de qua diximus ſupra hac eadem cauſa priuationis. num.7. Quãdo enim ẽphyteuſis recipitur pro filiis,& nepotibus hęredibus, tunc fœminæ ſunt comprehenſæ: quia eſt adiecta verbo filiis,& nepotibus alia qualitas,quę eſt apta comprehendere fœminas ex proprietate ſermonis, vt diximus ſupra hac eadem priuationis cauſa num.34.verſ.5.limitatur, & cum emphyteuſis dicatur recepta ſecundum veriorem, & communem opinionem pro filiis, vti filiis,& non vti hęredibus,ſequitur,vt naturales in emphyteuſi etiam a fœmina pro ſe, filiis, & nepotibus a priuato recepta non includantur: quia nihil intereſt, quòd naturales matri ſuccedant, ſicut legitimi, & naturales, cum attendendum non ſit, an ſint hæredes, ut ad dictam emphyteuſim admittantur: ſed an ſint filii, & proprie filii, quorum appellatione ipſi naturales, proprie loquendo, non veniunt d.l. filium eum definimus.ff.de his qui ſunt ſui, uel alieni iur.cum aliis ſupra citatis.Retenta communi opinione, quòd naturales comprehendantur, quando emphyteuſis conceditur a priuato fœminę pro ſe,filiis, &

liis, & nepotibus, eam amplia vno modo, & declara duobus modis, vt dixi ſupra lib.4.de variis ſtipulat.formis. in ſecunda quæſt. principali.in 2.articulo.

ET Retenta altera communi opinione, quòd in emphyteuſi a priuato conceſſa maſculo recipienti pro ſe, filiis, & nepotibus naturales dicãtur vocati, limita eam ſex modis, vt dixi ſupra d.lib.4.in 2. quęſt. principali. in 1.articulo.

76 EXTENDITVR Tertio id, quod dictum eſt emphyteuſim conceſſam pro ſe, filijs, & nepotibus ad eccleſiam, vel dominum concedentem reuerti, deficientibus filiis, & nepotibus maſculis, legitimis, & naturalibus, eſto quòd ſuperſint filii, vel nepotes naturales ſtipulatoris, vt procedat etiam, ſi dicti naturales fuerint legitimati per reſcriptum: quia naturales hoc modo legitimati ad ſupradictam emphyteuſim non admittuntur: quia legitimatus non dicitur proprie filius, nec agnatus. l.qua in ꝓuincia. ſ. diuus. in fine. ff. de rit. nupt. ibi, Perinde ac ſi legitime concepti fuiſſent. gl. in c. innotuit. in verbo coniugata. in fine. extra de elect. quæ dicit, quòd legitimatus tanquam legitimus eſt habendus, ergo non proprie: nam legitimato non competit diffinitio filiationis, cum filius dicatur, qui ex uiro, & vxore eius naſcitur d.l. filium eum definimus. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. Ideo legitimati diſtinguuntur a naturalibus, & legitimis ſecundum gloſ. inſtit. de adopt. in princ. in verbo naturales. diuerſitas enim nominis arguit diuerſitatem in effectu. l. ſi idem. C. de codicillis, & ſicut naturales non admittuntur, præſertim in emphyteuſi eccleſiaſtica, quia cum tales non poſsint haberi ſine peccato; de illis non cenſetur eccleſia cogitaſſe, Bart. & alij, in l. ex facto. ſ. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell. ita etiam hoc modo legitimati non debent admitti: quia in illis militat eadem ratio, vt in terminis tenent Bald. & Salic. num. 1. C. de his, qui ven. ætat. impetr. Dec. in conſ. 275. in cauſa, quę Lucæ agitatur. num. 5. & in conſ. 284. num. 13. & ſeq. Ruin. in conſ. 158. num. 5. vol. 1. Alciat. conſ. 7. num. 3. & ſeq. Alex. in conſ. 128. num. 7. vol. 1. Bald. in l. generaliter. ſ. cum autem, & ibidem Ias. num. 9. Dec. num. 23. C. de inſtit. & ſubſt. Ruin. in conſ. 105. vol. 3. Bero. in conſil. 113. num. 14. & ſeq. vol. 2. Signorel. conſ. 218. num. 22. quem refert, & ſequitur Hier. Gabriel. conſ. 30. num. 14. Iul. Clar. in. ſ. emphyteuſis. quæſt. 31. & alij, quos citaui ſupra lib. 4. de varijs ſtipulationum formis. in 4. quæſt. principali, vbi de hac re late dixi, ampliando, & limitando multis modis hanc concluſionem. Ideo ad dictum locum te remitto, ne eadem repetantur.

77 AN autem in ſupradicta emphyteuſi recepta pro ſe, filiis, & nepotibus

potibus comprehendantur filij, & nepotes legitimati per ſubſequens
matrimonium, vide ſupra d. lib.4. de variis ſtipulationum formis. in
3. quęſt. principali, & amplia, & limita, vt ibidem dixi.

78 EXTENDITVR Quarto, vt emphyteuſis conceſſa ad certam
lineam, finiatur deficiente linea, etiam quòd emphyteuta alteri illam
locauerit ad longum tempus, vel in emphyteuſim conceſſerit, non
obſtante. n. quòd adhuc duret tempus locationis factæ ab emphyteu
ta, res ad eccleſiam ob lineam finitam primi emphyteutæ reuertitur,
vt probatur in capitulo primo. §. rurſus Quib. mod. feud. amittatur,
nam licet ipſe alteri conceſſerit in emphyteuſim, vel ad longum tem
pus, & ſic transtulerit ius ſuum in alium, non eſt, quin ipſe remaneat
emphyteuta primi domini, & propterea ipſo non obſeruanre pacta,
79 vel non ſoluente id, ad quod tenetur, a iure ſuo cadit: quo reſoluto,
reſoluitur & ius ſecundi emphyteutæ. l. lex vectigali. ff. de pignor. l. 1.
C. ſi pign. pign. datum ſit, ita in terminis noſtris Ioan. Mar. Riminal.
in d. conſ. 124. num. 18. vſq; ad 22. vol. 1. & vltra citatos per ipſum
tradit Socin. in conſ. 256. col. 1. & col. fin. vol. 2. & faciunt tradita in-
fra hoc eodem tract. de cauſa priuat. ob non ſolutum canonem, amplia
tione vigeſima: nam cum iſte conductor ſecundus nunquam fuerit in
80 ueſtitus, nec recognitus ab eccleſia, non eius generatio, & linea, aut
eius ſolutio attendenda eſt, ut ſit in emptore, cui res eſt uendita per
emphyteutam cum debitis ſolẽnitatibus, ut in l. 2. C. de iur. emphyt.
ſed linea, & generatio primi emphyteutæ, ut declarat Petr. de Ancar.
in conſ. 63. motiua iudicis, Soc. in d. conſ. 256. & Ioann. Mar. Rimi-
nald. in d. conſ. 124. ubi num. 22. uult hęc procedere, etiam ſi eccleſia
in illis conceſsionibus interpellata fuiſſet, dum tamen iſte ſecundus
non fuiſſet inueſtitus, aut aliter recognitus; quoniam emphyteuta
non facit alium emphyteutam, cum ſit alienatio ſine requiſitione pri
mi domini, adducit Specul. in tit. de locato. §. nunc aliqua. uerſ. 125.
ubi ego nihil inueni ad hoc propoſitum: puto tamen uerum dictum
Riminaldi in caſu, quòd eccleſiam interpellaſſet, & nondum obten-
ta licentia a Pręlato, aut a lege, poſt lapſum temporis duorum men-
81 ſium alienaſſet, ſed non procederet, ſi ex licentia domini uendidiſſet:
quia, licet emphyteuta primus decedat, anteq̃ ſecundus inueſtitu
ram accipiat a domino, & fuerit ab eo recognitus, & ante traditio-
nem rei, & ſic ante translatũ utile dominium in ipſum ſecundum em
phyteutam, l. traditionibus. C. de pactis, nihilominus ex reſolutione
illius utilis dominij primi emphyteutæ per eius mortem, non omni-
no reſoluitur ius ſecundi conductoris, cum ipſe habeat condictionem
ex lege fin. C. de iur. emphyt. contra dominum, ut ipſum renouet, &

ei in-

ei inueſtituram faciat, vt eſt ſolita fieri uſq; ad talem generationem, nec attenditur, quòd morte alienantis ad dominum reuerti emphyteuſis deberet, Corn. in conſ. 250. uol. 3. Rota Bonon. deciſ. 87. ut dicam etiam infra de cauſa priuationis ob alienationem factam irrequiſito domino, poſt limitationem ultimam in prima quæſt. & ita in terminis noſtris declarat Paul. de Caſtro in conſ. 329. circa primum notandum, ſub num. 2. uol. 2. nam, cum alienatio ſit facta de conſenſu domini directi, firma debet remanere, nec debet extingui morte alienantis. ſ. & ſi clientulus; de alien. feud. ſed ipſius acquirentis: quia in eius perſona eſt emphyteuſis noua. l. ſtipulatio iſta. ſ. ſi quis ita. de verb. obligat. cohærens perſonæ ſuæ, quæ tamen originem habuit a veteri, quæ erat in perſona alienantis, quæ fuit cauſa iſtius generationis nouę, & ſicut extincto patre, vel matre, non extinguitur filius: ita nec etiam iſta noua, extincta veteri productiua eius: vti videmus in ſimili in caſu l. item illa. ff. de conſtit. pecun. in ſ. quod adijcitur, & in l. ſi vſusfruct. in fine. ff. de nouat. vt idem Caſtr. docet, qui loquitur etiã in venditione facta ex licentia domini ſub conditione, quæ conditio
82 in vita venditoris non fuit purificata, vt licet apud ipſum videre, & idem eſſet, ſi alienatio facta eſſet ſub promiſsione domini de conſentiendo alienationi, vt tradit Alciat. in conſ. 16. num. 6. & ſeq.

83 QVINTO extenditur, vt emphyteuſis recepta a duobus, vel pluribus pro ſe, filijs, & nepotibus, vel tali generatione, vno mortuo, & eius generatione finita, redeat eius pars ad eccleſiam ſeu dominum: quia unicuiq; ex ſtipulatoribus intelligitur pro virili parte emphyteuſis conceſſa, Soc. in conſ. 50. in princ. vol. 1. Ruin. conſ. 47. num. 4. vol. 1. per l. reos. ſ. cum in tabulis. ff. de duob. reis, vbi etiam Roncagall. hoc tradit, num. 40. & in l. eandem. num. 128. in principio. ff. eod. tit. Alciat. in conſ. 30. ſubtiliter, & copioſe. in principio, Bald. in conſ. 116. Columbinus dedit. num. 1. vol. 1. Specul. in. ſ. nunc aliqua, quæſt. 148. num. 175. tit. de locato. Corn. in conſ. 285. num. 6. vol. 3. & in conſ. 185. num. 2. vol. 2. Imola in c. potuit. num. 55. de locato. Dec. in conſ. 58. num. 1. vbi loquitur in emphyteuſi recepta a marito pro ſe, & vxore ſua, & rurſus idem Dec. in conſ. 329. pro defenſione. num. 1. Bart. in l. fraudati. in fine. ff. de plubic. & quòd in emphyteuſi huiuſmodi non ſit locus iuri accreſcendi, quod regulariter in cõtractibus locum non habet, tenet etiam Bart. in l. ſi mihi, & Titio. nu. 4. ff. de uerb. obligat. communiter receptus, teſte ibidem Alex. num. 11. Iaſ. num. 10. in fine, & Dec. in d. conſ. 236. paulo poſt principium, & Alciat. in conſ. 16. ſupraſcripti domini. num. 3. teſte etiam Iul. Clar. lib. 4. ſent. receptarum, ſ. emphyteuſis. quæſt. 33. Ideo, cum emphyteuſis,

teuſis, quę pluribus perſonis ſimul conceditur, alteri non accreſcat,
ſequitur, vt dictum eſt, quòd uno mortuo, & eius generatione finita,
eius portio ad eccleſiam, ſeu dominum ob eius lineam finitam redeat,
vt in terminis tradit Corn. in d. conſ. 285. nu. 6. cum ſeq. vol. 3. Hier.
Gabriel. in conſ. 87. num. 1. Petr. de Ancar. in conſ. 245. duo prima du
bia. num. 1. ubi inquit, quòd in hoc omnes concordant, ut etiam poſt
ipſum tradit Dec. in conſ. 263. num. 1. & 2. ubi etiam citat Bald. qui i-
dem dicit in l. 1. C. quando non petent. part. in uerſ. ſed reſtat tertius
caſus, & in l. 1. § in primo. uerſ. extra gl. C. de caduc. tollend. Alex.
in conſ. 13. lib. 5. & in conſ. 203. uol. 2. Roncagall. in d. l. eandem. in
principio. num. 131. ff. de duob. reis. & nouiſsime Iul. Clar. in d. § em
phyteuſis, quæſt. 33. uerſ. ſcias tamen, Cephal. conſ. 345. nu. 4. & ſeq.
84 uol. 3. Sciendum tamen eſt, quòd, ſi res conceditur Titio, & filijs fra-
tris ſui, Titio acquiritur dimidia, & filij fratris acquirunt ſimul aliam
dimidiam, non autem partes uiriles, ut ſcripſit Specul. in d. § nunc ali
qua. quæſt. 152. num. 180.

85 EXTENDITVR Sexto ſupradicta antecedens ampliatio, etiã
ſi emphyteuſis fuerit conceſſa duobus, pro ſe, & cuiuſq; eorum
filijs, & nepotibus vſque in eorum cuiuſq; tertiam generationem: nã
propter illud verbum *Cuiuſq;* non inducitur ius accreſcendi, cum ver
bum Quiſq; non ſit diſtributiuum, ſed collectiuum, quod non tribuit
cuiq; actum inſolidum, ut notat Bart. in l. hoc articulo. num. 5. ff. de
hęred. inſtit. & in l. ſi neceſſaria. § ſi annua, de pignor. act. & notat etiã
Imol. cõtra Angelum in l. pluribus. § i. & l. ſi Stichum. § ſtipulario. de
verb. obligat. vt eum refert, & ſequitur Gabriel. in d. conſ. 87. num. 2.
vbi reprehendit Ancar. in conſ. 245. col. 2. qui cenſuit nerbum Quiſq;
eſſe diſtributiuum, & attribuere actum inſolidum, vt uoluerunt etiam
Paris. in conſ. 13. num. 9. uol. 1. & Alciat. in conſ. 30. ſub num. 1. qui pa
riter iu hac re allucinati uidentur. Ideo cum per iſtud uerbum *Cuiuſq;*
eorum filijs, & eorum cuiuſq; tertiam generationem non inducatur
ius accreſcendi, ſeu ius non decreſcendi, ſequitur, ut uno ex ſtipulato
ribus mortuo, & eius generatione finita, eius pars redeat ad eccleſiã
dominam, ut in terminis ſcriptum reliquit Hier. Gabr. in d. conſ. 87.
per totum poſt Alex. in conſ. 17. col. fin. uol. 5. num. 17.

68 DECLARATVR primo ſupradicta ampliatio, ut non uendi-
cet ſibi locũ, ubi cõceſsio eſſet facta duob. aut plurib. inſolidũ, Cotta
in ſuis memorialibus, in uerbo ẽphyteuſis, uerſ. ẽphyteuſis cõceſſa Pe
tro, & Marcello, Ioã. Crot. in repet. l. 4. § Cato. nu. 57. de uerb. oblig.
Cephal. conſ. 345. nu. 33. uol. 3. uel plurib. ſtipulantibus pro ſe ipſis,
& quolibet ipſorum, & cuiuslibet ipſorum filijs, & nepotibus; quia

87 dictio, Quilibet eſt diſtributiua,& attribuit cuiq; actum inſolidum, Bart.in d.l.hoc articulo.ff.de hęred.inſtit.Ideo iſto caſu inducitur ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi,vt in terminis conſultus reſpondit Bart.Soc.in conſ.50.uol.1.quod approbat Hier.Gabriel. in d. conſ. 87.& ante ipſos ſcriptum reliquit Alex. in conſ. 30.quoniam omne datum.num.9.uol.3.& in l.ſi mihi,& Titio.num.18.de uerb.obligat. ubi etiam Aret.Curt.ſen.in conſ.48.memoriæ recolendę, col.10.nu. 20.uerſ.tertio confirmatur,& magis late in conſ.49.num.54.uerſ.un decimo,& fortius:ubi inquit,quòd hæc eſt communis opinio, quam etiam tenet Pariſ.in d.conſ.13.num.16.& ſeq.uol.1.Ripa in l.re cõiuncti,num.164.de leg.3.Mandos.in addit. ad conſ.Roman. 315.in uerbo in feudo,uerſ.item ſi dictum eſſet Cõcedimus uobis.Afflict.in c.1.§.& quia.num.17.& ſeq.de his,qui feud.dare poſſunt. & idem eſſet, ſi conceſsio facta ſit per aliud uerbum diſtributiuum,attribuens actum cuiq; inſolidum, ut eſt,quando res fuit conceſſa duobus pro ſe,& utriuſq; eorum filijs,Corn.in conſ. 165.num.3.& ſeq.uol.2. Cæterum aduertendum eſt,ſupradicta procedere, quando dictio diſtri-
88 butiua eſt appoſita ipſis fratribus ſtipulantibus hoc modo, Titio, & Sempronio cõcedimus pro ipſis,& quolibet ipſorũ, ut loquitur Soc. in d.conſ.50.ſed non habere locum, ubi diſtributiua eſt appoſita in perſonam filiorum,puta quia dictum ſit,Concedo Titio, & Sempronio pro cuiuslibet eorum filijs,& deſcendentibus:nam, tunc uno decedente,emphyteuſis redit ad dominum,nõ autem ad alium primum receptorem,ut declarat Bellon. in conſ.20.num.4.ex ſententia Petri Ancar.in d.conſ.245.& Curt.Iun.in tract.de feud.in 2.parte.col. fin. & eiuſdem Curt.in conſ.55.col.fin.Rip. in d.l.re coniuncti. nu. 165. Alex.in conſ.13.col.fin. uol.5.ut etiam declarat Gabriel. in d. conſil. 87.ſub num.3.Cephal.conſ.345.num.19.uol.3.Roncagall.d.l. eandem. in princ.nu.132.

89 DECLARATVR ſecundo, emphyteuſim duobus,aut plurib. conceſſam, morte unius, aut unius generatione finita, ad dominum non reuerti,quãdo pactum fuit in inueſtitura, quòd res conceſſa poſt mortem eorum, & filiorum uocatorum reuertatur ad dominum: nam hæc uerba arguunt actũ eſſe,ut res,donec quiſq; uiueret,non reuertatur,& inducitur ius accreſcẽdi,ſeu ius non deſcreſcẽdi,ut poſt Spec. in §.nunc aliqua.nu.183.quæſt.155.tit.de locato. concludit late Roman.in cõſ.19.in caſu quæſt.Iaſ.in l.2.quęſt.17.num.201.C.de iure emphyteutico, Ruin.conſ.43.circa id,de quo quęritur,nu. 11. & in conſ.48.num.8.uol.1.Curt.ſen.in d.conſ.49.ſub num. 72.Alexãder in cõſil.17.ponderatis his,num.9.uolum.5.Bero.quæſt.85. numero

3.Salic.

3. Salic. in d.l.2.C.de iur.emphyt. quæſt.24.Hier.Gabriel.in d. cõſ. 87.in fine,& in conſ.88.nu.6.Caſtr.conſ.46.viſo, & examinato. nu. 1.vol.2.Bald.in conſ.325.in antiq.vol.3.quem refert Zanca in l.hæ redes mei.ſ.cum ita,in 6.parte.num.93. ff. ad Trebell. Roncagall. in l.eandem.in principio.num.133.ff.de duobus reis. & eſt communis doct.ſententia,vt teſtatur Alex.in conſ.167.nu.4. lib. 7. & poſt ipſum Mandos.in addit.ad d.conſ.Roman.19.licet de hoc dubitauerit Iaſ.in d.l.ſi mihi,& Titio,poſt num. 11. & contrarium ſecundum ipſum tenuerit Alex.in conſ.204.vol.2.vbi etiam videndus eſt Carolus Pariſienſis in apoſt.in verbo Omnibus,qui declarando approbat hanc opinionẽ cõmunẽ,quã ẽt eſſe frequẽtius receptã affirmat Iul.Clar.lib.4.ſent.receptarũ in ſ.ẽphyteuſis.quęſt.33.verſ.vltimo.

90 DECLARATVR Tertio, emphyteuſim duobus conceſſam morte vnius, & eius generatione finita ad dominum non reuerti, vbi res cõceſſa fuit pro ipſis,& eorum filijs,& nepotibus cum pacto, vt vnus alteri ſuccedat, c.1.ſ.cum vero,de his,qui feud.dare poſſ. c.1.verſ.niſi pactum fuerit,de feudo March.c.1. de benefic.per quæ iura ita in feudo declarat Mandos.in addit.ad conſ.Roman. 315. in apoſt.magna,verſ.limita,vt non procedat,allegans Angelum idem ſentientem in conſ.287.pactum,ſuper quo.num.7.in fine.

DECLARATVR quarto, vt emphyteuſis pluribus conceſ-
91 ſa morte vnius ad dominum non redeat, quando fuit conceſſa pro ipſis, & eorum filijs,& nepotibus cum pacto,vt de vno in alterum reuertatur: quia iſtud pactum inducit ius accreſcendi,Roman.in conſ. 103. viſo præpoſitæ queſtionis themate, ſub nu.6.col.fin.Soc. iun. in conſ.70.in 1.dubio.uol.1.Rip.in d.l.re coniuncti.num. 166. poſt Iaſ.ibidem allegans Bald. ita determinantem in c. quæ in eccleſiarum.num.29.de conſtit.quem etiam citat, & ſequitur Mandos. in addit.ad d.conſ.Roman. 315.uerſ.item ſi dictum eſſet de uno:quod tamen nõ admittit Ceph.in conſ.345.nu.20.& ſeq.uol. 3. ubi dicta
92 uerba,ſalua ratione recti ſermonis,non poſſunt referri ad primos inueſtitos:ſed ad eorum hæredes,ut ibidem per eum.Item locus eſt iuri accreſcendi,quando cõceſſa fuit cũ clauſula,ꝙ pars p̃moriętis ad ſupraviuẽtes deueniat,& accreſcat,ita in terminis in ẽphyteuſi duobus fratribus cõceſſa cũ pacto,ꝙ pars p̃moriẽtis ad ſupraviuẽtes deueniat,tradit Anc.in cõſ.418.Feder.de Sen.cõſ.228.factũ tale eſt, Ruin.in cõſ.154.nu.9.vol.1.& in cõſ.203.in fine.uol.2.Bal. in conſ. 465.hęredi habẽti,uol.5.Bero.in cõſ.109.nu.22.uol.1.Ceph.in cõſ. 345.nu.30.uol.3.Spec.in ſ.nũc aliqua,tit.de locat.verſ.70.q̃ritur. nu.91.ubi q̃rit,quãdo ẽphyteuſis fuit cõceſſa duob.cũ pacto,ꝙ pars

præmorientis ad alios deueniret, & vnus præmortuus eſt alio hærede relicto, qui hęres poſsidet rem pro parte defuncti, ſuperſtes verò vult illam partem ab hærede auocare, quam actionem intentare poſsit, & tandem concludit, quòd ſuperſtiti competit in rem actio, & ſic aperte tenet, quòd emphyteuſis conceſſa duobus, vel pluribus cum pacto, vt pars præmorientis ad alios deueniat, vno mortuo alteri accreſcat, & conſequenter, quòd non redeat ad dominum, cui etiam aſſentitur Natta in conſ. 352. num. 25, Dec. in conſ. 239. num. 8. verſ. ſeptuageſimo quæritur, notat Bald. & alij in c. 1. de duobus fratribus a cap. inueſtit. Alex. in conſ. 119. viſo proceſſu cauſæ,
93 num. 1. & 2. vol. 5. Hier. Gabriel. in conſ. 99. num. 13. & ſeq. Ex quibus conſtat, contra veram, & communem opinionem tenuiſſe Curt. iun. in conſ. 55. col. fin. num. 13. vbi conſultus reſpondit, emphyteuſim conceſſam pluribus pro ipſis, & cuiuſq; ipſorum filijs, & nepotibus vſq; in eorum tertiã generationem completam, ita quòd pars præmorientium ad ſuperuiuentes deueniat, & accreſcat, extinctione unius lineæ alteri ex ſtipulatoribus, aut eius filijs, & nepotibus non accreſcere: quia puerile eſt dicere, clauſulam illam, qua continetur pactum iuris accreſcendi, referendam eſſe ad deſcendentes cuiuſq; fratrum diuiſiuè, non autem ad cunctos fratres, qui emphyteuſim receperunt, cum pactum in fine poſitum referatur ad omnia prçcedentia, doct. in l. talis ſcriptura, de leg. 1. c. 2. requiris. de appellat. & etiam quia inter deſcendentes unius eſt locus iuri accreſcẽdi abſq; illo pacto, & clauſula, c. 1. de grad. ſucceſſ. Bart. & communiter alij doct. in d. l. ſi mihi, & Titio, ff. de uerb. obligat. Vt ergo pactum, & clauſula illa aliquid operetur, iuxta l. ſi ſtipulatus. in princ. de uſur. & l. ſi quando. de leg. 2. c. ſi Papa. de priu. in 6. & doctr. Bald. in rubric. C. de contrah. empt. quęſt. 9. Soc. iun. in conſ. 103. nu. 25. & ſeq. uol. 2. oportet relationem fieri ad omnia præcedentia, & ſic ad omnes primos receptores, & quoslibet eorum filios, & nepotes, cum ſemper relatio ad ea fieri debeat, ad quæ ſi fiat, ſuperfluitas euitatur, Ruin. cõſ. 185. nu. 6. col. fin. uol. 1. & in terminis tradũt Anc. in d. cõſ. 418. & Hier. Gabr. in d. conſ. 99. nu. 14. & ſeq. & alij ſupracitati doct. & ſm hanc cõem ego aliàs cõſului, & in facto ꝑ ſenten
94 tias cõformes fuit obtentũ. Sed difficultas eſt in emphyteuſi cõceſſa Titio, & Sẽpronio ꝓ dimidia, et Seio, Caio, et Marcello ꝓ alia dimidia cũ clauſula, ꝙ pars ꝑmoriẽtis, ſeu ꝑmorientiũ ad alios ſuperuiuẽtes deueniat, & accreſcat, an tunc pactũ ſiue ſubſtitutio refeatur æqualiter ad oẽs, uel ſolum ad eos conſortes, qui coniuncti funtre, & uerbis, Specul. in § nunc aliqua, quæſt. 151. nu. 179. tit. de locato. lo

quens

quens in emphyteuſi data A. & B. pro dimidia, & F. G. & H. pro a-
lia medietate cenſuit, quòd ſolum ad coniunctos re, & verbis refe-
ratur ſubſtitutio, & quòd inducatur ſolum ius accreſcendi inter A.
& B. qui inueſtiti ſunt pro medietate, & inter F. G. & H. inueſtitos
de alia medietate, non autem inter omnes, arg. l. cohæredi. §. qui
diſcretas. ff. de vulga. & pupill. & ibi Ioann. Andr. in addit. ad eum:
nam iſto caſu, cum A. & B. dicantur renouati pro virili de eorum di-
midia, & F. G. & H. pro virili parte de eorum altera dimidia. d. l. re-
os. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. pactum non dicitur ſtare ſuper
uacuè, cum inducat ius accreſcendi inter coniunctos re, & verbis,
inter quos non haberet locum, ſi clauſula illa non eſſet appoſita; I-
deo ius accreſcendi induci non debet: quia per talem interpretatio
nem minus lęditur regula, quòd in emphyteuſi non eſt locus iuri ac
creſcendi, & verba contrahentiũ debent in dubio accipi, vt nõ dero
ger diſpoſitiõi iuris cõis, l. ſi ſeruus. C. de nox. Nat. in cõſ. 582. nu. 17

CAETERVM ego, & ſi magna ſit auctoritas Specul. & Ioann.
Andr. cenſeo etiam in ſupradicto caſu propter illam clauſulam, Ita
tamen quòd pars præmorientium ad ſuperuiuentes deueniat, ius ac-
creſcendi inter omnes nominatos in inueſtitura induci, ita vt deficiẽ
te linea A. & B. res deuoluatur ad F. C. & H. vel eorum lineam, tum
quia clauſula illa in fine poſita debet referri ad omnia præcedentia.
l. talis ſcriptura. §. fin. de leg. 1. l. 1. C. de lib. præter. Felin. in c. cau
ſam quæ. de reſcript. col. 3. tum quia verba inueſtiturę debent ita ac
cipi, vt poſſint verificari: quoniã autem inueſtitura vocat ſuperui-
uentes ad partẽ decedẽtis in numero plurali, q in vno non uerificatur
95 l. vbi numerus. ff. de teſtib. ad tradita p Rip. nu. 38. poſt Bar. in l. Luci
us. ff. de vul. & pup. & decedẽte A ſupſtite *B.* nõ verificarer, neceſſe ẽ
fateri, q pp. d. clauſulã inducar ius accreſcẽdi quo ad oẽs recepto-
res: & etiam qa, ſi dictũ ẽ Cõcedo A. & B. dimidiam, & F. C. & H. aliã
dimidiam, recipientibus pro ſe, & eorum filijs, & nepotibus, ita q
pars præmorientis ad ſuprauiuentes deueniat, ſimiliter neceſſe eſt fa
teri, quòd illa verba, quæ ſequuntur poſt illa verba Concedo A. & B.
dimidiam, & F. G. & H. aliam dimidiam, referri debeãt tàm ad A. &
B. quàm ad F. G. & H. & ſic ad omnes nominatos, non autem ad v-
nam dimidiam duntaxàt: quia hoc mõ ſequeretur, quòd *A.* & *B.* nõ
eſſent ſtipulati pro eorum filijs, & nepotibus: ſed ſolum pro ſe ipſis:
quod eſſet contra id, quòd vult ipſemet Speculator, qui fatetur,
quòd vna pars acquiritur *A.* & *B.* & eorum filijs, & nepotibus, &
alia dimidia alijs. Si autem illa verba Recipientibus pro ſe, eorum
filiis, & nepotibus, debent etiã referri ad dimidiam cõceſſã *A.* & *B.*

vt debent referri, vt, & ipſi dicantur ſtipulati pro ſe, eorum filijs, & nepotibus, & eorum linea, quemadmodum illa clauſula, Ita quòd pars præmorientis ad ſuperuiuentes deueniat, reſpectu F. G. & H. & in eorũ dimidia inducit ius accreſcẽdi, ita debet illud inducere reſpectu omnium nominatorum in tota emphyteuſi: quia illa clauſula determinat ambas dimidias, & debet æqualiter dictas ſtipulationes determinare l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. quæ concluſio minorem dubitationem contineret, ſi conceſsio eſſet facta A. & B. pro dimidia, F. G. & H. pro alia dimidia, & pro quolibet ipſorum, & pro cuiuslibet eorum filijs, & nepotibus cum pacto, quòd pars præmorientis ad ſuperuiuentes deueniat: quia, cum ſit iam inductum ius accreſcendi in dimidia, A. & B. conceſſa, & in alia dimidia aliorũ, propter dictionẽ illã diſtributiuã, Quilibet ipſorũ, & cuiuslibet ipſorũ deſcẽdentiũ, vt ſupra eſt dictũ, vt clauſula addat aliqd, & nõ ſit fruſtratoria, oportet fateri, quòd inducat ius accreſcẽdi quo ad omnes, vt ego aliàs magis late conſului pro filijs Illuſtris Comitis Cęſaris Odaſij Vrbinatis: & fuit ſecundum meum conſiliũ per duas ſententias conformes iudicatum: quæ duę conformes ex ſtatuto Ciuitatis iſtius faciunt rem iudicatam.

96 DECLARATVR quinto id, quod dictum eſt, emphyteuſim pluribus conceſſam morte vnius, aut eius generatione finita ad eccleſiam dominam pro eius parte reuerti, vt non procedat in emphyteuſi duobus, aut pluribus fratribus cõceſſa finita iam linea, de qua eorum pater fuerat antea inueſtitus: quia ſicut erat locus iuri accreſcendi inter filios, & nepotes ipſius patris recepioris in prima inueſtitura, Bart. in l. ſi mihi, & Titio. num. 5. de verb. obligat. & ibidem Alex. num. 15. Iaſ. num. 12. Paul de Caſtro nu. 3. & alij omnes. Imol. in c. potuit. num. 55. de locato. Bald. in conſ. 281. vol. 3. Bero. afferens hãc eſſe communem opinionem, quæſt. 70. num. 1. Ruin. qui & hanc communem dicit, in conſ. 48. num. 7. vol. 1. Caſtr. conſilio 86. num. 9. vol. 1. Bart. in conſ. 58. ex. themate prædicto in 1. dubio vol. 1. Roncagal. multos alios in hanc ſententiã citãs, in l. eandem. in princ. nu. 136. ff. de duob. reis. ita eſt locus iuri accreſcẽdi in eadem

97 emphyteuſi pluribus de nouo cõceſſa: quia ſecũda inueſtitura intelligitur facta ſecundũ naturã primę, & primi contractus, Bar. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 7. Alex. num. 17. Iaſ. ſub num. 12. verſ. Tertio quęrit. Caſtr. ſub num. 3. Dec. conſ. 53. nu. 1. & rurſus, & magis late in conſ. 263. num. 2. Bero. in conſ. 109. num. 24. vol. 1. Bald. in l. vnica numero 31. verſ. ſed quid ſi dominus emphyteuſim. C. quando non petent. part. Imol. in capit. ex parte, ſub numero 15. extra de feud.

Alciat.

Alciat.in conſil. 16.ſuprascripti domini.num.4.Ioan. Baptiſta Ferr. in cōſil. 356.num.1.uol.2. vbi multos alios in hanc ſentētiam citat, & teſtatur hāc eſſe communem opinionem, vt etiam affirmat Iaſ.in d.l.ſi mihi,& Titio,nu.12.Bero.in conſil.69.in fine.vol.1.& poſt ipſos Iul.Clar.in §.emphyteuſis.quæſt.33.verſi.pone ergo.lib.4.ſent.
98 tecept.Quod procedit etiā,ſi emphyteuſis,de qua fuerat renouatus pater,ad eccleſiam ob non ſolutum canonem deuoluta fuerit, & poſtea de illa met emphyteuſi,etiam poſt factam a domino declarationem,plures filij fuerint inueſtiti,Bero.in d. conſil. 109. num. 25.& ſeq.vol.1.& licet idem Bero.ſibi contrarius in conſil.122.num.23. vol.3.tenuerit non eſſe locum iuri accreſcendi,quando emphyteuſis paterna redit ad dominum ob non ſolutionem canonis, & delictum,& illa filijs reconceditur ad not.per Alex.ſecundum coēm docto.ſententiam in d.l.ſi mihi,& Titio,tamen non videtur recedēdū ab eius priori ſententia,in d.cōſil.109.quia Alex.in loco citato. nu. 16.inquit,quòd in emphyteuſi tecepta a patre pro ſe,filijs,& nepotibus non eſt locus iuri accreſcendi inter eius filios, & nepotes, ſi portio deficit propter canonem non ſolutum: quia in compenſationem iniuriæ res ad dominum reuertitur,& culpa vnius alijs prȩiudicat,quod eſt quid diuerſum a quæſtione, ſi poſtea eademmet emphyteuſis pluribus filijs reconcedatur,an dicatur conceſſa ſecundū naturam primi conttactus,vt inter vocatos ſit locus iuri accreſcendi,prout eſſe tradit idem Alex.in eadem lege,ſi mihi, & Titio, nu. 17.quod obtinet locum etiam,ſi hæc emphyteuſis concedetetur in feudum ab eccleſia,vt per Dec.in conſil. 53, & modernus Pariſienſ. ibidem in addit. aduertit eſſe conſilium ſingulare.

PRAEDICTA tamen limitantur non procedere, quādo in ſe
99 cunda inueſtitura eſſet appoſitum pactum,quòd pars præmorientis ad eccleſiam teuertatur: nam iſtud pactum excludit ius accreſcendi,ſeu ius repetitæ conceſsionis,Alciat.in conſ. 16.ſuprascripti domini.nu.4.verſ.ſed tamen ſuprascriptis non obſtantibus,vel quando
100 in noua cōceſsione,& inueſtitura facta duobus fratribus de emphyteuſi paterna, eſſet adiecta aliqua noua qualitas, ſeu noua forma, clauſula, aut conuentio,quȩ in prima non continebatur, ita Betous in conſ.112.ſub nu. 1.verſ.verū his non obſtātibus.vol.1.poſt Alex. in d.l.ſi mihi,& Titio.nu.17.& Caſt.in cōſ.222.in antiquis p doctr. Bal.in c.imperialē.§.inſuper circa. col.4.de prohib.feud.alien. per Frid.& in c.1.an agn.vel filius,& in l.1.circa.2.col.ff.de rerū diuiſio
101 ne.q tamē nō videtur trāſire ſine difficultate,niſi in ſecūda inueſtitura ſit dictum expteſſe mutationē eſſe factam de communi conſenſu,

cum aliàs ſecunda inueſtitura intelligatur ſemper facta ſecundum na tutam primę, nec ab ea receſſum,niſi ſit id expreſſum, vt poſt Bald. in conſ. 82. in princ. Roland. a Valle in conſ. 67.num. 6. & ſeq.vol. 1 Cephal. in conſ. 152.num. 60. & in conſ. 155.num. 9. Zaſium in conſ. 13.num.4.vol. 1.tradit Franciſ.Burſat.in conſ. 122.num. 17. vol. 1.

102 Item ſuperius dicta non haberent locum ſecundum Pomat.in addic. magna ad Bart.in d.l.ſi mihi, & Titio, quando inueſtitura ſecunda fieret poſt latam ſententiam ſuper deuolutione primæ: quia tunc di ceretur emphyteuſis noua, vt dicitur in feudo, a quo ad emphyteuſim argumentantur doctores.

103 SEXTO declaratur, emphyteuſim pluribus conceſſam morte vnius, & eius generatione finita ad eccleſiam non reuerti, ſed alteri accreſcere, quando emphyteuſis fuit conceſſa ex cauſa onerosa, puta quia ab initio fuit exburſata certa quantitas pecuniæ pro tali emphyteuſi, & ſub annua penſione fuit conceſſa Titio ſtipulanti pro ſe, & eius filijs, & Sempronio abſenti, & eius filijs: quia reſpectu dimidiæ Sempronij abſentis ab initio non valet, & illa Titio accreſcit, nec ad eccleſiam redit, vt in terminis tradit Bart.in d.l.ſi mihi, & Titio, ſub num. 4. verſ. quandoq; conceditur vni tantũ, de verb. obligat. quem ibidem ſequuntur Caſtr. ſub num. 3. Iaſ. ſub num. 11. verſ. ſecundus caſus. Alex. num. 13. verſ. ſi autem conceditur, & cõmuniter alij doct. idem Alex. in conſ. 24. ponderatis his. num. 6. vol.

104 5. per l. fundus ille. ff. de contrah. empt. licet ſecus ſit, quando ſupradicto modo fuit conceſſa ex cauſa lucratiua; quia dimidia conceſſa abſenti, reſpectu cuius ab initio non valet conceſsio, alteri non ac creſcit: ſed ad concedentem redit, vt uolunt omnes proxime ſupra citati doct. & Salic. in l.unica. num. 20. C. quando non petent. partes.

105 Idem quoq;, quòd ſit locus iuri accreſcendi, quando emphyteuſis conceditur Titio ſtipulanti pro ſe, & filijs, & nomine fratris ſui abſentis, quo caſu ab initio ualet conceſsio in totum; quia uer ba obligatiua, & executiua conferuntur in recipientem, Bart. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler, de verb. obligat. ſi eius frater ratum non habeat, uoluerunt Salic. in d.l.unica. num. 20. C. quando non petẽt. part. Bald. in auth. ſi quas ruinas. ſub num. 7. uerſ nunc redeo ad pro poſitum. C. de ſacr. eccl. per l. abſentis. C. ſi cert. petatur. & l. cum quæ ritur. ff. de adminiſtr. tut. & l. fundus ille. ff. de contrah. empt. quia to ta obligatio eius perſonæ ineſt, quos uidetur ſequi Caſtr. in d.l. ſi mi hi, & Titio in fine, & ibidem Alex. ſub num. 14. & Ias. ſub num. 11. uerſ. quando emphyteuſis conceditur; qui tamen diſtinguit, ut in ſuperiori caſu, an ſit conceſſa ex cauſa lucratiua, uel onerosa, & tenet

in fortioribus terminis Bero. in conſ. 109.nu.22. uol. 1.& rurſus in
conſ. 113.num.43.vol.2.vbi concludit, feudum emptum communi
bus pecunijs, & acquiſitum ex cauſa oneroſa duobus fratribus, mor
te vnius, & deficientia vnius lineæ poſt emolumentum quæſitum
106 ad dominum non redire; ſed alteri accreſcere: quod eſt omnino cõ
tra dictum Bart. in d. l. ſi mihi, & Titio, ſub num.4. qui indiſtincte
tenet, quòd poſt factam ratificationem a fratre, & emolumentum
quæſitum ceſſet ius accreſcendi, vt declarat Alex. in eodem loco nu.
107 24. ſicut etiam ceſſat, quando emphyteuſis fuit recepta a Titio pro
ſe, & nomine ſui fratris abſentis, ſi eius frater ratam non habeat ſti
pulationem, vt tenet Bart. in l. ſi quis vſumfructum, in fine, ff. de v-
ſufr. legat. licet pars conceſſa fratri abſenti, qui ratum non habuit
contractum; remaneat apud Titium ſub omnibus conditionibus,
& qualitatibus, quæ cohærebant ipſi fratri, vt declarat idem Bart.
in l. fundum. num.3.ff. de act. empti. & in d. l. ſi mihi, & Titio, ſub nu.
4. in fine. & ibidem Iaſ. ſub num.11. verſ. ſin autem frater, Alex. nu.
14. verſ. Ideo ſi iſto caſu. Et ibi omnes concedunt, quòd portio fra
tris, qui ratum non habuit, finietur eo modo, & tempore, quo fini
ta fuiſſet, ſi ipſe frater ratum habuiſſet per d. l. fundum. ſicuti etiam
firmat Alex. in conſ.22. num.2.& in conſ.24. ſub num.4. vol.5. Bald.
in l. multum intereſt, ſub nu.5. C. ſi quis alteri, vel ſibi. Bero. in cõſ.
108. num.9. vol.1. Ideo non poteſt dici, quòd per non ratihabitio-
nem fratris abſentis emphyteuſis accreſcat, vt loquitur Bald. in d.
auth. ſi quas ruinas. & Salic. in d. l. vnica. C. quando non pet. part. ſed
quòd remanet apud ſtipulantem pro ſe, & nomine fratris ſui cum o-
mnibus conditionibus, & qualitatibus abſq; tamen, quòd per hoc
inducatur ius accreſcendi in emphyteuſi, vt loquitur Bart. quia mor
te fratris abſentis, & deficiente linea eius, qui ratum non habuit,
illius portio ad dominum concedentem reuertitur, vt ſupradicti o-
mnes doct. concedunt: quod non eſſet, ſi per non ratihabitionem fra
108 tris proprie inductum eſſet ius accreſcendi, ſeu ius non decreſcen-
di. Prætereundum tamen non eſt, quòd, vt fratri abſenti emphy-
teuſis acquiratur, ſufficit tacita ratificatio, quę re ipſa, & ex facto
colligatur iuxta l. Paulus. ff. rem rat. haberi. Bero. in conſ.204. nu.30.
uol.1. per l. ſi filius. ad Maced. & Clem. 1. de procurat. & doctr. Bart.
109 in l. procurator. ff. rem rat. haberi. & quis poſsidens emphyteuſim
eius nomine ſtipulatam, dicitur ratificare: nam poſsidens ex con-
110 tractu dicitur approbare contractum, Ioan. Bapt. Ferret. in conſ.154.
num.3. uol.1. & poſsidens emphyteuſim præſumitur poſſediſſe titu-
lo inueſtituræ ab altero, etiam eius nomine receptæ, vt euitetur
de-

delictum,& uitioſa poſſeſsio;ita in terminis Dec.in conſ.58.num. 2:
ubi citat Alex.in conſ.88.in 5.uol.& DD.de Rota in dec. 146. in no
uis arg.l.merito.ff.pro ſoc.not per Alex.in conſ.133.ſub num.7. uol.
1.per Ruin.in conſ.34.num.9.uol.2.per Natt. in conſ.502. num.17.
per Soc.in conſ.261.num.3.uerſ. pręterea.uol.2.DD.de Rota in ma
nuſcriptis in una Romana prætenſæ deuolutionis coram D. Oradi
111 no ſub die 21. Nouembris 1571.ad finem dictæ deciſionis. Item in
ducitur ratificatio per ſolutionem canonis.quando ſcienter ſolutus
fuit,Corn.in conſ.301.circa primum cõſultationis articulũ, in prin.
iunctis ijs,quæ ibidem tradit ſub nu. 2.uerſ.nec etiam obſtat, vol.1.
& etiam dominus acceptando ſolutiones canonis, & retinendo in-
ſtrumentum apud ſe, dicitur ratificare inueſtituram ab alio eius no-
mine factam,vt voluerunt DD.de Rota in vna Ro.domus inter ſoda
litatem Confalonis, & D. Bernardum de Militibus coram D. Oradi
112 no Rotę decano, 21.Nouembris 1571.Solutio autem canonis, ſi nõ
apparet a quo ſit facta, præſumitur facta pro rata eius ab illo, qui de
bebat ratificare,arg.l.& magis.ff.de ſolut.ad not.per Iaſ.in l. 2. num.
113 60.C. de iure emphyt.nam, quando emphyteuſis conceditur duo
bus, vnuſquiſq;tenetur ſoluere medietatem penſionis,Bar. in l. frau
dati.ff.de public.Dec.in conſ.58.in fine.Ideo,cum ſolutio canonis,
quæ pro medietate erat facienda ab eo, cuius nomine illo abſente
114 fuit ſtipulata emphyteuſis, reperiatur facta, ab ipſo facta in dubio
præſumitur: nam factum, ad quod quis erat obligatus, ſi reperia
tur factum,pręſumitur factum ab eo,q ad illud erat obligatus. Abb.
in c.cum virum.nu.4.extr.de regularib.quod procedit tàm ad actio-
nem acquirendam,quàm ad pœnam euitandam, l.2.C.de aliment.
pupill.& ibidem not.per Bald. & in l. id, quod pauperibus. in fine.
C.de Epiſc.& cleric.& per Bart.in l.nomine.num.3.C.arbitr.tutelę,
& late per Iodoc.in tract.de patroc.pupill.tit.de tut.& curat.rat. iu-
ſtificat.c.1.num.29.vbi etiam declarat, quomodo ſupradicta intel-
115 ligantur. Item inducitur etiam ratificatio, quando is, qui ratifica-
re debebat pro eius iure; interfuit inueſtituræ factæ in perſonam al
116 terius, Bero.in d.conſ.204.num.30.vol.1.ſicuti etiam inducitur ra
tificatio,quando quis poſt inueſtituram ab altero etiam eius nomi-
ne factam, obligat ſe ad faciendum aliquid in emphyteuſi pro ipſo
ſtipulata,Fulgos.in conſ.233.Dominus Iacobus inueſtiuit. Quin-
117 nimo ex eo duntaxat, quòd frater ſcit alium ſuum fratrem recepiſſe
inueſtituram pro ſe, & nomine ipſius fratris, & non contradicit, ra
tificatio ſtipulationis inducitur ad hoc, vt ſibi pro medietate em-
phyteuſis aquiratur: quando enim actus reſpicit acquiſitionem,quę
fieri

fieri debet; quis non improbando dicitur approbare. Bart. in l. qui enim. ff. rē rat. hab. ꝑ not. per gl. in l. ſi abſentis. C. ſi cert. pet. & ita in terminis noſtris tradit Dec. in conſ. 58. num. 2. quem ſequuti ſunt DD. de Rota in vna Romana domorum, & apothecarū corā D. Cotta ſub die 20. Maij. 1575. in manuſcriptis; vbi etiam dicunt, quòd ratificatio inducitur ex melioramentis in emphyteuſi factis, quæ licite fieri non poterant, niſi vigore inueſtituræ. Ratificatio tamen de-
118 bet fieri in omnibus ſupradictis caſibus in vita illius, qui nomine alterius fuit ſtipulatus emphyteuſim, & in vita illius, qui conceſsit: nā poſt eius mortem cenſeretur facta re non integra, & non valeret, vt conſultus reſpondit Bero. in d. conſ. 108. num. 10. vol. 1. Ruin. conſ. 5. num. 5. vol. 1.

119 SEPTIMO videtur poſſe declarari, quod dictum eſt, emphyteuſim pluribus conceſſam morte vnius, & eius generatione finita ad dominum pro illius rata reuerti, non autem alteri lineæ accreſcere, non habere locum in emphyteuſi conceſſa ab Imperatore: nam in ea videtur, quòd ius accreſcendi locum habeat, vt dicitur in feudo: quæ limitatio colligi videtur ex tex. in l. vnica. C. ſi liber Impera. ſoc. lib. 10. vbi Imperator generaliter ſtatuit, quòd ſi quis ex his, quibus communiter aliquid ab eo donatum eſt, nullo hærede relicto deceſſerit, ad conſortem potius; quàm ad perſonam aliam, pars decedētis perueniat, & in terminis in feudo conceſſo ab Imperatore quòd ſit locus iuri accreſcendi, tenet Alex. in conſ. 30. nu. 8. vol. 1. Curt. ſen. conſ. 48. col. 1. & conſ. 49. num. 10. Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio, ſub num. 7. & ibidem Iaſ. num. 6. ubi in fine teſtatur, hanc eſſe communem opinionem: quam tamen poſtea num. 7. impugnat, citans multos doct. hanc ſententiam amplectentes, quòd non ſit locus iuri accreſcendi, vt etiam exiſtimat Carol. Pariſ. in addit. ad d. conſ 30. Alex. ſub num. 8. vol. 1. in verbo accreſcendi, atteſtans hanc eſſe crebriorem ſententiam: de qua re poteſt quis uidere etiam apud Curt. Iun. in tract. de feudo. parte 2. de feud. laicorum. num. 71. & apud Iul. Clar. in ℣. feudum. quæſt. 77. vbi etiam habes, an idem iuris ſit in feudo ab alio principe conceſſo; & quod ſtatuitur in feudo, tene habere locum in emphyteuſi: quia circa ius accreſcendi quod dicitur de uno, habet locum in alio, ut tradit Bart. & alij doct. in d. l. ſi mihi, & Titio, & Salic. in d. l. unica. C. quando non petent. partes.
120 Scias tamen, quòd, ubi quis per ius accreſcendi in ſupradictis caſib. admittitur ad emphyteuſim ad excludendum dominum, admittitur etiam ſi nullam emphyteuſis portionem habeat tempore, quo vult admitti: quia non dicitur proprie ius accreſcendi, ſed ius ſucce

dendi

dendi ex pacto inueſtituræ, & ius ſucceſſorium, quod ad alterum deuoluitur alterò deficiéte, & ex quo ſuperſtes ſuccedit defuncto Bald.in c.1.ſ.& quia uidimus.col.6.nu.4.de his,qui feud.dare poſſunt.& in c. 1. de feud.March.num.5.in ult.notab.Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 15.ff.de uerb.obligat.Ruin.in conſ. 154. col. 1. num. 2.uol. 1.& in conſ.43.ſub num.1. uerſ. nec obſtat.eod. uol. & non ex tacita, ſed expreſſa diſpoſitione,& pacto acquiſitio fit.Ideo admittitur etiam is,qui nullam portionem habet, ut eſt dictum, Corn.conſ.13.in fine.uol.3.Ruin.in cóſ.169.col. 1. eod. uol. 1. & docet Hier.Gabriel.in conſ.88.num.22.& latius in conſ.89.num.7. Grat.in conſ.22.num.20.uolum. 1. quicquid in contrarium ſcriptum reliquerit Bero. in conſ. 55. nu. 8. uol.2.& in conſ. 111.nu. 4. uol. primo.& ante ipſum Baldus ſibi contrarius in locis, quos ipſe citat.

DE CAVSA PRIVATIONIS OB REI DETERIORATIONEM.

1 *EMPHYTEVTA, qui rem ſibi conceſſam deteriorauit, iure ſuo priuatur, ac ſi canonem non ſoluiſſet.*

2 *EMPHYTEVTA incidens arbores fructiferas, dicitur rem deteriorare, & a domino ob id poteſt expelli.*

3 *CESSANTE cauſa finali conceſſionis reſcinditur conceſſio.*

4 *EMPHYTEVTA priuati ob rei deteriorationem priuatur iure ſuo, ſicut emphyteuta eccleſiæ.*

5 *POENA priuationis iuris ſui nunquam habet locum, niſi dicatur expreſſe.*

6 *CADVCITAS non dicitur pœna, ſed natura contractus.*

7 *EMPHYTEVTA, qui plures res accepit in emphyteuſim ſimul, ac eodem contextu, & pro vno omnium canone, ſi vnam rem ex illis, quas recepit, deteriorauit, cadit etiam ab omnibus rebus, quas non deteriorauit.*

8 *PARIA ſunt canonem non ſoluere, & emphyteuſim deteriorare.*

9 *EMPHYTEVTA etiam propter leuem deteriorationem emphyteuſim amittit, quando in receptione emphyteuſis promiſit vti re arbitrio boni viri, & illam meliorare, & non deteriorare.*

10 *IN contractibus nullum verbum, etiam minimum, debet eſſe ſuperfluum.*

11 *EMPHYTEVTA, qui promiſit, & iurauit vti emphyteuſi arbitrio boni viri, incidens duas arbores, & leuiter deteriorans poteſt a domino expelli.*

12 *RVSTICVS, qui promiſit colere arbitrio boni viri, poteſt expelli, ſi non colit terras, vt iura expoſcunt.*

13 *EMPHYTEVTA ob rei deteriorationem nedum emphyteuſim, ſed etiam melioramenta in emphyteuſi facta, amittit.*

14 EM.

14 EMPHYTEVTA, qui in parte deteriorauit, & in parte meliorauit emphyteuſim; non poteſt opponere compenſationem meliorationis ad ſe excuſandum a caducitate.

15 DETERIORATIO facta per patrem nocet filijs, & alijs in inueſtitura comprehenſis, niſi facta ſit in fraudem, vt alij excludantur.

16 EMPHYTEVSIS ob deteriorationem reuertitur ad dominum libere abſq; aliquo onere hypothecæ, ſeruitutis, aut alterius obligationis.

17 EMPHYTEVSIS ob rei deteriorationem reuertitur ad dominum vna cum fructibus pendentibus, etiam maturis, & proximis perceptioni ſi non ſint in borreo reconditi, aut a ſolo ſeparati.

18 EMPHYTEVTA ob rei deteriorationem cadit ab emphyteuſi ipſo iure, domino volente, abſque eo, quòd requiratur aliqua iudicis ſententia.

19 EMPHYTEVTA ſi negat rem eſſe deuolutam, requiritur ſententia declaratoria iudicis, non ad effectum, vt res cadat in commiſſum, ſed ad effectum, vt emphyteuta remoueatur a poſſeſſione.

20 JVRA omnia mundi, ex quibus aliqua pœna imponitur ipſo iure: debent intelligi, vt præcedat ſententia iudicis declaratoria, vt pœna poſſit cũ effectu imponi, & executio fieri.

21 EMPHYTEVTA ob rei deteriorationem poteſt ſtatim expelli, non expectato biennio.

22 CVLPA, quæ in faciendo conſiſtit, grauior reputatur, quàm culpa, quæ conſiſtit in omittendo.

23 CVLPA leuiſſima in faciendo æquiparatur leuì in non faciendo.

24 EMPHYTEVTA, vt ob rei deteriorationem a iure ſuo cadat, requiritur, quòd deterioratio non ſit leuis, quòd ſit in proprietate, & reſpectu rei, & non reſpectu fructuum, & quòd præceſſerit dolo, lata culpa, vel leuis; & an hoc, quod dicitur de dolo, lata culpa, vel leui ſit verum.

25 LEX generaliter, & indiſtincte loquens debet generaliter, et indiſtincte intelligi.

26 EMPHYTEVTA, qui ob paruam rei deteriorationem expelli non poteſt, tenetur ad refundendum intereſſe.

27 DETERIORATIO an ſit parua, vel magna, quæ faciat rem incidere in commiſſum, arbitrio iudicis relinquitur.

28 EMPHYTEVTA, qui arbores fructiferas incidit, & alias in earum locum plantauit, non poteſt expelli, & quomodo hoc ſit intelligendum.

29 EMPHYTEVTA incidens grandes arbores ad refectionem fundi, cuius ſunt, pœnam priuationis non incurrit.

30 EMPHYTEVTA poteſt abſq; periculo priuationis iuris ſui incidere arbores, ſi ex huiuſmodi inciſione fundus ſit fructuoſior, niſi ea non ſol

ni debeat in tot plauſtris lignorum ex illis arboribus.

31 *EMPHYTEVTA, ſi incidit grandes arbores, quæ ſunt in fructu vt quia ſoleant excidi ad vſum quempiam lignandi, vel ædificandi, a iure ſuo non cadit.*

32 *EMPHYTEVTA ob rei deteriorationem a iure ſuo non cadit, ſi fuit initum pactum inter ipſum, & dominum, vt ob rei deteriorationem non poſſit expelli.*

¶¶¶¶ ¶¶¶¶

DECIMA tertiâ cauſa, ob quam emphyteu
ta emphyteuſim amittit, eſt deterioratio ip
1 ſius emphyteuſis: nam, ſi rem ſibi conceſ-
ſam deteriorauit, emphyteuſi priuatur, ac ſi
canonem non ſoluiſſet, vt eſt text. expreſſus
in auth. qui rem. C. de ſacr. eccl. vbi Bald. nu.
2. in 2. notab. Dec. num. 5. Iaſ. in princ. & nu.
4. Cagnol. in 2. notab. poſt Salic. circa finé.
Id notant, & tradunt Iaſ. in l. 2. num. 98. C.
de iur empyt. Curt. iun. in tract. de feud. in 4. parte. ſub num. 44. Bald.
poſt Dinum in l. diuortio. §. ſi fundus. verſ. item dicit Dinus. ff. ſol. ma
trim. & ibidem Caſtr. nu. 2. Alex. nu. 2. & Iaſ. nu. 4. Bart. nu. 3. Alber. An
2 gel. & alij, dum concludunt, emphyteutam iure ſuo priuari, & a do-
mino poſſe expelli ob inciſionem arborum fructiferarum: quia arbo
res has incidẽdo dicitur emphyteuſim deteriorare, vt voluerunt etiã
Bart. in l. in fraudem. §. conductor. ff. de iur. fiſci. Menoch. de arbitr. iu
dic. quæſt. lib. 2. centur. 1. caſu. 78. num. 3. Iul. Clar. §. emphyteuſis.
quęſt. 26. Arius Pinel. C. de bon. mater. l. 1. parte. 2. ſub num. 60. verſ.
idem in emphyteuta. Alex. in conſ. 118. in caſu, de quo quęritur, nu.
1. vol. 5. Angel. in l. ſi colonus. ff. de arb. furt. cęſ. quem refert, & ſequi-
tur Tiraq. de retract. conuent. §. 3. in gloſ. 1. & vnica. ſub num. 24. vbi
etiam citat Ioan. de Plat. in l. quiſquis, idem ſentienté per illum text.
C. de cenſ. & cenſit. lib. 11. & Spec. in tit. de loc. §. 1. col. vltima. verſ.

illud

illud autem quæritur, & Alberic.in l. 1.col.vltima.C.de iure emphyt.
quorum ſententiæ accedit etiam Bolognin.in conſ. 67. in fine. Ruin.
in conſ.58.num.4.& in conſ.88.num.2.vol.1.& rurſus in conſ.43.in
fine.& conſ.vltimo,nu.32.vol.2.Barth.Cœpol. de ſeruit. ruſtic. præd.
cap.22.de montibus,num.13. Natta conſ.479.num.18.& conſ.481.
in princ.& nu.4.Beto.in conſ.120.nu.30.& ſeq.vol. 1.& conſ. 125.
num.4.vol.eod.Guliel.Reodan.in tract.de reb. eccl. non alienãdis de
caducitate ob tei deteriorationem, in princ.pag.505.Paul.de Monte
Pico in repet.l. Titiæ.§.Titia cum nuberer,quæſt.36.num. 116. in fi-
ne,de leg.1.vbi teſtatur, hanc eſſe communem opinionem, vt etiam
poſt ipſum affirmat Roland.a Valle in conſ.49.num.14.vol.2. & Bur
ſat.conſ.91.num. 3.vol.1. Tobias Non. in conſ.58.num.20.licet Bec
cius in conſ.33.num.7.declaret non habere locum, quando emphy
teuta ipſas plantaſſet ex ſententia Alex.& aliorum, quos citat, & te
net etiam Petrus Ant.Angus.in conſ.23.num.9.& ſeq.lib.2.quia iſto
caſu emphyteuta non videtur afficere dominum damno: ſed priuare
eum lucro.Ratio ſupradictæ concluſionis eſt, quia emphyteuta reci-
3 pit rem ad meliorandum, & hæc eſt cauſa finalis iſtius contractus.I-
deo,ſi rem deteriorem reddat,ceſſat ipſa cauſa finalis,qua ceſſante, re
ſcinditur concesſio,arg.l.2.§.fin.ff.de donat.ut poſt Cun.& Caſtr.tra
4 dit Cagnol.in d. auth.qui rem.num. 14. cuius tex.diſpoſitio non ſolũ
habet locum in emphyteuſi eccleſiæ: ſed etiam in emphyteuſi priua-
ti,vt ibidem volunt Cun. & Paul.de Caſtro in principio. Dec. num.
5.Cagnol.num. 18.& Iaſ.qui hanc communem dicit. Alex. in d. l. di
uortio.§.ſi fundum. nu. 4.ff.ſol.matr.& ibidem communiter doct. vt
eodem loco teſtatur Iaſ.ſub num.4.& apoſt. magna ad. Alex. ibidem.
Quam etiam eſſe communẽ teſtatur Iul.Clar.in §.emphyteuſis.quęſt.
26.Natta conſ.481.in princ.Guliel.Reodan. in d. tract.de reb. eccl.
non alienandis de caducitate ob tei deteriorationem,verſ.& vt diſcur
ratur.nu.1.pag.509.Iaſ.in l. 2.num.98.quæſt.42.C.de iure emphyt.
Ruin.in d.conſ.58.nu.4.uol.1.Ioſeph. Ludouicus in decis. Peruſ. 22.
num.4.ex communi doct.ſententia. &ſi Imol.in d.§.ſi fundum,& Ias.
ibidem num.4.contrarium ſenſerint;quia cum ſolum ſit expreſſum in
d.auth.qui rem,ut emphyteuta eccleſiæ poſsit ob rei deterioratione͂
expelli, non debet intelligi diſpoſitum in emphyteuta priuati, cum
5 nunquam habeat locum pœna priuationis iuris ſui, niſi exptesſe dica
6 tur,§.cum igitur.in auth.de non eligend.ſecundo nub.ad quam ratio
nem poteſt reſponderi,quòd caducitas non dicitur eſſe pœna:nam ue
re non irrogatur pœna,per quam aliquid, quod ptoprium ſit, abfu-
turum ſit,& ptoprie pœna dici non poteſt,l.damnum.ff.de dam.infe-
cto.

ćto ſed eſt certa lex,& cōditio rei,q̃ dat̕ q̱,ē p̱miſſū.l.ob res.§.1.ff.de pact.
dotal.ad tradita p̱ Franc.Mant.de coniect.vltim.volunt.lib.11.tit.18.nu.
3.Ideo,cū ſit natura contractus,ſit extentio de vno ad aliū,vt dicit Bero.
in conſ.125.nu.7.vol.1.& pōt etiā dici,q̱ ſatis eſt hoc expreſſū in emphy-
teuta priuati,cū iure cautū ſit q̱ ceſſante cā conceſſionis ceſſat ipſa conceſ
ſio ,& idē diſpoſitū ſit in feudo,&in vſufructu,& in cōductore ſimplici,
a quib⁹ ad emphyteuſim valet iſto caſu arg.vt cōſiderāt ſupracitati doct.
Ideo non recedas a communi ſententia, vt etiam emphyteuta priuati ca-
dat a iure ſuo ob rei deteriorationem.

7 PRIMO ampliat̕,vt emphyteuta,qui plures res accepit in emphyteu
ſim ſimul,ac eodē contextu,& p̱ vno oiū canone cadat ab oib⁹, & aliis re
bus,in quib⁹ non eſt male verſat⁹,ſi vnā ex illis reb⁹,quas accepit,deterio-
rauit,& ī ea fuit male verſat⁹, vt poſt Ricard.Malumbr.& Oldr.trad.Bald.
in l.cū eiuſdē,ī fine.ff.de ædil.edicto.Andr.Barb.in addit.ad Bal.ī l. æde.
ſub nu.14.verſ.ſed quid ſi ex plurib⁹ reb⁹.C.loc.Tiraq. alios citans de re-
tract.lign.§.23.nu.4.gl.1.Gul.Reod.in d.tract.de reb.eccl. non alien. de
caducitate ob rei deter.nu.15.pag.507.Caſſan.ī cōſuet.Burg.rubr. 4. §.6.
pag.619.nu.7.Rol.in conſ.49.nu.15.vol.2.poſt Barb.in conſ.36.in 2.du-
bio.verſ.ſed circa hūc articulū,& Alber.Bru.ī tract. de augmēto monetę,
8 concluſione 22.quos ipſe cit.Ioſ.Ludou.ī deciſ.Per⁹.22.nu.6.nā paria sūt
canonem non ſoluere, & emphyteuſim deteriorare.d.auth. qui rem. C.
de ſacr.eccl.ſicut ergo ob non ſolutum canonem emphyteuta priuatur
omnibus rebus, quas ſimul, & eodem,& p̱ vno canone conduxit,vt dixi
ī de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem in ſexta ampliatione;ita
9 omnibus debet priuari ob rei deteriorationem.

SECVNDO ampliatur,vt emphyteuta pp̱ leuē deteriorationē em-
phyteuſim amittat,qñ in receptione ēphyteuſis p̱miſit vti re arbitrio bo
ni viri,& illā meliorare,& nō deteriorare:nā illud pactū intelligit̕ ēt de le
10 ui deterioratione,vt aliquid operet̕, c.ſi Papa.de priu. in 6. l.ſi quando.de
leg.3.nā in contractibus nullū verbum,etiā minimum, debet eſſe ſuper-
fluum,vt ſcriptum reliquit Bald.in rubrica C.de contrah.empt. quæſt. 9.
& probatur ex multis doctrinis,quas affert Natta in conſ. 481.num. 14.
cum pluribus ſeq.vbi in terminis noſtris concludit, emphyteutam, qui
recepit rem ad meliorandum,& non deteriorandum, cadere ab emphy
11 teuſi propter leuem deteriorationem,ſicut propter eandem leuem dete-
riorationem cadir ille emphyteuta, qui promiſit, & iurauit vti emphy-
teuſi arbitrio boni uiri : nam iſte incidens etiam duas arbores, & ſic leui
ter deteriorans , non dicitur arbitrio boni uiri uſus,& poteſt expelli, ut
tradit Bero.in conſ.120.nu.34. & ſeq. uol.1. per tex.in l.æquiſſimum. §.
1.cum ſeq.iuncta l.1.cum gloſ.C.de uſufr.& per not.per Alex. in conſilio
129.lib.2.dū dicit,q̱ ruſticus,q̱ promiſit laborare arbitrio boni uiri, pōt

12 expelli,ſi non colit,vt iura expoſcunt: quia non dicit̃ arbitrio boni viri co
lere, vt etiam ſcriptum ruſus reliquit idẽ Bero.in cõſ.125.nu.6.&8.vol.1.

13 TERTIO ampliatur, vt emphyteuta ꝓpter rei deteriorationẽ nedũ
emphyteuſim,ſed ẽt meliorationes in ipſa factas amittat, vt eſt tex.in §.ſi
vero quis,aut locator,in auth.de alienat.& emphyt.& in d. auth.qui rem
C.de ſacr.eccl. vbi gl.fin.& Cag.nu.13.in 2.notab.poſt Salic. & Iaſ.ſub nu.
3.verſ.2.differentia.hoc notat,inquiens,quòd idẽ tradit Dec. in conſ. 518..
dũ firmat, ꝙ emphyteuta,qui reperitur in culpa,perdit melioramenta,vt
ẽt latiſſime ꝓbat Natta in conſ.442.vbi ẽt oſtendit id verũ,licet ẽphyteu-
14 ſis,q̃ in parte fuit deteriorata;fuerit etiam in parte meliorata ; quia non
fit compenſatio ad excuſandum emphyteutam , vt tenet etiam Bero. in
d.conſ.120.nu.32.vol.1.& Iaſ.in d.auth.qui rẽ.nu.8.& ibidẽ Cagn.nu. 43.
in vltimo notab.Roland.a Valle cõſ. 49.nu.16.vol.2.aſſerens hanc eſſe cõ
munẽ opinionẽ poſt Picũ in repet.l.Titia cũ nuberet.§.Titiæ.nu.115.in fi
ne,de legat.1.quem ipſe citat,quicquid ſenſerit Ioſeph Ludou.in deciſ. Lu
can.deciſ.8.nu.12.poſt Cor.in conſ.67.nu.7.vol.2.& ſcripſerit Dec.in d.au
th.q rẽ.nu.14.in ſexto notab.& Gul.Reod.in tract. de reb eccleſiaſt. nõ a-
lien.de caducitate ob rei deteriorationẽ,nu.21.pag.507.q ambo ſenſerũt
quòd vbi melioramenta excederent in æſtimatione rei deteriorationem,
eatenus & quatenus excederent, non fieret priuatio: quia compenſaren-
tur melioramenta cum deterioratione rei pro rata , freti nonnullis ratio-
nibus , quibus reſpondent Natta,& Cagnol. locis ſupra citatis.

15 AMPLIATVR quarto,vt res ob rei deteriorationẽ ita cadat in cõ-
miſſũ,vt deterioratio facta p patrẽ noceat filiis, & aliis in inueſtitura cõ
prehẽſis,ita in terminis tradit Ant.Gab.in ſuis cõibus opinionib⁹,lib.3.de
iure emphyt.concluſ.2.nu.32.verſ.1.amplia,ex ſententia Speculatoris in §.
nũc aliqua,verſ.78.tit.de locat.qui tñ hoc non dicit,ſed ꝓbatur ex iis, q̃ di
cã infra,de cauſa priuationis ob non ſolutũ canonẽ , in ſeptima,& octa-
ua ampliatione, ꝙ intellige,niſi deterioratio facta ſit in fraudẽ,vt alii cõp
hẽſi excludant̃,vt ibidẽ dicã : qa paria ſunt canonẽ nõ ſoluere, & emphy
teuſim deteriorare,vt eſt text.in auth.qui rẽ.C.de ſacr.eccl.vbi Bald.nu.2.ĩ
2.not.Dec.nu.5.Iaſ.num.4.Cagnol.num.13.in 2.notab.& alii hoc notant.
& faciunt , quæ dicam infra de cauſa priuationis ob alienationem irre-
quiſito domino factam , ampliatione quadrageſima tertia.

16 AMPLIATVR quinto,vt res pp rei deteriorationẽ reuertat̃ ad do
minũ directũ libere abſq; aliquo onere hypothecæ, ſeruitutis , aut alteri⁹
obligationis,vt dicã ĩ de cauſa priuationis ob alienationẽ irrequiſito dño
factã,ãpliatione 47.et de cauſa priuationis ob nõ ſolutũ canonẽ ampl. 34.

17 AMPLIATVR ſexto vt emphyteuſis ob rei deteriorationẽ reuertat̃
ad dñũ vna cũ fructib⁹ pẽdẽtib⁹ ẽt maturis,ſi nõ ſint ĩ horreo recõditi,aut
a ſolo ſeparati,vt dicã ĩ de cã priuat.ob nõ ſolutum canonem,ampliat.37.

18 SEPTIMO ampliat᷑, vt emphyteuta ob rei deterioratioñe cadat ab emphyteuſi ipſo iure, dño voléte, nec requirat᷑ iudicis ſñia, vt tradit Iaſ. in l.2.n.99.C.de iure emphyt. cuius opinio, & verior eſt, & magis cõis, vt teſtat᷑ Cagn.in d.auth.qui rem.nu.38. in 3.notab.C.de ſacr. eccl.ná cũ is, qui rem deteriorauit; incurrat eaſdem pœnas, quas incurrit ille, qui canoné nõ ſoluit: ſicut canoné nõ ſoluens ipſo iure, dño volente, emphyteuſi priuat᷑, vt dicã ĩ de cã priuationis ob nõ ſolutũ canonem, ãpliat.43. ita iſte ipſo iure, dño volente, priuat᷑, vt ꝑbatur ex d.§.ſi vero quis aut locator, in auth.de alienat.& emphyt. & ind. auth.qui rem.C.de ſacre.eccl. ꝙ etiã ſentit Bero.in cõſ.125.p totũ.vol.1.dũ cõcludit ex cõmuni opinione, emphyteutã, qui rem deteriorauit; poſſe ꝓpria auctoritate expelli; cuius tñ dictũ non puto verũ, nec eſſe cõiter receptũ, cum magis cõis, & verior
19 doct.ſñia ſit, vt requirat᷑ declaratoria iudicis, ſi ẽphyteuta negat rẽ eſſe deuolutã, non ad effectũ, vt res cadat in cõmiſſũ: quia hoc contingit ipſo iure facta domini declaratione: ſed ad effectũ, vt emphyteuta remoueat᷑ a poſſeſſione, Ioan, Bapt.Ferret.in cõſ.121.ſub n.6.verſ.2.reſpõdet᷑, Hier, Cagn.in l.ſi quis maior.n.107.C.de trãſ.nã ẽt vbi qs eſt ipſo iure priuat᷒ requirit᷑ iudicis ſententia nõ ad ſubſtantiã eſſe, ſed ad executioné eſſe, vt docet Bald.in c.1.de feud.ſine culp.non amitt.p not.p Ioan.Andr.in c.ꝓ
20 humani, de homic.in 6.in nouell.vt eũ refert, & ſequit᷑ Ruin.in conſ.57. col.1.verſ.ſi vero quęrit᷑.vol.4.quia õĩa iura mũdi, ex quib᷒ aliqua pœna ipſo iure imponitur; debent intelligi, vt præcedat ſententia iudicis declaratoria, vt pœna poſſit cũ effectu iponi, & executio fieri, vt tradit Ruin.in conſ.2.nu.9.vol.5.ex ſentẽtia Ioan.Andr.& Archidiac.in c.1.de homicid, lib.6.per tex, optimum in c.cum ſecũdum.de hęretic. eod.lib.6. vbi idem notãt prędicti doct.& Bald.in auth.qui Semel.C.quomodo, & qñ iudex, & in auth.hoc amplius.C.de fideiuſſoribus, & Alex.in l.ſi quis maior, col, vlt.C.de trãſact. Quod maxime videtur verũ in caſu ꝓpoſitæ quæſtionis quia, cũ nõ ex õĩ deterioratione priuetur ẽphyteuta, vt patet ĩ ex prima declaratione hui᷒ priuationis.n.21. cõſequẽs eſt, vt requiratur ſñia iudicis, qua declaret, deterioratioñe fuiſſe talẽ, vt emphyteuta poſſit a dño expelli, ad tradita p Afflict.dec.97.cũ alijs, quos citat, & ſeqtur Cagn.in d. auth.q rẽ n.39.& faciũt, ꝙ dicã ĩ, de cã priuat.ob nõ ſolutũ canoné, qſt. 11.vbi ẽt ĩ ſequẽtib᷒ quęſtionib᷒ habes alias qſtiones ad has ptinẽtes. An aũt dñs recipiẽdo canoné poſt deterioratioñe factã, dicatur caducitaté remittere, vide ĩ de cã priuat.ob alienat.irrequis. dño factã, limit.40. & de cã priuat.ob nõ ſolutũ canoné, 21.limit.vbi vide. Et an dñs poſſit poſt morté illius, qui deteriorauit, facere declaratioñe ad iducẽdã priuatioñe vide ĩ eadẽ cã priuat.ob non ſolut. canon.ãpliat.45.verſ.oportet ꝑterea.

21 OCTAVO ampliatur, vt emphyteuta propter rei deteriorationem poſſit a domino ſtatim expelli, non expectato biennio, vt

notat Dec.in d.auth.q rē.n.12.in 4.not.C.de ſac.eccl.& Gul. Reod.de reb,
eccl.nō alien.de caducitate ob rei deteriorat.nu.17.& ſeq.pag.507. aſſi-
gnantes rōnē manifeſtā differētiæ inter nō ſolutionē canonis,& rei de-
22 teriorationē:qa culpa,q̄ in faciēdo cōſiſtit, vt eſt culpa in deterioratio-
ne;grauior reputat̃,q̄ culpa,q̄ conſiſtit in omittendo, vt eſt non ſoluere
canonē,gl.in l.ſi mora.ff.ſol.matr.Ideo nō valet arg.de eo, ꝙ fit in cōmit
tēdo,ad illud,ꝙ fit i omittēdo,vt not. Bart.i l.licet.§.fi.ff.de pecul.& arg.
tex.in l.argētarius.§.cū aūt vbi.Bald.ff.de edē. Vnde culpa leuiſſima i faciē
23 do æq̄parat̃ leui in nō faciēdo , vt tradit Bart.in l.ꝙ Nerua,in 7.quæſt.ff.
depoſiti. Ideo merito pp deteriorationē ſtaii ēphyteuta expelli pōt a dño.
24 DECLARATVR primo id ꝙ dictū eſt, emphyteutā ob rei dete-
riorationē iure ſuo priuari,vt ꝓcedat tribus copulatiuè cōcurrētibus,vi
delicet,ꝙ rei deterioratio ſit magna,qa modica deterioratione emphy-
teuſis nō ꝑditur:nā de minimis nō curat p̃tor.l.ſcio.ff.de in integrū reſtit.
Itē ꝙ deterioratio ſit in ꝓprietate, & reſpectu rei, & nō reſpectu fructuū
& ꝙ ꝓceſſerit dolo,lata culpa, vel leui. nā de leuiſſima nō tenetur ēphy-
teuta,ita Iaſ.in l.2.n.98.C.de iur.ēphyt.Bald.n.2.ver. 2.nota.in d.auth.q rē
C.de ſacr.eccl.& ibid.Iaſ. nu.7.verſ.limita p̄dicta,Gul.Reod. de reb.eccl.
nō alien.de caducitate ob rei deteriorationē.n.19.pagina 506.Menoch.
de arb.iudic.q̄ſt.lib.2.cētur.1. caſu 78.n.6. Ioſeph Lud. in deciſ. Peruſ. 22.
nu.21.& ſeq.& deciſ.Luc.8.n.13.vbi inq̄t,ēphyteutā nō priuari ex eo,ꝙ
remouerit vnā macinā de mo lēdino:qa hoc nō cōcernit dānū dñi,ſed ē
phyteutę,Rolan.cōſ.49.nu.21.vol.2.Dec.in l.contractus,n.35.de reg.iur.
Burſ.i cōſ.91.nu.3. vbi hāc eoēm dicit,vol.1.Marius Anguiſ.cōſ.99.nu.14.
Dec.in d.auth.q rē.n.3.& Cagn.n.26. q ābo ſequūtur Bald. p̄terq̄ in eo,
ꝙ req̄rat̃,vt deterioratio ꝓceſſerit dolo,lata culpa,vł leui,et nō leuiſſima,
de qua ſecūdū Bald.nō tenetur emphyteuta, tū qa culpa leuiſſima in fa-
ciendo æq̄parat̃ leui in omittēdo iuxta not. p gl. & doct. in l.ſi mora.ff.
ſol.matr.tū qa tex.in d.auth.q rē,& in corpore, ūde ſumit̃,ſimpliciter,&
indiſtincte loq̄t̃ de faciēte rē deteriorē.Ideo debet generaliter , & indiſ-
tincte intelligi,quomodocūq;id fiat.l.de p̄cio.ff.de publicia.in rē act.l.1.
25 §.generaliter.de leg. pręſt.ſed,q̄uis ēphyteuta ob paruā rei deteriorat. ex
pelli non poſſit,vt tenuerunt ēt Iaſ. in l.diuortio.§. ſi fūdū verſ.iſtā coēm
26 ff.ſol.ma.& ibid.Caſt.& Alex.col.2. Ang. in l.ſi colonus.ff. arb. furt.cæſ.
Rol.q alios citat , in d. conſ.49.nu.20.vol.2. tenet̃ tñ ad refundēdū inte-
reſſe,vt declarat Caſt.in d.auth.q rē,& Rol.loco ſ̄ citato,& Gul. Reod.in
d.trac.de reb.eccl.nō alienādis, de caduc.ob rei deterior.n.8.pag.506.Et
ā ſit parua,vł magna deterioratio,q̄ faciat rē icidere i cōmiſſū,arbitrio iu
27 dicis relinquitur ſm̄ qualitatem rerum , & pſonarum , Bal.in l.æde.n.14.
C.locati.& ante eum Cin.in d.auth. qui rem.& poſt ipſum Barb. in conſ.
51.col.2.lib.1. & conſ.21. col.pe. vol.2. Tiraq. in l.ſi vnquā in verbo om-

nia

nia,num. 31. C.de reuocand.donat.& moderni Pariſ.in conſuetud. Pariſ.titulo 1.§.1.gloſ.8.num.54.in fine,quos omnes refert, & ſequitur Menoch.de arb.iud.quæſt.d.centuria prima.lib.2.caſu 78.num.7.ſequitur Ioſeph Ludouic. in deciſ. Peruſina 22.num.17.& deciſ. Luc. 8.num.11. & tradit ex communi doct. ſententia Burſ.in d.conſil. 91. numero 3.vol.1.& ibi plures alios in hanc ſententiam citat. Quando autem emphyteuta debet reſpondere de tertia parte fructuum domino,tunc ob deteriorationem,etiam circa fructus, emphyteuta poteſt expelli,ut tradit Tob. Non.in conſil.58.num.17.verſic.Angelus.

SECVNDO declaratur id, quòd dictum eſt emphyteutam ob inciſionem arborum iure ſuo priuari,& expelli poſſe,non procedere,
28 quando emphyteuta,qui arbores frugiferas incidit, alias in earum locum ſupplantauit,& ſubſtituit,ita Iaſ. in d.l. diuortio.§.ſi fundum.ante numerum.5.uerſic.ſecũdo limita.ff.ſol.matr.ex ſententia Angel. Raphael.Caſtr.& Alex.ibidem,& Angel. in l.ſi colonus.ff.arb. furt.cęſ.& in l. in fraudem.§. conductor.ff.de iure fiſci,ut voluit etiam Cæpol.de ſeruit. ruſtic.præd.c.22.de montibus.num.13. ex ſententia eorundẽ doct.qui tamen in meis codicibus hoc non dicunt. Ideo quod ſupra dictum eſt,non ſimpliciter eſt intelligendum: ſed in arboribus vetuſtis, aut corruptis, ut declarat Tiraq.de retract.conuent.§.3.gloſ. 1. & vnica.num.26.& voluerunt Caſtr.& Alex.in d.§. ſi fundum, & Angel.in d. l.ſi colonus,ut etiam animaduertit Guliel.Reodan. in d. tracta.de reb.eccl.non alien.de caducitate ob rei deteriorationem, uerſ. & vt diſcurratur.num.13.pag.510.& videtur ſentire Ioann.Maria Riminald.in conſil. 74.num.16.uol.1.quoniam conſtat arbores frugiferas paulo uetuſtiores multo fœcundiores eſſe,quàm iuniores, & ſuauiores fructus afferre eſſe ſolitas,ut inquit Tiraq.loco citato. Ideo nõ poſſunt incidi,etiam ſi earum loco aliæ ſubſtituantur, & ſupplantentur,cum in hac materia non fiat compenſatio meliorationis in vna parte cum deterioratione in alia parte ut euitet̃ caducitas, vt diximus ſupra in tertia ampliatione huius priuationis,quicquid ſcripſerit Io.Ma. Rim.in cõſ.74.num.17.uol. 1.

TERTIO declarat̃,niſi ẽphyteuta has grandes arbores ĩcideret ad
29 refectionẽ fundi,uel ædiũ,cui⁹ ſũt:nã tũc in pœnã priuationis ẽphyteuſis non incideret,vt tradit Ioſeph Ludo.in deciſ.luc.deciſ. 8.nu.9. poſt Anguſc.cõſ.14.& tenet Bald.in d.l.diuortio.§.ſi fundũ. verſ. ſed quid ſi domus. ſol.matr.& ibid.Alex.nu.2.ꝗ licet animaduertat, tex. in l.arborib⁹, in prĩc.ff.de uſufr.ꝑ quẽ tex.mouet̃ Bal.loq; de arborib⁹ euulſis,vel vi ventorum deiectis, Baldi tamen ſententiam ſequitur, & comprobar, & l. Sylua, ibi, ex non cędua.ff.eod.tit.de vſufruct. qui

tamen non ſimpliciter id permittit, ſed tum demum, ſi fundus non fiat deterior, vt admonet Tiraq.in d.tract.de retract.conuent.§.3.gl. 1.& vnica.num.29.Opinio tamen Baldi eſt de mente gl.in d.§.ſi fundum.in verbo teneri,in fine,quem ſequitur etiam Guliel. Reodan. in d.tract.de reb.eccl. non alien. de caducitate ob rei deteriorationem, verſ.& vt diſcurratur,num.22.pag.511.

30 QVARTO declaratur, niſi fundus emphyteuticus ex inciſione huiuſmodi arborum fieret fructuoſior, quàm eſſet antea: quia tunc emphyteuta poſſet illas incidere abſq; periculo priuationis iuris ſui, vt voluit Cæpol.in d.tract.de ſeruit.ruſtic.prędiorum.cap.22.de montibus.quęſt.5.niſi canon ſolui debeat in tot plauſtris lignorum ex illis arboribus,& ex illo nemore:quia tunc non poſſet, ſequitur Ludouic. Bologn.conſ.67.cor mundum,ſub nu.8.& Tiraq. de retract. conuent. d.§.3.gl.1.& vnica,num.27.qui tamen num.ſeq.dicit hoc ex eo pendere, an emphyteuta poſsit mutare formam fundi, eum meliorem, ac fructuoſiorem reddendo,& multos au ctores id tractantes adducit, de quo diximus ſupra de cauſa priuationis ob mutatam rei formam.ſub numero 6.

31 QVINTO declaratur, niſi grandes arbores, quas excidit emphyteuta, ſint in fructu, vt puta, quæ ſoleant excidi ad vſum lignandi, vel ędificandi, vt declarat Tiraq.d.tract.de retract.conuent.§.3. gl.unica.num.25.ex ſentẽtia Baldi.in d.§.ſi fundum. Ioa. Faber in §. 1.inſtit. de locato.& Alex.in conſ.118.lib.5.& Franc.Cur.ſen.in cõſ. 71.ſuper controuerſia,col.pen.verſ.condeſcendo ad quartũ, & Paul. a Monte Pico in rep.l.Titię.§.titię. quę.36.nu.93.de leg.2.vbi ẽt id declarat,vt eſt apud ipſum videre,vel niſi ſint grandes arbores, ex quibus non poteſt percipi aliquis fructus,niſi incidantur:nam ſi inciſæ renaſcantur,dicuntur arbores cæduæ, & ſunt in fructu; Ideo poſſunt ab emphyteuta ſuccidi,etiam ſi tarde germinent, modo aliquando renaſcantur,Franc.Beccius conſ.33.num.6.& ſeq.

32 SEXTO, & vltimo declaratur, niſi fuiſſet initum pactum inter emphyteutam,& dominum,vt ob rei deteriorationem non poſsit expelli:quia huiuſmodi pactum valet, & tunc emphyteuta ob rei deteriorationem expelli non poſſet ſecundum Specul. in §. nunc aliqua. quęſt.89. num. 112. de locato. & Iaſ.in d.l. ij. num. 119. verſ. ſimiliter ſecundum eum. C. de iure emphyt.& Guliel. Reodan. in d.tract. de reb. eccl. non alienandis, de caducitate ob rei deteriorationem, numero 22. pag. 508.

DE

DE CAVSA PRIVATIONIS OB ALIENATIO-nem irrequiſito domino factam.

1 *EMPHYTEVTA alienans emphyteuſim abſq; domini licentia, & eo irrequiſito, a iure ſuo cadit.*

2 *RATIO, quare emphyteuta in alienatione teneat dñm reqrere.*

1 DECIMA QVARTA ex cauſa iure ſuo priuatur em-
phyteuta, ſi emphyteuſim alienet abſq; domini licẽtia, &
eo irrequiſito l.vltima.C.de iure emphyt. vbi Bart. Bald.
Salic. Iaſ.& alij in principio. c.potuit.de locat. & ibidẽ
Abb. Ant.de Butr. Petr.de Anc.Ber.& Imol.in princ.Iaſ.in l.non ſolũ.
ſ.morte.nu.23.ff.de noui oper.nunciat.Hier.Cagnol.in auth. qui rẽ.
nu.23.C.de ſacr.eccl.Pariſ.cõſ.86.nu.13.vol.4.Alciat.in conſ.753.
nu.1.& eſt cõmunis regula, vt inquit Soc.Iun.in cõſ.70.nu.14.vol.3.
Iul.Clar.lib.4.ſententiarũ receptarũ in.ſ.emphyteuſis, quæſt.13.in
princ.Guliel. Reod.in tract. de reb. eccl.non alienãdis, de caducitate
ob rei alienationẽ, pag.515.nu.1.& ſeq.Alex.in conſ.106.nu.4.vol.
4.Cor.in conſ.166.nu.4.vol.2.Alex.in conſ.113.in princ.vol.4.Bal.
in c.cumana.nu.3.de elect.Ceph.cõſ.95.num.21.vol.2.Cuius rei du-
plex eſt rõ, vna, vt dominus poſsit offerre idem pretiũ, ſi ipſe rem eme
re voluerit, d.c.potuit, & d.l.fin.de iure emphyt.altera eſt, vt propter
cõſensũ, & receptionẽ noui emphyteutę dominus laudemiũ cõſequa
tur, quod ſoluere tenentur omnes, qui recipiuntur non conprehenſi in
2 primo contractu conceſsionis, &, vt eccleſia pro domina regnoſcatur,
nec neceſſe habeat probare dominiũ, ſi vellet agere, & rẽ vẽdicare ad
uerſus extraneũ, in quẽ res eſt alienata, ꝙ eſſet ei difficile, vt declarat
Bar.in l.in cõuentionib.ff.de verb.ſignific.& in l.q Romę.ſ.duo fra-
tres.in pen.col.de verb. obligat. & ſcribentes cõmuniter in d.l.fin.C.
de iure emphyteut.vt teſtatur Bero.in conſ.123.nu.4.vol.1. & tradit
Hier.Gab.cõſ.84.nu.9.& ante ipsũ Aret.in conſ.41.num.4.& 5.

AMPLIATIO I.

1 *EMPHYTEVTA alienãdo irrequiſito domino, cadit a iure ſuo etiã ſi nullũ pactũ factũ fuerit inter ipſum, & dominum circa alienationem rei emphyteuticæ, & melioramentorum.*

2 *PARIA ſunt canonẽ nõ ſoluere, & ẽphyteuſim irreqſito dño alienare.*

1 AMPLIATVR primo, vt emphyteuta ꝑꝑ alienationem
factam irrequiſito domino cadat a iure ſuo, etiam ſi nullũ
pactum fuerit inter dominum, & emphyteutam circa
alienationem rei emphyteuticę, vel melioramentorum,

 vt tradit

vt tradit Iaſ.in d.l.fin.num.8.C.de iure emphyteut.ſicut cadit etiam, ſi canonem non ſoluat, dato quòd ſuper non ſolutione nullæ pactiones inter dominum, & emphyteutam interuenerint; quia hoc venit ex natura contractus emphyteuſis, vt notat Iaſ.in l.2.in 4.notab.num.4.
2 C.de iure emphyteut.& ibidem Salic. in principio, & Alberic. nu. 1: & paria ſunt canonem non ſoluere, & emphyteuſim irrequiſito domino alienare, vt dicit Ancar.in d.c.potuit.de locato.num. 8. & Barth. Soc.in conſ.208.num.5.vol.2. Alex.in conſ. 106.ſub num.4. vol. 4. Ruinus conſ.166.num. 13.vol.1.

AMPLIATIO II.

1 *EMPHYTEVTA, cui in inueſtitura fuit data poteſtas, & licentia vendendi cuicunq; voluerit, alienando irrequiſito domino cadit a iure ſuo ſecundum Specul.& nonnullos alios, quorum ſententia communiter damnatur.*

2 *PACTVM ſuper contractu locationis appoſitum in dubio intelligitur ſecundum naturam cõtractus, quamuis nihil operaretur.*

3 *IVRAMENTVM recipit conditionem ipſius contractus.*

4 *STIPVLATIO in actu interpoſita recipit naturam ipſius cõtractus:*

5 *EMPHYTEVTA, cui in inueſtitura conceſſa eſt licentia alienandi in quemcunq; voluerit; poteſt emphyteuſim impune domino irrequiſito alienare ſecundum communem, num.9. & num.17.vbi hoc limitatur.*

6 *VERBA pacti debent aliquid operari.*

7 *PROPTER licentiam alienandi emphyteutæ conceſſam in inueſtitura non dicitur facta remiſſio laudemij ſoluendi domino pro inueſtitura.*

8 *EMPHYTEVTA vigore licentiæ alienandi in inueſtitura ſibi conceſſa non poteſt propria auctoritate introducere emptorem in poſſeſſionem; ſed debet requirere dominum, vt illum ponat, & dominum expectare per duos menſes:*

10 *CONDVCTOR caſum tempeſtatis in ſe recipiens, tenetur ſolum de caſu tempeſtatis, quę ſterilitatem induceret.*

11 *LOCATOR, caſum tempeſtatis in ſe expreſſe recipiens, non ſolum de ſterilitate, ſed etiam de tenuitate fructuum tenetur.*

12 *CREDITOR, cui per pactum fuit conceſſum, vt pignus vendere poſſet:*

ſet; non tenetur prius ipſum debitorem admonere.

13 *SERVITVTEM prædialem habens non poteſt illam alteri cedere ſine prædio, niſi tempore conſtitutionis ſeruitutis fuerit inter partes conuentum, vt is, cui ſeruitus conceſſa fuit; illam in alium transferre poſſit.*

14 *EMPHYTEVTA, quàmuis teneatur facere, quæ ſunt de natura contractus emphyteutici; tamen, ſi fuit aliter conuentum, pactum contra ius commune ſeruatur.*

15 *CONTRACTVS ex partium conuentione, etiam contra illorum naturam, legem accipiunt.*

16 *STIPVLATIO conuentionalis, & voluntaria non interpretatur ſecundum naturam contractus, ſi ex hoc ſuperflua redderetur.*

17 *EMPHYTEVTA, cui in inueſtitura fuit conceſſum, vt poſſit vendere cuicunq; voluerit, exceptis tamen potentioribus, eccleſijs, pauperibus & illegitime natis; an poſſit emphyteuſim irrequiſito domino alienare.*

18 *LICENTIA alienandi primo emphyteutæ in inueſtitura conceſſa, intelligitur etiam data ſecundo emphyteutæ, licet hoc non ſit dictum, cum de eadem emphyteuſi fuit inueſtitus.*

1 AMPLIATVR ſecundo, etiam ſi in inſtrumento emphyteuſis actum fuerit, vt emphyteuta habeat poteſtatem, & licentiam vendendi cuicunq; voluerit; nam hoc pactum debet intelligi in terminis iuris communis, videlicet dummodo hoc faciat de licentia, & voluntate ipſius domini, pro vt de iure cõmuni fieri debebat: quia, cum hoc ſit de natura contractus, non videtur dominus dediſſe huiuſmodi licentiam, niſi ſecundum formam legis, ut eo requiſito, valeat alienare, ita Specul. in §. nunc aliqua, quæſt. 94. nu. 117. in tit. de locato per l. ſi quãdo. C. de inoffic. teſtam. & l. ſi non ſpeciali, C. de teſtam. c. eccleſia noſtra. extr. de elect. fretus etiam auctoritate Iacob. Butrigarij, quem ipſe citat. & eundem ſequuntur Alex. in cõſilio 106. viſo themate inſtrumenti, nu. 3. & 9. uol. 4. Bero. in coſ. 44. num. 20. uol 1. & in conſ. 122. num. 22. & in conſ. 103. num. 19. uol. eod. Soc. iun. coſilio 70. numero nono. volumine 3. Afflict. deciſ. 307.

numero

numero 21.quam opinionem late ſequitur Calcan.in conſ.50. pro vt
eum citat Dec.in conſ.614.nu.2.pro qua vltra l.ſi quãdo.C.de inoſ-
2 fic.teſtam.facit,quòd pactum ſuper contractu locationis appoſitum
in dubio intelligitur ſecundum naturam contractus,quamuis nihil o-
3 peraretur,l.quęro.§.inter locatorem. ff.locati, & quòd iuramentum
appoſitum,quod habet ſpecialem naturam, recipit conditionem ip-
ſius contractus.l.fin.C.de non numerat.pecun.facit etiam l. ſi ſtipula
tus.ff.de vſur.& l.ſi inſula.ff.de præſcript.verb.l.ſi uno.in princ.ff.lo-
cati, ubi uerba in contractu appoſita ſecundum naturam contractus
4 accipiuntur, etiam illa impropriando; & ultimo facit, quia ſtipula-
tio, in actu interpoſita, recipit naturam ipſius contractus.l.ſi legatis,
ſecundum unam lecturam,de leg.1.Veruntamen cauẽdum eſt a ſupra
dicta Speculat.opinione, & aliorum, qui eum ſequuntur: quia con-
5 trarium, quòd emphyteuta, cui in inueſtitura conceſſa eſt licentia
alienandi in quemcunq; uoluerit; poſsit impune domino irrequiſito
alienare,tenet Salic.in d.l.fin.num. 2.C.de iure emphyt. motus, quia
uerba pacti debent aliquid operari, l.ſi ſtipulatus,de uſur.l. ſi quan-
do, de leg.1.c.ſi Papa,de priuileg.in 6.Vt ergo uerba iſtius pacti nõ
ſint fruſtratoria,ſed aliquid operẽtur,intelligenda ſunt, ut poſſit alie
nare cuicunq; uoluerit, etiam ſine concenſu domini,nam etiam abſ-
7 que illo pacto,De cõcenſu domini,potuiſſet,cui uellet,alienare, in-
quit tamen Salic. quòd per illa uerba non intelligitur facta remiſsio
laudemij ſoluendi domino pro inueſtitura :quam Saliceti ſententiã
amplectuntur Bald.in d.l.fin.num.3.& ibidem Iaſ.nu.4.& 5.C.de iure
emphyt.Imol.in d.c.potuit,de locato.num.64.per ſupradictum fun-
damentum proxime adductum,quòd aliàs dictum pactum nihil ope
8 raretur,ſubiungens tamen,quòd uigore iſtius pacti nõ debet emphy
teuta propria auctoritate introducere emptorẽ in poſſeſsionem: ſed
debet requirere dominum,ut illum in poſſeſsionem ponat, & etiam
dominum expectare per duos menſes, ut in l.fin. C.de iure emphyt.
9 quia quo ad hoc per pactum prędictum non dicitur dictæ legi dero
gatum;&,ſi aliter faceret, & uenditor emptorem propria auctoritate
in poſſeſsionem induceret,res in commiſſum incideret,ut poſt Guid.
Pap.in conſ.46.tradit Marian.Soc.in conſ.70.num. 10. uol. 3. Idem
quòd ſtante huiuſmodi pacto in inueſtitura,poſsit emphyteuta irre-
quiſito domino alienare,tenet Alex.in conſ.172.num.6.uol.2.Ro-
man.ſingulari 475.ẽphyteuta non poteſt.Dec.conſ.614.nu.5.Ruin:
conſ.81.nu.6.& 7.uol.1.Iacob.de ſacto Georgio de feud. in uerbo,
Ita quod etiam uaſalli,& eorum ſucceſſores.num.1.Marc.Mant. in
trac. de iure protomiſ. nu. 19. Bald.in rubr.ff.de rerum diuis. quæſt.

45.& in

45.& in l.cũ eſſent.§.fin.ff.de ſeruit.ruſtic.pręd.vbi inquit,quòd emphyteuta poteſt facere alium emphyteutam,ſi inſtrumentum emphyteuſis dicit, quòd recipit emphyteuſim pro ſe, & cui ius ſuum concedere voluerit: nam, ſi vendit,non requiritur alius conſenſus domini: idem in terminis noſtris vult etiam Hier.Torniell.in rubr.de verb. obligat.num.156.vt ipſum refert,& ſequitur Iul.Clar.lib.4.ſent.recept.§.emphyteuſis,quæſt.13.uerſ.ſed pone,Roland.a Valle conſ.79.num.25.& 31.vol.2.qui teſtatur, opinionem Speculatoris, & aliorũ ſequacium eſſe communiter reprobatam:quam late etiam impugnat, tenendo communem opinionem,Bero.in d.c.potuit.num.6.& ſeq.de locato,ne pactum ſit fruſtratorium: quam ſententiam etiam ſecundo

10 loco cõfirmat ex not.theorica Sal.in l.licet,in fine.C.locat.vbi,ſi conductor caſum tempeſtatis in ſe receperit,illud operatur, vt ſolum teneatur de caſu tempeſtatis,quæ ſterilitatem induceret: quia ſic vltra

11 ius commune aliquid operatur, Si vero locator hunc caſum tempeſtatis expreſſe in ſe recepit,operatur vltra ius commune, quòd teneatur non ſolum de ſterilitate, ſed etiam de exiguitate fructuum,cum tamẽ de iure communi ſolum de caſu ſterilitatis teneretur,c.propter.de lo

12 cato.Item & tertio corroborat ex optimo ſimili,nam creditor,qui poteſt vendere pignus,nõ obſtante pacto prohibitiuo,qui ſemper prius ipſum debitorem admonere debet l.fin.C.de iure dom. impetr. ſi per pactum fuit ei conceſſum,vt pignus vendere poſsit, non tenetur aliquo pacto debitorem admonere,vt pactum aliquid operetur vltra ius commune.l.ſi conuenerit,in primo reſponſo.ff.de pignor.act.gloſ.in l.

13 creditor.ff.de diſtract.pignor. Quarto ꝑ hac opinione inquit facere, quòd habens ſeruitutem prædialem non poteſt illam alteri concedere ſine prædio,ſed ſimul cum eo.l.via conſtitui,§.ſi fundus. ff. de ſernit.ruſtic.pręd.tamen ſi tempore conſtitutionis ſeruitutis fuerit inter partes conuentum, vt is, cuius fundo ſeruitus conceſſa fuit; illam in alium transferre poſsit, iſtud pactum operatur contra ius commune, ne ſit fruſtratorium,vt illam alteri ſine fundo cedere valeat, vt eſt caſus ſingularis in l.cum eſſent,§.plurium.ff.de ſeruit.ruſtic.præd.Quin

14 to eandẽ ſententiam confirmat per text.in d.l. fin.C. de iure emphyt. vbi quamuis emphyteuta teneatur dominũ requirere,ac alia facere, quę ſunt de natura contractus emphyteutici, tamen, ſi fuit aliter conuentum,ſeruatur pactum contra ius commune,vt idem probat l.1.eo

15 dem tit.& poſtremo dicit facere regulam, qua dicitur, quòd contractus ex partium conuentione,etiam contra illorum naturam, legem accipiunt.l.1.§.ſi conueniat,ff.depoſ.l.contractus.de reg.iur.& tandem reſpondet ad omnia,quæ ſupra pro opinione Specul.fuerunt ad

dem

ductæ ;quæ omnia eò tendunt , vt pactum debeat interpretari, & re-
gulari ſecundum naturam contractus:ad quod etiam vltra Bero.reſpõ
16 det Ruin. in d. conſ.81.ſub nu.6. & 8. vol. 1. quòd vbi ſtipulatio eſt
conuentionalis,& voluntaria,vt eſt in caſu,de quo agimus, tunc non
interpretatur ſecundum naturam contractus,ſi ex hoc ſuperflua redde
17 retur,ſed ſolum vbi ſtipulatio fuit ex neceſsitate interpoſita , vt ipſe
late probat.Cæterum ſupradicta communis opinio declaratur,vt non
procedat,quando per pactum fuiſſet conuentum,vt liceret emphyteu
tæ vendere cuicunq; voluerit,exceptis tamen potẽrioribus,eccleſijs ,
pauperibus,& illegitime natis,ita Bero.in d.c.potuit.num.20.de lo-
cato,nam,cum iſtud pactum poſsit aliquid operari vltra ius commu-
ne, non dicitur permiſſum emphyteutę ſine licentia domini vendere:
operatur autẽ,quia,& ſi de iure cõmuni ſit prohibitũ uẽdere perſonis
prohibitis,non tamen in iure determinatum eſt,quę dicantur iſtæ per-
ſonæ prohibitę : nam lex,& canon generaliter loquuntur,vt in d.l.fin.
& in d.c.potuit. Iſta ergo generalitas reſtricta dicetur ad perſonas in
inueſtitura,& pacto nominatas. Item operatur,quia,cum multæ alię
perſonæ dici poſſent prohibitæ de iure communi,per pactum iſtud ſo
lum expreſſæ prohibitæ erunt : nam vltra expreſſas perſonas omnes a-
liæ permiſſæ dicuntur,arg. l.cum prętor.ff.de iudic. & hæc declaratio
colligitur etiam ex uerbis Alex.in d.conſil.106.col.2.& quamuis Ru-
in. in d. conſil. 213.numero 6.volumine primo.ſenſerit, quòd etiã
iſto caſu emphyteuta poſsit domino irrequiſito alienare , fretus au-
ctoritate Alex. in conſil.99.aliàs 91.vol.3.quod eſt conſil.173.num.
7.vol.2.& dicat hanc eſſe ueriorem, & communiorem opinionem ,
quam etiam tenet,& communiorem dicit Soarez in ſuo theſauro re
ceptarum ſententiarum. numero 83. in verbo emphyteuſis. nihilo-
minus eius opinio non videtur uera,nec magis communis,ut teſtatur
Iul.Clar. in §. emphyteuſis.quęſt. 13. verſic.ſed quęro.lib. 4. ſentent.
recept. & Salic.& Imol.in locis,quos Ruin. pro ſua opinione citat; lo
quuntur, quando fuit ſimpliciter data licentia alienandi in inueſtitu-
ra abſq; eo,quòd ſit dictum exceptis eccleſijs, pauperibus, ac poten-
tioribus : qui eſt caſus diuerſus : nam tunc pactum licentiam alienan-
di domino irrequiſito inducit : quia aliàs eſſet fruſtratorium , quod
non contingit,quando data eſt licentia alienandi exceptis eccleſiis ,
pauperibus,ac militibus: quia tunc pactum ſatis operatur,nec eſt fru-
ſtratorium, ut ſupra eſt dictum,& faciunt not.per Ruin.in conſil.148
numero decimo.volumine primo , & cum hoc pactum videatur appo
ſitum ad fauorem domini directi ad declarandum , quæ ſint perſonæ
prohibitæ,non debet in eius præiudicium operari,vt abſq; alia licen-
tia poſ-

tia poſſit minoribus, & æqualibus alienare. Retenta tamen opinione
18 Ruini, amplia, vt etiam nouus emptor, cui primus emphyteuta in vim pa
cti alienauit, poſſit & ipſe alienare irrequiſito domino, vt videtur tene-
re Speculat. in d. §. nunc aliqua. quæſt. 97. num. 120. arg. c. dudum & c. cũ
ſit. in fine. de decimis. referendo vltimo loco hanc opinionem: quia ſem
per intelligitur eadem facultas alienandi huic ſecundo emphyteutæ
emptori conceſſa, dato, quòd hoc nõ ſit dictum, cum de ẽphyteuſi in-
ueſtitur, ad not. per Ioan. Baptiſtam Ferret. conſ. 119. num. 4. & 5. & Nat-
tam. in cõſil. 322. nu. 4. volumine ſecundo, & per Decium in conſil. 193.
ſub num. 3. & conſil. 185. num. 3. verſ. non obſtat, quòd in alia: & conſe-
quenter non obſtat l. pater. §. quindecim libertis. de leg. 3. & l. 1. ff. de of-
fic. eius, cui demãd. eſt iuriſd. quæ iura Specul. pro contrariis allegat:
quia eadem licentia alienãdi minoribus ex natura primæ inueſtituræ in
telligitur conceſſa, cum ſecunda inueſtitura ſemper reguletur a prima,
niſi de conſenſu partiũ ſit expreſſe alterata, & iſtud ius alienandi dicitur
ex contractu ipſo acquiſitum, Hier. Gabriel. conſil. 83. num. 7. ſubdit ta-
men Bero. in d. c. potuit. num. 23. quòd, licet per iſtud pactum, vt liceat
emphyteutæ cuicunque voluerit vendere, dicatur ſublata illa requiſitio,
quam aliàs facere tenebatur emphyteuta ante contractum venditionis:
non tamen dicitur remota illa requiſitio, quam poſt contractum facere
tenetur: nam, cum duplex ſit requiſitio, prima, quæ ſit ante cõtractum,
an dominus emere velit, ſecunda poſt contractum ad finem, vt dominus
infra duos menſes ſaltem, nouum emptorem in poſſeſſionem inducat,
vigore ſupradicti pacti emphyteuta poteſt irrequiſito domino alienare:
ſed non poteſt emptorẽ propria auctoritate in poſſeſſionem inducere,
vt vult etiam Imola in d. c. potuit. numero 64. & nos diximus ſupra nume
ro octauo.

AMPLIATIO III.

1 EMPHYTEVTA, *cui fuit ſimpliciter conceſſa licentia alienandi emphyteuſim; vigore dicta licentia partem emphyteuſis alienans, cadit a iure ſuo.*

2 *DOMINVS dando ſimpliciter licentiam vendendi, licentiam vendendi totam rem, non partem conceſſiſſe videtur.*

DO-

3 DOMINVS, *ſi dat licentiam vendendi feudum vni, feudum non poteſt vendi duobus.*

4 MANDATVM *habens vendendi, vel emendi domum; non dicitur adimplere mandatum, ſi vendit, aut emit partem domus.*

5 ÆSTIMATIO, *& vtilitas rei in parte reſpectu partis non eſt tanta, quanta in toto reſpectu totius.*

6 QVANDO *alienatur emphyteuſis de licentia domini, venditor in totum deſinit eſſe emphyteuta, nec in eo remanent aliquæ reliquiæ quo ad iura emphyteuſis, & perinde eſt, ac ſi nunquam fuiſſet emphyteuta.*

AMPLIATVR tertio in illo emphyteuta, cui
1 fuit ſimpliciter conceſſa licentia alienãdi em-
phyteuſim; & partem ẽphyteuſis, & non totã
alienauit; in vim. n. ſupradictæ licentiæ nõ põt
partẽ alienare; nam vẽdi pars non põt, vbi fu-
it data licentia de tota emphyteuſi vendenda,
cũ aliud ſit totum, aliud pars illius, vt habetur
in l. qui concubinam. §. 1. de leg. 3. & ſecundũ
2 proprietatem ſermonis vnum differat ab alio
in multis, & ſicut quis, rem ſimpliciter petendo, totam rem petere
videtur, Bartolus in l. ſi in rem. la prima ff. de rei vendicatione. ita do-
minus dando ſimpliciter licentiam vendendi, totam rem venden-
di licentiam, non autem vendendi partem, concedere videtur: aliàs
. n. captio verteretur, quia incideret ex caſu in communionem cum alio,
aliter non contracturus, arg. tex. in l. fundus ille, de cõtrah. empt. ad
quod faciunt congeſta a Tiraq. de retract. conſang. §. 23. in gl. 1. & not.
3 per Bart. in l. cui vſusfructus. n. 4. verſ. vltimo facit ad quæſt. ff. de vſufr. le-
gat. & validum eſt argumentum de re ad perſonam, vt habetur in l. vi-
num. ff. ſi cert. petatur, & ſicut, ſi dominus daret licentiam vendendi vni
feudum, non poſſet vendi duobus, ex not. per Andr. in c. imperialem. in
4. col. de prohib. feud. alienat. per Friderich. cũ vnius perſona ſit expreſ-
ſa. idem dicendum eſt de emphyteuſi, vt totam, non partem vendere poſ
ſit: nam aliàs grauaretur dominus in præſtatione canonis a pluribus exi-
gere, qui cogitauit cum vno contrahere arg. tex. in l. 2. §. 1. de tribut. pro
qua re facit etiam, quòd, ſi quis mandat Titio, vt vendat domum, non
4 dicitur adimplere mandatum, ſi vendit partem, vel ſi: vt emat totum,
emit

5 emit partem, vt notatur in pluribus legibus de mandato, de quibus ple
ne per modernos in l.1.§.ſi ſtipulanti, de verb.obligat.& in c.ſi cui de nõ,
de conceſſ.præb.vt eos refert, & ſequi videtur Marin. Frezza de ſubfeu
dis Baronum,lib.2.quæſt.6.ſub num.6.facit etiam, quia, ſi diceretur con
ceſſa licentia vendendi partem emphyteuſis; dominus damnificaretur
ĩ æſtimatione rei, ſecundum quam debet conſequi laudemium: nam nõ
eſt tanta vtilitas, & æſtimatio rei in parte reſpectu ipſius partis, quanta
in toto reſpectu totius l. ſi quis aliam. ff. de ſolut.l.fundus ille, cum gloſ.
ff.de contrah.empt.cum aliis citatis a Tiraq. de retract. conſang. §.23. in
gloſ.1.num.17.& cum vendere totum,& vendere partem ſit vtrunq; pro
hibitum, non intelligitur permiſſum aliud, quod eſt voluntarium,neq;
eſt neceſſarium ex actu, qui inſurgeret ex eo, arg. tex.in l.2. de pecul.le-
gat.gl.eſt notab.in c.quia in tantum, de præb.Soc.conſ.226. col.fin. vol.
2.relatus a Frezza loco ſupra citato; nec obſtat, quòd in toto inſit pars,
l.ſi quis cum totum.ff.de except.rei iudic.cum ſimilibus:quia ĩ toto ineſt
pars,quaſi quoddam concretum, & connexum: ſed alio modo conſide-
ratur pars ipſius quo ad tertium, qui ex hoc læderetur, Ideo licentia non
trahitur ad id, quod dominus non cogitauit, arg. l. qui cum tutoribus.
de tranſact.&, quando dominus conceſſit emphyteuſim cum licentia a-
lienandi, cogitauit emphyteutam recipientem, aut emptorem habere
emphyteutam, non autem recipientem, & emptorem ſimul habere em
6 phyteutas; nam, quando alienatur emphyteuſis de licentia domini,ven
ditor in totum deſinit eſſe emphyteuta, neq; in eo remanent aliquæ reli
quiæ quo ad iura emphyteuſis, & perinde eſt, ac ſi nunquam fuiſſet
emphyteuta, vt declarat Bald. in c. cæterum: de iudic. num. 13. loquens
in feudo, & hoc dominus videtur habuiſſe in mente, quando dedit ſim
pliciter licentiam vendendi, & ita in terminis noſtris in. feudo te-
net Marin. Frezza de ſubfeudis Baronum. lib.2.quæſt.6. & re
ſpõdet etiam ad regulam, quæ eſt, vt cui licet, quod eſt
plus, liceat quod eſt minus: quia illa in relaxatio
ne iuris communis non procedit, & re-
ſpondet etiã ad alia, quæ in con-
trarium poſſent ad
duci.

AMPLIATIO IIII.

1 *LICENTIA alienandi emphyteuſim in totum, vel in partem Titio, & Sempronio conceſſa, intelligitur data, vt vnus non poſſit ſine altero alienare. Ideo, ſi Titius ſolus alienat, a iure ſuo cadit.*

2 *PLVRALIS loquutio non verificatur in vno.*

3 *PLVRALITAS non reſoluitur in ſingularitates, quando reſpicit vnum finalem effectum.*

4 *PLVRALITAS reſpiciens plura determinabilia, ſi in caſu, quòd reſolueretur in ſingularitates, contineret aliquid contrarium naturali, ſeu ciuili rationi, vel menti loquentis, in ſingularitates non reſoluitur.*

5 *LICENTIA alienandi ſtricte interpretatur.*

1 AMPLIATVR quarto, vbi Titius, & Sempronius fuiſſent inueſtiti cum facultate, vt idem Titius, & Sempronius poſſint in totum, vel in partem emphyteuſim alienare, & vnus eorum ſolus alienaſſet: quia is iure ſuo priuaretur, cum hæc licentia intelligatur conceſſa, vt vnus non poſſit ſine altero dicta facultate vti, vt tradit Cor. in conſ. 320. per totum, vol. 3. nam, cum ſit permiſſum Titio, & Sẽpronio facultas alienãdi copulatiue ꝑ verba pluralis numeri, pluralis illa loquutio
2 nõ verificatᷣ ĩ vno, vt ĩ reg. pluralis loquutio, de reg. iur. in 6. l. vbi numerus.
3 ff. de teſtib. nec reſoluitur in ſingularitates, quando reſpicit vnum finalem effectum. l. quàmuis. C. de impub. & aliis ſubſtit. pro vt dicit ibi Bart. poſt Iacob. Butrig. cum quo concordant communiter doct. vt teſtatur Corn. loco ſupra citato, ſub num. 4. vbi etiam inquit, quòd licet Imol. nõ tranſeat cum ſolutione Bar. per l. quidam teſtamento Proculum, de vulg. & pupill. illud tamen non eſt ex eo, quòd dictum in ſe non ſit verum; ſed

quia,

quia, licet vna ſit hęreditas : tamen plures portiones ſunt relictæ inſtitutis, & cum pluribus fiat ſubſtitutio, cenſetur facta in pluribus portionibus, & quicquid dicat Imola & Caſtrenſis in dicta l. quidam teſtamento, ipſemet Imola in l. hæredes mei. §. cum. ita. ff. ad trebellianum inquit, quòd teoricam Bartoli approbant communiter doctores vnde cum in caſu noſtro ſit conceſſa facultas alienandi emphyteuſim, non videtur, quòd dicta pluralitas reſolui debeat in ſingularitates, cum de vno effectu alienandi vnicam rem agatur, nec dicta conceſſio facultatis reſpectiuatur ad portiones conceſſas in ipſa re ipſis perſonis, quibus facultas illa conceditur, attento, quòd eis permittebatur alienatio ipſius rei in totum, vel in partem, & tamen totum non erat eis conceſſum, vt declarat Corneus, qui inquit, quòd ex hoc patet, quòd non ſunt pares termini, pro vt ſunt in ſubſtitutione vulgari facta pluribus inſtitutis : quia in illis terminis, ſi pluralitas reſoluitur in ſingularitates : poteſt proportionabiliter reſolui reſpectu portionum ſingulis inſtitutis relictarum : quod nullatenus cadere poteſt in terminis quæſtionis noſtræ, ſaltem eo reſpectu, quia conceditur facultas vendendi etiam totam emphyteuſim; nam, ſi alter portionem ſuam, vel dimidiam ſuæ portionis vendiderit; non venderet in totum : Ideo conſtat, quòd illa facultas conceſſa Titio, & Sempronio vendendi totam emphyteuſim, non poteſt reſolui in ſingularitates: quia ratio naturalis repugnat, vt de ſe patet, & ſucceſſiue ſequitur, quòd illa pluralitas, licet referatur ad totum, & ad partem; non eſt reſoluenda in ſingularitates, ne diuerſimode intelligatur, cum vnum determinabile, plura determinabilia reſpiciens, debeat ea æ-
4 qualiter determinare, l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. & ibi not. Alex. & in l. quamuis. vbi etiam Alex. C. de impub. & aliis ſubſtit. & ſecundum hoc inquit etiam Corneus facere pro hac parte teoricam Bartoli in hoc articulo, an pluralitas reſoluatur in ſingularitates, quam tradit in l. cum quidam. C. de impub. & aliis ſubſtit. vbi inter cætera dicit, quòd, quando pluralitas reſpicit plura determinabilia, ſi in caſu, quo reſolueretur in ſingularitates, contineret aliquid contrarium naturali, ſeu ciuili rationi, vel menti loquentis; tunc non reſoluitur in ſingularitates, Ideo, cum ratio ſupra aſſignata aduerſetur reſolutioni prædicta, reſtat quòd reſolutio fieri non debeat. Item inquit ibidem. Baldus vt eum loco citato refert, & ſequitur Corn. quòd, ſi pluralitas reſpicit vnum determinabile, non reſoluitur in ſigularitates, ſed requiritur omnium copulatorum concurſus, ad quod membrum adaptatur caſus quęſtionis : quia reſpicit facultatem

5 alienandi vnicam rem, quæ interpretatio perſuadetur etiam ex eo, quòd alienandi licentia ſtrictè interpretatur per ea, quę habentur in l.quicquid aſtringendæ.ff.de verb.obligat.facit etiam, quia Titio, & Sempronio permittitur facultas vendendi totum, vel partem, & non partes: ex quo datur intelligi, quòd non eſt permiſſum, vt ſeparatim faciant venditiones quilibet pro portione ſua, ſed ambo ſimul, ſiue totum alienent, ſiue partem: quæ etiam interpretatio ſuadetur ex eo, quòd, quando pluribus cōceditur facultas diſponendi circa rem ad ſe non ſpectantem, illa facultas cenſetur conceſſa omnibus ſimul, non autem ſingulis pro parte. Ideo debent ambo in caſu propoſitæ quæſtionis concurrere, vt poſſint vti facultate ſibi conceſſa, vt docet plenius Corn.in d.conſ.320.vbi etiam reſpondet ad nonnullas rationes in contrarium adductas, & eum ſequitur Roncagall.in l.eandem.in principio.num.140.ff.de duob.reis.quamuis Ruin. videatur contrarium præſupponere in conſ.169.col.4. vol. 1. vt eũ refert Zanca in l.hæredes mei.§.cum ita.in 8.parte.num.316.ff.ad Trebell.

AMPLIATIO V.

1 *EMPHYTEVTA in vim licentię vendendi ſibi ſimpliciter a domino conceſſa, non poteſt vendere duobus, ſed vni tantùm.*

2 *PAPA, ſi diſpenſat, vt fieri poſſit permutatio beneficii, permutatio fieri non poteſt cum duobus alijs beneficijs.*

1 AMPLIATVR quinto, qñ emphyteutæ fuit conceſſa licentia vendendi ſimpliciter, & ipſe vendidit duobus: nam ex illa licentia non pōt vēdere, niſi vni, quia, cum emphyteuſis perueniat ad duos, fit deterior conditio domini, ex quo emphyteuſis non ita de facili eſt recaſura ad dominũ: nam, ſi poſſet alienari in duos, poſſet ēt in quatuor, vel plures, ꝙ non videť cogitaſſe dominus: ſed tantùm habere emphyteutā emptorē eo modo, quo habebat venditorē. Vnde illa licentia debet reſtringi ad perſonā, q̄ habuit licentiā vendēdi, cũ nō ſit actus, ꝗ ex ſola ſua vo-

voluntate procedat:in duobus enim fieret damnum domino,primò emphyteuſis diuiſio fieret inter emptores, cum ſua interſit, emphyteuſim præſeruari integram:quia minus dicitur eſſe in valore res, quę diuiſa eſt in plures,l.Mæuius.§.fin.&ibi gl.cōm.diuid.l.ſi quis alium. ff. de ſolut. l. fundus ille,cum gl.ff.de contrah. empt. cum aliis citatis a Tiraq. in tract. de retract.conſang.§.23.in gl. 1, num. 17.ſecundo quia, cum ſint plures domini in emphyteuſi,non ita de facili ad dominum eſt recaſura,præſertim vbi fuerint inueſtiti cum clauſula iuris accreſcendi, & vbi etiam non poneretur clauſula iuris accreſcendi,domino aperiretur pro parte dimidia tantùm,cum ſua interſit, vt tota ad ſe emphyteuſis deuoluatur, vt eſt dictum. Vnde propter has rationes,cum licentia alienandi ſit diſpenſatio alienādi ſuper iure prohibitiuo,debet capi in ſtrictiori ſenſu,quo poteſt, quando aliter ex verbis,& mente non apparet,vt not.in c. fin. de ſimon. & ſatis eſt,quòd emphyteuta vni vendere pōt,arg.l.tutori.C. de neg. geſt. & ita in terminis noſtris loquēs in feudo tenet Marin.Frecc. de ſubfeud.
2 Baron.lib.2.quæſt.8.allegans etiam,quòd,ſi Papa diſpēſat,quòd fieri poſſit permutatio beneficii, non poterit permutari cum duobus aliis beneficiis ſecundum Ant.de Butr.in c.cum venerabili. de except. quem ſequitur Ripa in c.ad aures.num.40.de reſcript.

AMPLIATIO VI.

1 EMPHYTEVTA *alienans in vim licentiæ ſibi a Prælato conceſſæ, qui antequam ipſe emphyteuta alienauerit, deceſſit; iure ſuo priuatur.*

2 LICENTIA *alienandi non tribuit ius in re:ſed affert impedimentum,& inducit ex parte concedentis ſolum obligationem quandam perſonalem, vt contrauenire nequeat alienationi,&, vt eum, in quem alienatio fit, inueſtire teneatur.*

3 LICENTIA *huiuſmodi Prælati conceſſa abſq; cauſæ cognitione, quæ eccleſię,& ſucceſſori præiuditium irrogat;mortuo concedente expirat.*

4 PRÆLATVS *non pōt de bonis nondū deuolutis ſub cōditione, Si quis deceſſerit ſine liberis, vel in diem incertum,ideſt poſt mortem primi emphyteutæ inueſtire, ita vt conceſſio ſortiatur effectum ad ſucceſſoris præiuditiū.*

5 LICENTIA *alienandi debet interpretari, vt non obliget ſucceſſorem Prælatum, nec illi noceat.*

6 LICENTIA *diſponendi in vltima voluntate expirat mortuo Prælato, qui illam conceſſit, etiam ſi is, qui licentiam obtinuit, viuo Prælato condiderit teſtamentum.*

7 LICENTIA *Regis vendendi feudum an expiret mortuo Rege, qui illam conceſſit.*

1 SEXTO ampliatur, quando emphyteuta obti
nuit licentiam alienandi a Prælato, qui, anteq̃
emphyteuta venderet, deceſſit: nam, ſi poſtea
virtute eiuſdem licentię vendat, emphyteuta
cadit a iure ſuo, cum licentia vendendi, mor-
2 tuo ipſo Prælato, qui eam conceſſit; fuerit ex-
tincta: nam, cum licentia alienandi emphyteu
ſim, vel diſponendi de ea in vltima voluntate
non tribuat ius in re; ſed ſolum auferat impe
dimentum, ita vt liceat, quod antea non licebat, nempè, vt qui ſine licen
tia, & conſenſu ius ſuum transferre nequibat, transferat, Abb. in c. cum
ad hoc, col. fin. de cleric. non reſident. Cardin. in Clem. fin. de elect. quęſt.
5. Bald. in l. ſi, vt proponis. C. de ſeruo pign. dat. manumiſs. & inducat ex
parte concedentis ſolum obligationem quandam perſonalem, vt contra
uenire nequeat alienationi, l. quoties. C. de fideicõmiſſ. cum not. in l. cum
a matre, C. de rei vendicat. & in c. imperialem, de prohib. feud. alienat. per
Friderich. &, vt eum, in quem alienatio fit, inueſtire teneatur; ſucceſſorem
non afficit: quia obligatio perſonalis, quę poteſt dici acquiſita contra Prę
latum licentiam concedentem, ne contraueniat, vel illi, in quem facta
eſt alienatio, inueſtituram faciat: ad eius ſucceſſorem non tráſit: quia ni-
hil in eum transmittit, gloſ. & Bald. num. 12. in c. 1. Qui ſucceſſ. feud. dar. re
3 neantur, & etiam quia licentia huiusmodi Prælati conceſſa abſq; cauſę co
gnitione, quę eccleſię, & ſucceſſori pręiuditium irrogat, mortuo conce-
dente expirat, vt patet ex his, quę tradit Innoc. in c. quo ad translationem
4 de offic. leg. Abbas in c. fin. tit. eod. Afflict. deciſ. 128. Butr. & Hoſt. & Imol.
in c. fin. de cleric. non reſident. nam ſi Pręlatus non poteſt de bonis non-
dum deuolutis ſub conditione, Si quis deceſſerit ſine liberis, vel in diem
incertum, ideſt poſt mortem primi emphyteutę inueſtire, ita vt, ſi Pręla-
tus inueſtituram concedens, viuente primo emphyteuta deceſſerit, ſecun
da conceſſio valeat, & ſortiatur effectum ad ſucceſſoris pręiuditium, vt
cogatur illam ratam habere Berous in cõſilio 106. num. 39. vol. 1. c. 1. Qui
ſucceſſ. feud. dare teneantur. & notatur per Antonium de Butr. Innoc. &

alios in d.c.fin.ne Præl.vices ſuas, multo magis irritus eſſe debet ſimplex conſenſus, ac licentia vendendi, quæ eſt aut minoris potentiæ ad not. per Iaſ.in l.quoties.C.de fideicõmiſſ.& in l.aliud eſt, de reg. iur. aut non maioris, vt not.Iſer.in c.1.de alienat.feud.per Friderich.& caduca fit intellectu legis, moriente Prælato, anteq̃ emphyteuta vendat, vel de ea in teſtamento diſponat, cum eo tempore, quo alienat, Prȩlatus, qui eam conceſsit, non habeat amplius adminiſtrationem arg.l. ſi ego.§. ſi res. ff. de iure dot.& reperiatur gratia collata in tempus, quo ipſe Prælatus deſinit poſſe diſponere, arg.l.quod ſponſæ.ff.de ſponſal.& in his non ſpectetur tempus gratiæ: ſed tempus, quo gratiæ, vel licentiæ effectus perficitur, vel conſumitur ex ea qualitate, quæ iungitur ſuo verbo, arg.l.in deli
5 ctis.§.ſi extraneus.ff.de noxalib.pro qua re etiam facit, quia, cum materia, & natura emphyteuſis non ſolum patiatur, ſed expoſcat, vt verba ita interpretẽtur, ne licentia obliget ſucceſſorem, & ei noceat, quia, ſi opus eſt noua licentia ſucceſſoris, ſucceſſor habebit prælationem in emptione rei, ſi ſibi ita placebit, vt patet ex not.in d.c.1.Qui ſucceſſ.feud.dare teneantur.iuncta.l.fin.C.de iure emphyt.hȩc interpretatio omnino eſt ſumenda, Bal.conſ.159.vol.3.Alber.Brun.cõſ.80.nu.4.& ita in terminis noſtris,
6 ꝙ licentia vendendi, & diſponendi in vltima voluntate expiret mortuo Prȩlato, qui eam conceſsit, etiam ſi is, qui illam obtinuit, viuo Prȩlato condiderit teſtamentum, late, & neruoſe docet Hier.Gabriel.in conſil. 83.per totum: vbi reſpondet ad omnes rationes Nattȩ in conſ.647.qui cõ
7 trarium in eodem caſu conſuluit, & idem etiam quòd licentia Regis vendendi feudum expiret mortuo Rege, qui illam conceſsit: & quòd requiratur licentia noui Regis, tenet Marin.Freccia de ſubfeud. Baron. lib. 2. quæſt.27.cuius tamen dictum non omnino tutum videtur, cum ſit differentia inter licentiam diſponendi a laico conceſſam, quȩ ſucceſſorem obligat, Ruin.conſ.7.vol.2.Capic.deciſ.21. num.11.& ſeq.Gabriel.d.conſ.83. nu.66. & ſeq.& licentiam, quȩ conceditur a Prȩlato, quȩ ſucceſſorem non afficit, d. c. 1. Qui feudo dare teneantur.Gabrielus dicto conſilio 83. prȩſertim.num. 66.& infra.

AMPLIATIO VII.

EMPHYTEVTA, qui obtinuit licentiam alienandi intra menſem, vel ad certum tempus, ſi poſt illud
1 *tempus alienat; iure ſuo priuatur.*

PERMISSVM ad tempus poſt illud tempus cenſetur prohibitum.
2 *PROCVRATOR conſtitutus ad certum tempus poſt tempus volens proſequi litem non admitti-*
3 *tur, etiam ſi litem fuerit conteſtatus.*

IVSSVM fieri intra aliquod tempus, vt quis conſequatr̃ libertatẽ, non põt poſt illud temp⁹ fieri ad conſequendã libertatem.
4

EXTENDITVR ſeptimo etiam, quando emphyteutæ fuit conceſſa licentia alienandi intra menſem, vel certum tempus, & emphy-
1 teuta alienauit poſt illud tempus: nam iure ſuo priuatur, vt concludit Ioan. Andr. in addit. Specul. in §. nunc aliqua. tit. de locat. num. 121. verſ. 98. in verbo poſſit. Bero. conſ. 123. nu. 9. vol. 1. ratio eſt, quia permiſſum ad tempus, cenſetur poſtea eſſe prohibitum, l. ſi vnus. §. 1.
2 & ibi Bald. qui hoc trahit ad ſuſpenſionẽ banni. l. epiſtola. §. vltimo. & ibi Paul. de Caſtro. ff. de pact. doctrina Bart. poſt Iacob. Aren. in l. 1. §. vltimo. ff. de procurat. qui inquit, quòd, ſi procurator ſit conſtitutus ad certum tempus, poſt illud tempus expirat eius officium, nec admittitur volens proſequi, etiam ſi litem fuerit conteſtatus: quem ſequitur Paul. de Caſtr.
3 in conſ. 104. viſis, & ponderatis, num. 2. vol. 1. Bald. in conſ. 142. quidam dominus Paſſinus. lib. 2. vbi inquit ſub nu. 1. quòd finito tempore priuilegii finitur priuilegium, & quælibet alia diſpoſitio temporalis, quod etiã procedit, ſi agatur de fauore libertatis: nã, quod iuſſum eſt fieri intra aliquod tempus, vt quis libertatem conſequatur, non poteſt poſt illud tẽpus fieri l. Thais. §. intra. ff. de fideicommiſſ. quem tex. eſſe optimũ, & a paucis anno
4 tatũ ſcribit Tiraq. de retract. conuent. §. 1. nu. 47. in gl. 2. vbi ẽt nu. antecedẽti, & ſequenti multa alia more ſuo congerit, quæ faciunt ad propoſitũ ſupradictæ ampliat. nec cõqueri põt emphyteuta: qa, cũ temp⁹ limitatũ licẽtia vendendi fuerit appoſitum: ſcire potuit, & debuit, ſe poſt illud non poſſe alienare, arg. eorum, quæ tradit Caſtr. in d. conſ. 104. nu. 2. vol. 1.

AM-

AMPLIATIO VIII·

1 E*MPHYTEVTA, qui obtinuit licentiam vendendi Sempronio, & vendidit alteri, iure ſuo priuatur.*
2 *LICENTIA limitata ad perſonam, in quam debet fieri alienatio, vltra illam non extenditur.*

OCTAVO ampliatur, quando fuit conceſſa li-
1 centia alienandi in Sempronium, & ipſe em-
phyteuta alienauit in alium: nam etiam iſto ca
ſu iure ſuo priuatur. Ioan. And. ad Spec. in d. §.
nũc aliqua. quæſt. 98. in verbo poſſit. nu. 121. tit.
de locato, Bero. in d. conſ. 123. num. 9. vol. 1. nam
hæc licentia limitata eſt quo ad perſonam, in q̃
2 debet fieri alienatio, & vltra illam nõ extendit᷑
arg. l. in agris. ff. de acq. rerũ domin. l. age, & ibi
Bald. & Salic. & l. ſi de certa. C. de tranſact. cũ aliis citatis a Tiraq. de retract. conſag. §. 32. gl. 1. & vnica. nu. 49. & in terminis in feudo loquens tenet Aluar. in c. imperialem, in princ. nu. 8. verſ. quæro cum gl. de prohib. feud. alienat. per Frider.

AMPLIATIO IX·

1 E*MPHITEVTA, cui fuit data poteſtas alienandi, petita tamen prius licentia a domino, ſi alienat priuſquàm licentiam a domino petat, iure ſuo priuatur.*
2 *ABLATIVVS conditionem inducit.*
3 *CONDITIO formam inducit.*

NONO ampliatur, quando fuit conceſſa licentia alienandi, petita tñ prius licentia a dño: qa ſi emphyteuta alienet abſq; eo, quòd prius petat licentiã a dño, iure ſuo priuatur, cum non poſsit ſimpliciter alienare: ſed petita prius licẽtia Bero. in conſ. 123. nu. 19. vol. 1. nam hæc licẽtia intelligit᷑ data non ſimpliciter, ſed ſub cõditione, Si emphyteuta prius licentiam alienãdi a domino petierit: nam ex illo ablatiuo, Petita prius licentia, cõditio in-

ducitur. l. a teſtatore, ff.de condit. & demonſtrat. doct. communiter in
rubr.ff.ſol.matr. quæ conditio formam inducit, Bald. in auth. matri, &
3 auiæ, col.2.num.3. in fine.C.quando mulier tuto.offic. fungi poſſit. arg.
l.prætor, in princ. ff.de collat.bon. ſequitur Aret.Alex.& Iaſ.in l.2.quæſt.
vltima.ff.de vulg.& pupill.Tiraq.alios citans in tract. de retract. conuent.
§.2.gl.1.& vnica.num.3. & in tract. de cauſſa ceſſante, in prima limit. nu.
61.Quam ampliationẽ nota: quia facit ad capitula patriæ meæ Vrbini, in
quibus diſponitur, vt emphyteuta poſſit alienare, petita licentia, licet
non obtenta.

AMPLIATIO X.

EMPHYTEVTA, qui ex forma pacti non poteſt alie
nare, niſi in eccleſiam concedentem, ſub pœna, quòd ip
1 *ſo iure cadat; ſi alienat in alium, etiam ex licentia Prælati, emphyteuſim amittit.*
PACTVM debet aliquid operari.
PROHIBITIO hominis, & contrahentium de
2 *non alienando, ſi concurrit cum prohibitione legis debet*
3 *aliquid operari vltra prohibitionem iuris.*
CONCESSIO in emphyteuſim, venditio, & alienationes huiuſmo
di a conſenſu duorum, & contrahentium dependent.
4 *EXCEPTIO firmat regulam in caſibus non exceptis.*
CADVCITAS propter alienationem irrequiſito domino factam, in-
5 *ducitur domino volente, & hoc ſe velle declarante.*
6 *DOMINVS, vbi caducitas cauſatur ex pacto, quod nihil opera-*
retur, niſi impediret, vt non poſſit fieri alienatio etiam de licẽtia Prælati; cadu
7 *citatem remittere nõ pôt.*

AMPLIATVR decimo etiam in emphyteuta,
qui alienauit de licentia Prælati, vbi aderat pa
ctum in inueſtitura, vt emphyteuta non poſ-
1 ſit alienare, niſi in eccleſiam concedentem,
ſub pœna, quòd cadat ipſo iure, ſi fuerit cõtra-
factum: nam iſto caſu, etiam cum conſenſu,
& de licentia Prælati, emphyteuſis alienari nõ
poteſt: alioquin pactum eſſet fruſtratorium,
& nihil operaretur: quia abſq; pacto cum con

ſen-

ſenſu Prælati alienari potuiſſet,l. fin.C.de iure emphyt.c.potuit.de locato.
2 & ſemper intelligendum eſt,quòd pactum huiuſmodi aliquid operetur,
arg.c.ſi Papa,de priuileg.in 6.l.ſi quando, de leg.1 ſicuti etiam dicitur de
pacto, vt liceat rem emphyteuticam alienare: quia, vt aliquid operetur,
intelligitur,etiam ſine conſenſu domini.c.1.de feud.non habente propr.
nat.feudi.& diximus ſupra ex veriori, & frequentiori doct.ſententia,in ſe
3 cunda ampliatione huius priuationis; nam ex quo vltra prohibitionem
iuris communis de non alienando, iuxta d.l.fin.& c.potuit, concurrit et
prohibitio expreſſa hominis, & contrahentium, huiuſmodi prohibitio
debet aliquid vltra prohibitionem iuris communis addere,& conſequen
ter, quòd res nullo modo etiam ex cauſa iuſta,& cum conſenſu domini,
& Prælati poſſit alienari, per tex.cum ibi not. per gl. & doct. in c. verum,
de condit.appoſit.& Alex.& alios communiter in l.filiusfamilias, §.diui,
de leg.1.præſertim cum a prohibitione genetali exceptus ſit vnus caſus,
Niſi fieret alienatio eccleſię concedenti: in quo caſu exceptio intelligitur,
ſi Prælato placuerit,& ſi eius conſenſus interueniat: quia aliter res dictæ
eccleſiæ alienari non poſſet,arg.c.1.de reb.eccleſ.non alienand.in 6.& cō
4 ſtat, quia conceſſio in emphyteuſim, venditio, & huiusmodi alienatio-
nes a conſenſu duorum, & contrahentium dependent.l.1.ff.de pactis. I-
deo, cum vnus caſus ſit exceptus,qui intelligitur volente Prælato,& non
aliter, in aliis caſibus,& generaliter alienatio dicitur prohibita,etiam in-
5 teruueniente conſenſu Prælati: nam exceptio firmat regulam in caſibus
non exceptis l. nam quod liquide, in fine. ff. de penu legat.l.fin.in fine,
de iureiur.& conſequenter, ſi emphyteuta alienat in alterum,quàm in ec
cleſiam concedentem iuxta formam pacti, cadit ab emphyteuſi: quia
Prælatus in caſu iſto caducitatem remittere non poteſt, nec licentiam a-
6 lienandi concedere: nam, quàmuis etiam caducitas propter alienatio-
nem ita demum contingat, ſi Prælatus voluerit, & declarauerit, ſe velle,
Alex.conſ.106.num.4.& conſ.113.num.3.vol.4.Iaſ.in l.fin.num.104.in fi-
ne.C.de iure emphyt.illud tamen verum eſt, quando eſſemus in termi-
nis iuris communis, & ſic in caſu, quo alienatio cum conſenſu Prælati,
& domini fieri potuiſſet; nam, ſi aliter eſſet facta, caducitas remitti poſ-
ſet,cum ſatis ſit, quòd domini conſenſus,quandocunq;, & quomodo-
cunq; interueniat, etiam ex poſt facto, ex quo de iure communi requi-
ritur veluti ſimplex conſenſus confirmatorius, vt habetur in c. cum vos,
& ibi doct.de his quæ fiunt a Præl.ſine conſenſu capituli. ſecus vbi em-
7 phyteuta cecidit a iure ſuo propter pactum de non alienando, quod ni-
ſi impediret, vt non poſſit fieri alienatio, etiam cum conſenſu domini,
nihil operaretur: nam tunc non poteſt remitti caducitas: quia conſen-
ſus domini non poteſt eccleſiæ præiudicare: quia ius per pactum eſt iam

ec-

eccleſię acquiſitum a principio, in quo iure quæſito non poteſt eccleſiæ præiudicare, gl. & doct. in regula delictum. de reg. iur. in 6. & ita in terminis noſtris tenet ſupradictis, & aliis rationibus Bero. in conſilio 122. per totum. vol. primo.

AMPLIATIO XI.

1 *HAERES, qui alienauit in vim licentiæ a domino conceſſæ defuncto, cuius eſt hæres, iure ſuo priuatur.*
2 *VBI agitur de diſpenſatione, & relaxatione iuris prohibitiui, quod verbis claris, & apertis non conceditur, videtur omiſſum, & denegatum, quamuis aliàs ex regula iuris cõmunis permiſſum videret.*
3 *PROHIBITIO alienandi facta Titio, eius hæredem non comprehendit.*
4 *LICENTIA vendendi, data alicui nominatim, non tranſit ad hæredem illius, præſertim ſi hoc ex verbis licentiæ facilius cognoſci poſſit, et dantur exempla num. 7. & 8.*
5 *INTER artifices longa eſt differentia.*
6 *CREDITOR ſi conſentit debitori, vt pignus diſtrahat, poterit etiam eius hæres diſtrahere.*
9 *LICENTIA alienandi, a domino ſimpliciter conceſſa, quanto tempore duret.*

1 AMPLIATVR vndecimo etiam ſi hæres Sempronii alienet in vim licentiæ datæ eidem Sempronio: nam ſi dominus concedit licentiam Sempronio, vt poſſit emphyteuſim alienare, ex eadem licentia eius hæres eandem emphyteuſim vendere nõ poteſt, vt late concludit in feudo Marin. Freccia de ſubfeud. Baron. lib. 2. quæſt. 5. quia cum tractetur de diſpenſatione,
2 & relaxatione iuris prohibitiui, illud, quod verbis claris, & expreſſis, & apertis non conceditur; videtur omiſſum, & denegatum, quamuis aliàs ex regula iuris communis permiſſum videretur, vt Andr. in c. imperialẽ de prohib. feud. alien. per Frid. intelligunt Curt. in tract. de feud. in 4. parte. in. 17. quæſt. & nonnulli alii, quos citat idem

Marin.Freccia loco ſupra citato Pro qua. re dicit etiam facere quòd cum
expreſſa ſit perſona emphyteutæ, excluditur perſona hæredis arg.tex. in l.
Lucius.§.Semproniæ.de leg.3.per quem tex.moderni.quos ipſe citat, in l.
filiusfamilias,§.diui de leg.primo. concludunt, quòd, ſi teſtator prohi-
bet Titium alienare fundum, hæres Titii poterit alienare, cum pro-
hibitio cenſeatur eſſe perſonalis, Romanus in l ſi quis filio. §. vltimo,
de acqirenda hæreditate. Alciat.in d.§. diui, numero 41.& ibidem Iaſ. in
prima lectura.num.112. & in 2.lectura. num.150. Ioan. Guald. de arte te-
ſtand.caut.2.num.3.idem e contra eſſe debet, vt ſit eadem ratio contrario
rum, quando dominus permittit Sempronio emphyteuſim vendere:nã
videtur taxare perſonam Sempronii: quia, ſi voluiſſet ab eius hęrede em
phyteuſim poſſe vendi, appellatiuo nomine emphyteutæ ipſum nuncu-
paſſet, arg.tex.in l.ſeruus communis.ff.de ſtipul.ſeruorum, gl. & ibi Bart.
in l.ſub diuerſis,§.hæredi.ff.de condit.& demonſtrat.Bald. in c. 1. §.Mar-
4 chio.ſub num.4.de his qui feud.dare poſſunt, & licentia vendendi data
alicui nominatim non tranſit ad hæredem illius: quia conſiſtit in facto,
vt inquit Ruin.conſ.39.num.12.vol.1.per l.conſilio, in fine, de curat.furio
ſi.iuncta l.cum quis ſibi.de verb.obligat.& ibi per Bart.Angel. & Alex. &
in l.ſi ſtipulatus.in princ.& ibi per gl.& Bart.de ſolut.& poteſt eſſe, vt do-
minus propter amorem erga Sempronium conceſſerit ei licentiam vẽ
dendi, nec voluerit in emptione præferri, aut expectari per duos men-
ſes, iuxt.l.fin.C.de iur.emphyt.quam non conceſſiſſet eius hęredi.Ideo do
minus nominauit Sempronium: quia voluit venditionem illam ab eo-
dem nominato explicari, non ob eius hærede, cum inter artifices longa
5 ſit differentia, vt in l.inter artifices, de ſolut.& quamuis Andr.de Iſer.in c.
imperialem, de prohib.feud.alien.per Frider.& ibidem Afflict.& alii tene
ant, quòd hæres poſſit vendere feudum virtute licentiæ datæ Sempro-
nio, cui ipſe poſtea ſuccedit, vt vult etiam Capic. deciſ. 121. num. 11. per
6 textum in l. ſicut. §. debitori. ff. Quibus modis pign. vel hypoth. ſolui-
tur, vbi ſi debitori conſenſit creditor pignus diſtrahere, poterit etiam
hæres eiuș diſtrahere: nihilominus ille tex.non videtur ſupradictæ con-
cluſioni aduerſari: quia creditor conſenſit debitori vendere pignus, &
hæres eſt debitor, ideo diſtrahere poteſt: nam debitor eſt adeundo hæ-
reditatem, & creditor non dixerat, Permitto Titio vendere pignus pro-
priam perſonam nuncupando, quaſi de nominato tantùm intellexerit,
& quamuis iuris interpretatione eadem ſit perſona hæredis, & defuncti,
re vera perſona eſt diuerſa, & non eadem ſecundum Caſtr. in conſ. 197.
viſis dubiis.vol.2.ad not.per Dec.in reg.qui per ſucceſſionem de reg. iur.
aliàs eſſet in infinitum hic perſonarum progreſſus, & quòd licentia ven-
dendi, Titio conceſſa, non proſit eius hæredi, tenet etiam Aluaro.in d.c.
im-

imperialem, de prohib. feud. alienat. per Frideric. & ad multa alia, quę poſ
ſunt in contrarium adduci, reſpondet Freccia loco ſupra citato, cuius opi
7 nio præſertim eſt vera, vbi hoc facilius ex verbis licentię cognoſci poteſt:
nempe, ſi dominus dicat, Permitto Sempronio vendere emphyteuſim,
quam ipſe poſſidet: nam eo mortuo non poſſet hæres in vim dictæ licen
tiæ vendere, cum non dicatur emphyteuſis Sempronii, ſed emphyteu-
ſis hæredis ad not. in feudo p Andr. in d. c. imperialē, col. 6. verba enim nō
congruunt, quæ ad tempus venditionis reſtringuntur, & quando hæres
vendit, Sempronius non dicitur dominus, licet fuerit, nec dicitur poſſi
dere, quamuis poſſederit, arg. tex. in l. qui Romæ. §. Augerius, ſecundum
vnam lecturam. ff. de verb. oblig. quem ſingularem dicit Bald. in c. ad no-
ſtram, ſecunda lectura. col. 2. de iur. iur. & in c. ſignificauit. in 2. col. de re-
ſcript. vt eum refert Freccia loco ſupracitato, ſub nu. 7. dominus enim co
gitaſſe videtur, quòd Sempronius in vita ſua venderet, & ideo permiſit.
Ideo poſt eius mortem vendi non poteſt, ſicut quando licentia venden-
di intra certum tempus data eſt, non poteſt poſt illud tēpus vendi, vt dixi
8 mus ſupra in ſeptima ampliatione huius priuationis. Et idem eſſet, ſi fuiſ
ſet dictum in conceſsione licentię, quòd poſsit vendere pro libito vo-
luntatis: quia voluntas finitur per mortem, vt declarat Afflict. in d. c. im-
perialem. num. 77. & allegat Bald. in l. bonorum. C. qui admitti. vbi poſt
mortem nemo habet velle, vel nolle, cum mors deducat rem de eſſe ad
nō eſſe, & idē ē t eſſet ſecundū Afflict. loco proxime citato, ſi ille, q habuit
9 licentiam vendendi, non fuiſſet vſus illa licentia intra decem annos, per
l. 1. & ibi Bart. ff. de nund. de qua re vide etiam Speculat. in §. nunc aliqua,
quæſt. 98. tit de locato. vbi dubitat, an licentia vendendi a domino conceſ
ſa ſpatio vnius anni finiatur, & Iaſ. in d. l. fin. quęſt. 2. num. 26. & ſeq. C. de
iure emphyt.

AMPLIATIO XII.

1 *EMPHYTEVTA, qui obtenta a domino alienandi licentia, in perſonas potentiores, & prohibitas alienauit, iure ſuo priuatur.*

2 *PERSONÆ potentiores, & prohibitæ quæ dicantur.*

3 *POTENTIOR quis dicitur non ſolū per ſe, ſed ēt per ſuos conſanguineos vſq; ad ſecundum gradum.*

EQVES

4 EQVES *Hieroſolymitanus dicitur perſona potentior.*

3 ITEM *Ciuitas.*

6 COMES, *qui non eſt eiusdem fori, cuius eſt emphyteuta, & ſolitus nõ ſponte, & faciliter ſuis creditoribus ſoluere, dicitur perſona prohibita, & potentior.*

7 ALIENATIO *emphyteuſis poteſt fieri in potentiorem, quando ille, in quem fit alienatio; eſt conſors eiusdem emphyteuſis.*

8 RATIO *ſanguinis excuſat, vt non videatur potentior.*

9 EMPHYTEVTA *alienans in potentiorem an cadat a iure ſuo, quando dominus directus eſt ęque potens, ſicut eſt ille, in quem alienauit.*

10 CEDENS *actionem potentiori ratione officij perdit illam; & ceſſio non habet effectum, niſi fiat potentiori contra aque potentem.*

11 PROCVRANS *patrocinium potentioris in cauſa ſua, vel in aduocando, vel in probando ad terrorem aduerſarij, cauſam perdere debet, niſi ille, qui aſſumpſit patrocinium; litigaret cum aque potente.*

1 DVODECIMO ampliatur in emphyteuta, qui poſt obtentã a domino licentiam alienandi, in perſonas prohibitas alienauit: nam habens licentiam alienandi, in potentiorem alienare non poteſt, vt probatur ex l.fin.C.de iure emphyt.in §.ſi autem duorum.vbi patet, quòd emphyteuta facta denunciatione, poſt lapſum temporis duorum menſium poteſt emphyteuſim ſine conſenſu domini vẽdere: & tamen inquit textus quòd non poteſt perſonis prohibitis vendere: quod etiam probatur ex c.potuit de locato. & ibi gl. in verbo prohibentur, & Imol.num.52.Iaſ.in d.l.fin.num.28.C.de iure emphyt.Natta conſ. 491.num.2.Ruin.conſ.141. nu.11.lib.1.vbi hanc communem dicit, vt etiã teſtatur Iul.Clar.lib.4.ſent.recept.§.emphyteuſis, quęſt.22.citans Alex. in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.idem affirmantem.ff.de dam.infecto, & ſequitur Emanuel Soarez in ſuo theſauro receptarum ſententiarum, in ver
2 bo Emphyteuſis, num.75.Perſonę autem prohibitę, & potentiores dicuntur illę, quę ſunt magis priuilegiatę. Ex hoc infertur primò, quòd emphyteuta, qui vendit clerico, vel militi, vel curiali, aut eccleſię, vel capitaneo, aut cuicunq; alii maiori, qui non ſit idoneus facilitate conueniendi, etiam ſi habeat licentiam alienandi a domino; cadit a iure ſuo: quia om-

nes

nes ſupradictæ perſonæ dicuntur potentiores, & prohibitæ, gl. in d.c.po
tuit, in verbo prohibentur, de locato. Iaſ. in d. l. fin. C. de iure emphyt.
num. 90. vſq; ad 100. & eodem loco Salic. num. 14. Speculat, in §. nunc ali
qua, num. 142. de locato. Natta conſ. 491. Guliel. Reod. in tract. de reb. eccl.
3 non alienandis, pag. 515. num. 4. Imol. in d.c, potuit, nu. 25, Grat, conſ. 80.
num. 1. & ſeq. vol. 1. & quis non ſolum per ſe dicitur potentior, ſed etiam
per ſuos conſanguineos vſq. ad ſecundum gradum, vt ponit Afflict. de
4 iure protomiſ. §. prohibemus, col. 1, & ſeq. & Eques etiam Hieroſolymi-
5 tanus dicitur potentior ſecundum Alciat. in conſ. 29. placet. num. 7. Item
6 Ciuitas, Ancar. conſ. vltimo. ſub num. 3. col. 3. & Comes, qui non eſt eiuſ-
dem fori, cuius eſt emphyteuta, & ſolitus non ſponte, & faciliter ſuis cre
7 ditoribus ſoluere, Grat. d. conſ. 80. Supradicta tamen concluſio, vt non
poſſit emphyteuſis in potentiorem alienari, declaratur, niſi ille, in quē
ſit alienatio; ſit conſors eiuſdem emphyteuſis: quia eo caſu emphyteuta
partem ſuam alienare poteſt etiam domino irrequiſito: nam illius fides,
& perſona eſt iam a domino approbata, Iaſ. in d. l. fin. num. 98. verſ. hanc
tamen concluſionem, Salic. ibidem num. 14. C. de iure emphyt. Gul. Reo
8 dan. in d. tract. de reb. eccl. non alienandis. pag. 515. num. 5. & quòd etiam
ratio ſanguinis excuſet, vt nō videatur potentior, tenet Bald. (licet loqua-
9 tur in alio propoſito) in l. per diuerſas. col, fin. C. mand. Item videtur poſſe
declarari ſupradicta concluſio ex ſententia eiuſdem Iaſ. licet hoc non au-
deat affirmare, in d. l. fin. num, 99. vt non procedat, vbi dominus directus
eſſet æque potens, ſicut eſt ille, in quem emphyteuta alienat: nam ratio-
ne paris potentiæ, videtur, quòd tunc poſſit: pro quo dicit facere, quod
in ſimili volunt Bald. Salic. & modern. in l. 2. ne liceat potentiori. vbi ſenſe
10 runt, quòd, licet cedens actionem potentiori ratione officii perdat il-
lam, & ceſſio non habeat effectum, vt ibi eſt tex. fallit tamen ſecundum
eos, niſi ceſſio fieret potentiori contra æque potentem: nam tunc ratio
ne æqualis potentiæ non videtur factum in fraudem, arg. l. ſed & ſi mili-
ter, poſt principiū. ff. de excuſat. tut. & l. nō ſolū. §. de vno. ff. de ritu nupt.
& ad idem inquit benè facere tex. in c. ex parte, & quod ibi notant doct.
extra, de feud. & quod notat Ioan. de Imol. in c, ex parte. extra de alienat.
iudic. mut. cauſa facta. reprobando Speculatorem in tit. de ceſſione actio
nis, §. 1, verſ. quid ſi aliquis plebeius, & quod ſingulariter voluit Paul. de
11 Caſtr. in l. 1, C. ne liceat potent. quòd recipiens, vel procurans patroci-
nium potentioris in cauſa ſua, vel in aduocando, vel in probando ad
terrorem aduerſarii debet perdere cauſam, niſi ille, qui aſſumpſit patro-
cinium potentioris; litigaret cum æque potenti: nam tunc ratione
æqualis potentiæ ceſſaret diſpoſitio illius legis: ad quæ tamen iura
reſpondet Natta in d. conſ. 491. num 9. & ſeq. vbi reprobat ſupradictam
de-

declarationem Iaſ.Ideo caueat emphyteuta, qui habet licentiam alienan-
di, ne potentiori vendat, etiam ſi dominus directus ſit æque potens.

AMPLIATIO XIII.

1 EMPHYTEVTA, *qui a domino licentiam vendendi obtinuit, & non vendidit, ſed permutauit, iure ſuo priuatur, & quomodo hoc procedat. num. 3.*

2 ALIVD *eſt vendere, aliud eſt permutare.*

3 EMPHYTEVTA *etiam ſine conſenſu domini poteſt emphyteuſim cum extraneo permutare.*

EXTENDITVR decimo tertio, ſi emphyteu
tæ ſit a domino conceſſa licentia vendendi,
& ipſe permutauit: quia res incidit in com-
miſſum, vt poſt Guliel.de Cun.cõcludit Paul.
1 de Caſtro in l. quicunq; §. non tamen.num.
2.ff.de inſtit.cum quo ſimpliciter ttãſit Corn.
in conſ.166.ſub num.14.verſ. hinc Paul.de Ca
ſtro.vol.2.nam perinde eſt, ac ſi ſine domini
voluntate alienaſſet; quia non conceſſit per-
mutationẽ,licet permutatio quãdã ſimilitudinẽ habeat cũ vẽditione,iux.
not.in l.1.C.eod.nã re vera aliud eſt vẽdere,aliud eſt permutare l.1.C.de re
rum permut.facit l.ſicut.§. venditionis.Quib.mod.pig. vel hypoth.ſolui-
tur, & l.ſi quis mihi bona.§.fin.de acq. hæredit. ſed aduertendum eſt di-
2 ctum Caſtr.in d.§.non tamen, non eſſe verum in terminis iuris commu
nis: quia emphyteuta etiam ſine conſenſu domini poteſt rem cum extra
neo permutare, vt tradunt Bald.in l.ſi domus.§.fin.de leg.1.Iaſ.in d.l. fin.
num.101.C.de iure emphyt.Ripa.in l.qui Romæ. §. duo fratres. num. 86.
de verb.obligat. ex communi doct. ſententia, vt dicemus infra limita-
tione duodecima; ſed procedere poteſt vbi ex pacto expreſſo cautum eſ-
ſet in inueſtituta, vt emphyteuta ſine domini licentia permutare non
poſſit ſub pœna priuationis, vt cauetur in multis inueſtituris.

AM-

AMPLIATIO XIIII.

1 EMPHYTEVTA, *in cuius perſona linea extinguebatur, ſi obtinuit a domino licentiam alienandi, & in articulo mortis alienauit; alienatio tanquam in fraudem facta retractatur ad effectum, vt res ad dominum deuoluatur ob lineam finitam.*

1 AMPLIATVR decimoquarto in emphyteuta, in cuius perſona linea extinguebatur, qui a domino licentiam alienandi obtinuit, & in vim eiuſdem licentiæ in articulo mortis alienauit: quia tunc præſumitur in fraudem alienaſſe: & licet res non cadat in commiſſum propter alienationem: alienatio tamen retractatur, & annullanda eſt ad effectum, vt emphyteuſis deuoluatur ad dominum propter lineam finitam, Grat. in conſ.110.num.1.vſq. ad 25.vol.1.

AMPLIATIO XV.

1 EMPHYTEVTA *alienans abſq. domini licentia, cadit a iure ſuo, etiam ſi alienauerit in euidentem vtilitatem domini.*

1 AMPLIATVR decimoquinto, etiam, ſi emphyteuta abſq; licentia alienet in euidẽtem vtilitatem domini: quia emphyteuta non prohibetur ſolum alienare propter vtilitatem domini, ſeu emphyteutæ, ſed etiam ex alia cauſa, videlicet ne dominus inuitus habeat recognoſcere aliũ, quàm emphyteutam, & ne amittat ſuam actionem perſonalem, vt habetur per doct. in d.l.fin.C. de iure emphyt. & in c. potuit. de locato. & diximus etiam ſupra in principio huius

pri-

priuationis: ita in terminis noſtris Bero.in conſ. 124. num.16.vol.1. vbi ēt reſpondet ad l.fin.ff.de iure dot. quæ in contrarium ibidem per eum nu. 11.fuit adducta, & ſequitur Hippol.Riminald.in conſ.22. num. 5. & DD. de Rota in manuſcriptis in vna Ro. deuolutionis domorum inter D. Hieronymum Gabrielium, & D.Ioan.Antonium Bonardum coram D. Cantuccio, 21. Februarii 1575.verſ.nec obſtat ſi dicatur.

AMPLIATIO XVI.

1 EMPHYTEVTA *abſq; domini licentia alienans rem communem in ſocium, qui non erat de comprehenſis in inueſtitura; iure ſuo priuatur.*

1 AMPLIATVR decimo ſexto etiam, quando emphyteuta alienauit rem cōmunem in ſocium, qui non erat de comprehenſis in inueſtitura: quia, & ſi, qui vnam, & eandem rem conducunt, poſſint illam inter ſe diuidere irrequiſito domino, vt per Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verborum obligat. non tamen poteſt emphyteuta, qui rem conduxit a domino, qui eam communem cum extraneo haberet; illam irrequiſito domino diuidere: quia talis diuiſio eſt alienatio, vt per Bero. in d. conſ. 124. numero 13. & ſequentibus volum.primo.

AMPLIATIO XVII.

1 EMPHYTEVSIS *hæreditaria non poteſt alienari in ſingularem ſucceſſorem, niſi ſeruata ſolennitate l. finali. C. de iure emphyteutico.*

2 EMPHYTEVSIS *hæreditaria ad filium in re certa inſtitutum non pertinet, ſi alius ſit hæres vniuerſalis inſtitutus.*

3 QVOD *procedit etiam, ſi emphyteuſis ſit recepta pro ſe, & hæredibus & ſucceſſoribus. Et quid ſi fuit dictum pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcunq; remiſſiue.*

1 AMPLIATVR decimo ſeptimo in emphyteuſi hæreditaria: nam & illa non poteſt transferri, ſiue alienari in ſingularem ſucceſſorem, niſi ſeruata ſolennitate d. l. fin. C. de iure emphy. vt voluit Imol. in l. quod dicitur. ff. de verb. obligat. quem ibidem ſequitur Alex. col. pen. ſub num. 26. & in l. quædam. §. nihil. ff. de edendo. vbi etiam Iaſ. nu. 4. Ripa in l. dabimus. §. ſi quis cum tutor. num. 2. ff. de priuileg. credit. Alex. conſ. 10. num. 10. vol. 3. & in
2 conſ. 83. num. 2. vol. 7. nam, cum hæc emphyteuſis ad filium in re certa inſtitutum non pertineat, ſi alius ſit hæres vniuerſalis inſtitutus, Bald. in l. liberti, libertæq;. num. 26. C. de oper. libert. Alex. in d. l. quædam. §. nihil. num. 7. ff. de edendo, & in conſ. 43. num. 2. vol. 1. Salic. in l. 2. quæſt. 20. verſ. ſed iuxta hic. num. 31. C. de iure emphyt. Lambertin. de iure patronat. lib. 1. 2. parte. quæſt. 11. artic. 17. Ripa lib. 2. reſponſorum, conſ. 26. nu.
3 18. Didac. Couar. lib. 2. variarum reſolut. cap. 18. num. 5. verſ. vndecimo; vbi hanc communem dicit: non poteſt in ſingularem ſucceſſorem abſq; licentia domini alienari, cum in non comprehenſos in inueſtitura abſq; domini licentia emphyteuſis transferri non poſſit. Et ita in terminis noſtris tenet etiam Roland. a Valle conſ. 23. num. 51. vol. 1. vbi quamplures alios in hanc ſententiam citat & vult id procedere etiam, ſi emphyteuſis ſit recepta pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus: quoniam, quando dicitur de hæredibus, intelligitur de vniuerſalibus, qui ſuccedunt de iure ciuili: & dum dicitur de ſucceſſoribus, intelligitur de vniuerſalibus, qui ſuccedunt de iure prętorio, vt eſt gl. in l. ſtipulatio iſta. in princ. de verb. obligat.

obligat. & conſequenter non poteſt in ſucceſſorem ſingularem alienari, cum is non ſit ex inueſtitura comprehenſus. Quod an verum ſit, & an vendicet ſibi locum, ſi recepta ſit emphyteuſis pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunq;, diximus latius ſupra de variis ſtipulationum formis.

AMPLIATIO XVIII.

1 EMPHYTEVTA, *qui dominum certiorauit, & licentiam alienandi petiit, & antequam dominus declarauerit voluntatem ſuam, non expectato bimeſtri alienauit, emphyteuſim amittit.*

1 AMPLIATVR decimo octauo, quando emphiteuta dominum certiorauit, & licentiam alienandi petiit, ſed ipſum per duos menſes non expectauit, & antequam dominus declarauerit voluntatem ſuam, non expectato bimeſtri alienauit: quia & is iure ſuo priuatur, dicta l. finali. C. de iure emphyt. vbi Iaſ. numero 14.

AMPLIATIO XVIIII.

1 DOMINVS *ab emphyteuta requiſitus, ſi dixit, Nolo retinere; an per hoc dicatur conceſſiſſe licentiam alienandi.*

AMPLIATVR decimo nono etiam, quando dominus ab emphyteuta requiſitus, dixit Nolo retinere: quia per hoc non dicitur emphyteutę data licentia alienandi, & dominus expectandus eſt per duos menſes, vt poſt Iacob. tradit Specul. in §. nũc aliqua. quæſt. 101. num. 124. de locato. arg. l. fin. §. ſimili modo. C. de iure delib. nam verbum Nolò extẽſiuum eſt, l. filii. §. vnico. ff. ad Tertull. contrarium tamen in addit. ad Specul. loco ſupra citato tenet Ioan. Andr. per tex. in d. c. potuit. de locat. & fortaſſe melius: quoniam ille tex. in principio expreſſe inquit, quòd, ſi dominus ſe nolle emere dixerit, vel a denunciationis tempore duorum menſium ſpatium ſit elapſum, emphyteuta poteſt meliorationes, & ius ſibi competens aliis vendere.

AMPLIATIO XX.

EMPHYTEVTA, *qui denunciauit domino, ſe velle vendere; ſed non narrauit verum pretium, quod ab alijs reperiebat, quia maius dixit, non dicitur denunciaſſe.*

AMPLIATVR vigeſimo in emphyteuta, qui denunciauit domino, ſed non narrauit verum pretium, quod ab aliis reperiebat: quia maius dixit: nam perinde eſt, ac ſi domino non denunciauerit, Salicetus in dicta l. finali C. de iure emphyt.

emphyt.num.13.& ibidem Bald.in 2.lectura.num.13.& Iaſ.num. 21. arg.l. vbi autem §.cum igitur in fine.ff.de in diem adiect.l.ſicut. §. non videtur. in fine.ff.Quib.mod.pign.vel.hypoth.ſoluitur.vt etiam voluerunt Specu lat.in §.nunc aliqua,nu.115.de locato.quęſt.92.Imol.in d.c.potuit.num.1. de locato ,& ibidem Hoſt.col.1.& Ioan.Andr.col.1.Collect.col.4.Barbat. col.1.Stephan.Bertrand.conſ.155.ponitur in facto , ante finem.lib.2.Gozadin.conſ.47.viſis inſtrumentis,colum.2.num.7.quos refert,& ſequitur Tiraq.de retract.conſang.§.4.gloſ.2.num.1.Grat.conſ.79.numero 25.vol. primo Guliel. Roodan. in tractat.de rebus.eccleſ.non alienand.pag.mihi 523.numero 47.

1

AMPLIATIO XXI.

EMPHYTEVTA *requirens dominum , an velit emere , & offerens ſe ei emphyteuſim daturum pro iuſto pretio , non ſatisfacit diſpoſitioni l.fin.C.de iure emphyt.nam neceſſe eſt, vt offerat pro illo pretio quod ab alio inuenit.*

2 EXTENDITVR vigeſimo primo, quando emphyteuta requiſiuit dominum, an velit emere , offerendo ſe ei emphyteuſim daturum pro iuſto pretio : quia cum lex finalis. C. de iure emphyt. diſponat , vt emphyteuta offerat ei vendere pro illo pretio , quod ab alio inuenit , non ſatisfacit emphyteuta diſpoſitioni dicta l. fin. offerendo vendere pro iuſto pretio , cum poſſit faciliter contingere , quòd non inueniat ab alio iuſtum prætium : & ſi pro minus iuſto pretio vendit alteri , honeſtum eſt, quòd pro pari pretio vendat proprietario,ita Cor.conſ.193.ſub numero.1.volum.3.qui licet in illo

caſu concludat, emphyteutam propter alienationem non cecidiſſe a iure ſuo: illud tamen eſt, quia non ſolum obtulit ſe daturum domino pro iuſto pretio, ſed pro illo minori pretio, ad quod de iure tenetur, & perinde eſt, ac ſi obtulerit ſe daturum pro illo pretio, quod ab alio inueniet, cum ius commune ita diſponat.

AMPLIATIO XXII.

1 EMPHYTEVTA, *abſq; licentia domini permutans emphyteuſim cum alia ſpecie, & quantitate pecuniæ, quæ præponderet ſpeciei, an cadat a iure ſuo.*

1 EXTENDITVR vigeſimoſecundo, quando pro re emphyteutica fuit data alia ſpecies, & quantitas pecuniæ, quæ præponderat ſpeciei: quia tunc non dicitur permutatio: ſed venditio, quæ non poteſt fieri domino irrequiſito, ita Alciat. in l. 2. in verbo aliud genus. ff. ſi cert. petatur, quē refert tiraq. de rectr. conſang. §. 30. gl. 1. num. 12. & cum agatur de præiuditio tertii, præſumitur, quòd in fraudem partes contractum permutationis dixerint, ad tradita per Igneum in l. 3. §. ſi conditioni. verſiculo & ſi aliud. numero. 77. ff. ad S. C. Syll. quamquam quo ad ius caducitatis Ripa in dicta l. ſecunda. numero trigeſimoſeptimo, & ſequenti. ff. ſi cert. petatur. ſenſerit, id non procedere, cum contrahentes verbo permutationis vti potuerint ſine fraude, ſi permutare principaliter intendebant, licet pecunia ſpeciem ſuperaret, niſi, vt ipſe ſubdit, emptor ſub huiusmodi colore permutationis non denuntiauerit domino, antequam poſſeſſionē apprehenderit: quia tūc res cadit in commiſſum ex l. fin. C. de iure emphyt. & quid iuris ſit, quando pecunia, & ſpecies æquiualeret, vide apud Ripam in dicta l. ſecunda. §.

mutuum

mutuum. numero 42. ff. ſi cert. petatur. & apud Tiraquell. in d. §. 30. gloſ. prima. numero 15. & ſequenti.

1 AMPLIATIO XXIII.

2 EMPHYTEVTA *ſine licentia domini alienare non*
3 *poteſt, etiam ſtante ſtatuto, quòd teneatur quis vendere vicino, vel conſanguineo.*

SPECIES *derogat generi.*

STATVTVM *ſuperueniens debet intelligi ſine præiuditio alterius iam priuilegiati.*

AMPLIATVR vigeſimo tertio etiam, ſtante ſta-
1 tuto, quòd volens vendere, teneatur vendere conſanguineo, vel vicino: quia, non obſtante huiusmodi ſtatuto, dominus eſt præferendus, ita in terminis poſt Gulielm. de Cun. Alber. de Roſ. Rayn. de Forl. Bald. & Angel. in l. Imperator. la 2. ff. de pactis. qui moti ſunt p tex. in l. ſi cum dotem. §. fin. ſolut. matrim. & in l. ex facto. ff. de pecul. tenet Iaſ. in l. fin. numero 12. C. de iure emphyt. nam ſtatutum
2 hoc recipit interpretationem a iure communi, l. ſecunda cum gloſ. ff. de noxalib. l. fin. §. in computatione, C. de iure delib. c. cum dilectus. extra, de conſuet. Bartolus in l. omnes populi. in 3. quæſtione principali. ff. de iuſt. & iure, & etiam, quia ſtatutum loquitur in genere, & l. fin. de iure emphyt. loquitur in ſpecie: ideo generi per ſpeciem derogatur. l. ſanctio legum. ff. de pœnis. l. vxorem. §. Feliciſſimo. de leg. 3. præſertim q͞a domin⁹ conſequitur id priuilegiũ ex iure cõi, l. ex d. l. fin. C. de iure ẽpyt.

ideo ſtatutum poſtea ſuperueniens debet intelligi ſine præiuditio domini iam priuilegiati, arg.l.reſcripta,C.de precip.Imperat.offer.vt etiam tenet Cæpol.cauſarum ciuilium conſ.45.ſub num.4.Alex.conſ.27.num.6. volum.6. Aluarot. in §. porrò, in fine. & ibi gl. & Bald. numero 4. Qualiter feud. alienari poſſ. Guliel. Rayn. & Alberic. in l. ex facto, ff. de pecul. Ioan. Oldendorpius actionum claſſe 4. in actione emphyteutica, in pratica illius actionis, quem refert cum multis aliis, & illis aſſentitur Tiraq. de retract.conſag. §.21.gloſ.vnica. numero 3.& ſeq.

AMPLIATIO XXIIII.

1 EMPHYTEVTA *ſecundus alienans de licentia primi emphyteuta, & non domini directi, a iure ſuo cadit.*

1 AMPLIATVR vigeſimoquarto etiam, quando emphyteuta requiſiuit primũ emphyteutam, & de eius licentia alienauit: quia dominus directus, & non primus emphyteuta, qui poſtea alteri in emphteuſim de conſenſu domini dedit, erat requirendus: nam primus emphyteuta alienando deſinit dominus eſſe, nec poſſidet ciuiliter, nec naturaliter. Vnde eius non eſt requirenda voluntas: ſed domini directi, cuius lex iubet conſensũ requiri, ita gl.in l.fin. C.de iure emphyt. in verbo aliis vendere, in fine, & ibidem Alber.num.4.Salic.num.9. Iaſ. num.88.Azo.in ſumma eiuſdem tituli.verſ.ſed quæri poteſt, nu.11. Hoſt. in ſumma tit.de locato.§.fin.verſ.quid ſi dedi.Speculat. & Ioan. Andr. in §.nunc aliqua.eod.tit.quæſt.126.num.152.idem Specul.ibidem.num.129. Imol.in c.potuit.de locato.num.24.Bald.in c.1.§.illud.num.2. de prohib. alienat.per Friderich.idem Bald.poſt Cun.in l. ſi permittente. C. ad Macedon.Ruin.in conſ.143.num.9. vol.1. Menoch. conſ. 226. num. 157. & numero.185. volum.3. Ludouic.Roman. relatus a Iaſ.loco ſupra citato in l. filiusfamilias, la 2.ff.de acq.hæredit.vbi limitat hanc concluſionem. Vi-

de

de apud ipſum, & declara etiam per Menoch. in conſilio 226. numero 186. verſiculo ſecundus caſus volumine tertio.

1 AMPLIATIO XXV.

EMPHYTEVTA *alienans de licentia vnius domini, vel duorum cum plures eſſent, cadit a iure ſuo pro parte illius domini, cuius conſenſum non requiſiuit.*

1 AMPLIATVR vigeſimoquinto etiam, quando emphyteuta alienauit de conſenſu vnius domini, vel duorum dominorum, cum eſſent plures: nã omnes, etiam vno non excepto, requirendi erãt, & de omnium dominorum conſenſu res debebat alienari: quia res erat communis omnium pro indiuiſo, Ioann. Andr. ad Speculat. in dicto §. nunc aliqua. de locat. quęſtione 72. numero 93. in verbo fiſci habeo. & poſt ipſum Iaſ. in dicta l. finali, numero 124. C. de iure emphyteut. Ideo res cadit in commiſſum pro parte illius domini, cuius conſenſus non fuit requiſitus, vt poſt Gulielm. de Cun. & Angel. in l. communis libertus. ff. de in ius vocando, vbi etiam Soc. num. 4. tradit. Iaſ. loco ſupra citato, & ſequitur Gulielm. Reodan. in tractat. de rebus eccleſ. non alienand. pagin. mihi 516. numero octauo. Petr. de Bella pert. & Alberic. in l. ſi duo patroni in principio. ff. de iureiurando. Roland. a Valle ex communi docto. ſententia conſilio 17. numero 5. volumine ſecundo Bald. in ſimili de Vaſallo, in capitulo primo de prohibit. feud. alienat. per Friderich. nam ſolus ille dominus, qui non fuit requiſitus, poterat etiam aliis dominis conſentientibus, licentiam alienandi denegare, & vti iure pręlationis in ſua parte, vt per Ioann. Andr. & Iaſ. in locis ſupra ci-

pra citatis, & per Tiraq. de retract.conſang.§.23.in gl.2. num. 5. vbi alios in eandem ſententiam citat, licet contrarium tenuerint Guliel. de Cun. & Alberic.& alij in locis, quos citat Roncagall.in l.eandem.in principio. num.72.ff.de duobus reis.vbi etiam ipſe ſimpliciter hos referendo videtur tenere, quòd vnus ex dominis non poſſit vti iure prelationis in ſua parte, ſed opiniones poſſunt concordari, vt ibidem per Roncagall.

AMPLIATIO XXVI.

1 EMPHYTEVTA *alienans ſine licentia rem, pro qua non ſoluitur canon, ſed tantùm eccleſia recognoſcitur pro directa domina, a iure ſuo cadit.*

1 AMPLIATVR vigeſimo ſexto etiam in emphyteuſi, pro qua non ſoluitur canon, ſed tantùm eccleſia recognoſcitur pro directa domina: quia & iſto caſu, quando fit alienatio, requiritur, quòd eccleſia confirmet, & concedat: nam & hęc habet naturam emphyteuſis, vt concludit Corn. in conſ.74.prçmitto in hac conſultatione. num.1.vol.4.

AMPLIATIO XXVII.

1 EMPHYTEVTA *vendens vigore pacti de retrõuendendo an iure ſuo priuetur, ſi abſq; domini licentia retrouendat, & numero 6 9.10.& 11.*

2 RES *hæreditaria legata, ſi reuertitur ad hæredem ex ſpeciali ꝓuiſione teſtatoris, nõ redit in primã cauſã hæreditariã.*

VEN-

3 VENDENS *appoſito pacto de ſibi retrouendendo, ſequuta traditione transfert dominium, & poſſeſſionem in emptorem.*

4 OMNES, *qui recipiuntur non comprehenſi in prima inueſtitura, laudemium pro inueſtitura ſoluere tenentur.*

5 REDEMPTA *re a venditore vigore pacti de ſibi retrouendendo, dominium in eum non tranſit ipſo iure, ſicut tranſiret ex pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem.*

6 SI *dominus conſentiat, rem emphyteuticam vendi cum pacto de retrouendendo, eius conſenſus in retrouenditione minime neceſſarius eſt.*

7 CONSENSVS *patris, qui requiritur ad validitatem iudicij moti cũ filio, ſatis eſt, quòd appareat ex inditijs: & præſtitus in cauſa principali non requiritur in cauſa appellationis, vel in executione:*

8 RES *vendita ex cauſa neceſſaria propter pactum de retrouendendo, reuertitur ad emptorem libere, & omne ius hypothecæ reſoluitur.*

1 AMPLIATVR vigeſimo ſeptimo etiam, quando emphyteuſis venditur vigore pacti de retrouendendo: non enim licet emphyteuſim retrouendere ſine licentia domini: quia qui rem recuperat, non dicitur tenere eodem iure, quo prius tenebat, arg. l. ſi a me, ff. ad l. falcid. vbi res
2 hæreditaria legata, ſi reuertitur ad hæredem ex ſpeciali prouiſione teſtatoris, non tamen redit in primam cauſam hęreditariam. & in c. 1. Quid iuris ſit, ſi poſt alienationem feudi vaſal. feud. recup. vbi Afflict. in terminis noſtris num. 40. verſ. ſexto fallit aduerſus præpoſitum, hoc docet, allegans etiam Ioan. Andr. in c. potuit, de locat. & Alberic. in l. fin. col. pen. C. de iure emphyteut. idem tenentes, cum quibus tranſit etiam Alciat. licet eos non citet, in conſ. 236. num. 5. Tiraq. de retract. conſag. §. 19. gl. 2. num. 3. & videtur tranſire Ripa in l. in quartam, num. 56. ff. ad l. falcid. dum inquit, opinionem Bald. in l. ab emptione. ff. de pactis. deſtrui
3 per tex. in d. l. ſi a me, ff. eod. ad l. Falcidiam. & facit ratio, quia vendens etiã appoſito pacto de ſibi retrouendendo, ſequuta traditione, transfert dominium, & poſſeſſionem in emptorem, & conſequenter deſinit eſſe emphyteuta, Bald. in c. 1. num. 2. de prohib. feud. alienat. per Friderich. gl. in verbo, Aliis vendere, in fine l. fin. C. de iure empyt. Ideo, cum deſinat eſ-

ſe em-

ſe emphyteuta, nec ſit amplius in inueſtitura ſibi ſacta comprehenſus,
requiritur nouus conſenſus domini, vt in eum poſſit fieri alienatio, vt
eccleſia recognoſcatur pro domina, nec neceſſe habeat probare domi-
nium, ſi vult agere rei vendicatione aduerſus illum, in quem res eſt alie-
4 nata propter retrouenditionem, & vt conſequatur laudemium, quod
ſoluere tenentur omnes qui recipiuntur non comprehenſi in primo cō-
tractu conceſſionis, ad tradita per Bero. in conſ.123.num.4. vol. 1. & per
Hier.Gabriel.conſ.89.num.9. iunctis his, quæ tradit Hier.Cagnol. in l.2.
5 num.101.& ſeq.C.de pact.inter empt.& vendit: nam, & ſi vigore pacti
res redimatur a venditore: tamen dominium non tranſit in eum ipſo iu-
re, ſicut tranſiret ex pacto legis commiſſoriç, vel adiectionis in diem, vt
voluerunt Bald.& Angel.in l. 1. ad finem. ff.de donat.& in l.hominem.ff.
de vſucap.Alex.conſ.10.lib.1.Curt.ſen.conſ.12.Tiraq.de retract. conſang.
§.19.gl. 2. num.3.& rurſus idem Tiraq.de retract.conuentionali.§.1.gl. 7.
6 num.12.vbi quamplures doct. in hanc ſententiam citat. Contrarium ta-
men, quòd, ſi domin⁹ cōſenſerit tali alienationi cum pacto de retrouen
dendo, in retrouenditione non ſit neceſſarius ipſius domini conſenſus
ad euitandam pœnam caducitatis, tenuit Cagnol.in d.l.2.C.de pactis in-
ter empt.& vendit.num.113.quæſt.35.quia ſatis dicitur, dominum con-
ſenſiſſe, fieri retrouenditionem, arg.eorum, quæ ſcripſit Bald.in l.fin.§.
neceſſitate.col.antepen.cum ſeq.C.de bon.quæ lib. de conſenſu paterno
requiſito ad validitatem iudicij cum filio, ſatis eſſe ſi appareant indi-
7 tia conſenſus, licet pater expreſſe non præſtiterit;qui conſenſus ſi præſti
tus fuerit in principali cauſa,non requiritur in cauſa appellationis,nec in
executione, cum quo tenet etiam Gozad.in d.l.2.quæſt.13.num.125.quia
ex quo redemit, ex cauſa neceſſaria fuit facta venditio, Ideo bona ad pro
priam naturam redierunt,arg.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact.c.ab
exordio.35.diſtinct.& tali caſu bona non tranſlata, ſed reddita videntur
l.filio, quē pater.ff.de lib.& poſth.pro qua opinione adducit etiam Bart.
8 in l.in diem.ff.de aqua plu. arcend.vbi inquit quòd, quando facta eſt ven
ditio ex cauſa neceſſaria, propter pactum de retrouendendo illa res reuer
titur ad emptorem libere, & omne ius hypothecæ reſoluitur. Ideo di-
citur eſſe eadem, & in eadem qualitate,& cauſa ſecundum Gozad.& con
ſequenter non iudicatur tanquam res noua,& emphyteuta non punitur.
Item adducit deciſionem Bald.in l.ab emptione.ff.de pact.verſ.ex hoc no
ta, dicens, quòd, ſi emphyteuta alienauit, & poſtea recuperauit vigore
pacti appoſiti a principio venditionis, non incidit in pœnam: quia per-
inde eſt, ac ſi res nunquam fuiſſet alienata,vt etiam vult Dec.conſ.88.ſub
num.3.quibus in terminis noſtris videtur aſſentire Tiraq de retract.con
uent. ad finem tituli numero 155.& faciunt not.per eundem de retract.
conſang.

conſag. §. decimo nono. gloſ. ſecunda numero quarto. Cæterum ego
in hac varietate, & conflictu opinionum puto ſic eſſe diſtinguen-
dum, vt opus non ſit noua licentia domini in actu retrouenditio-
nis, ſi ipſe dominus conceſſit licentiam, vt res venderetur cum iſto pa
cto de retrouendendo, quia iam dominus huic oneri conſenſit, &
licentia reemendi dediſſe videtur: nam illud pactum, de conſenſu do
mini appoſitum, non debet eſſe ſuperuacaneum, arg. l. ſi quando;
de leg. primo. & cap. ſi Papa, de priuileg. in 6. Secus ſi dominus con-
ceſſit emphyteutæ licentiam ſimpliciter vendendi: quia tunc domi-
nus conſenſit, vt emphyteuſim habeat emptor, non autem conſen-
ſit, vt emptor poſſit retrouendere venditori, Ideo, quod omiſit, ha-
betur pro omiſſo, l. ſi extraneus. ff. de condit. ob cauſam, nam po-
teſt eſſe, quòd dominus licentiam dederit: quia magis contentus
erat perſona emptoris, quàm venditoris: propterea ſine eius con-
ſenſu non debet habere alium, quem nollet, argumento .l. fina-
10 li. ff. de vſu, & habit. & ita in terminis diſtinguit Afflictus loquens
in feudo, de prohibit. alienat. per Friderich. in principio. numero
trigeſimo nono. Debet tamen fieri retrouenditio in termino in con-
tractu a principio expreſſo: nam, ſi dominus præſtitit conſenſum
ſuper reemptione facienda infra certum terminum, eo termino ela-
pſo cenſetur prohibuiſſe. l. cum prætor. ff. de iudic. l. ſi intra, ff. de ſta
tulib. ita vt, ſi terminus ille poſtea ab emptore venditori prorogа-
retur, non poſſet etiam in termino prorogato retrouenditio fieri ab
ſque; noua licentia domini: nam in prorogatione vertitur intereſſe
domini, non tantùm ipſarum partium, quę partes non poſſunt in-
ter ſe componere, vt ius alterius deterius fiat, l. cum ſtipulatus ſim
mihi a Proculo, & ibi notatur. ff. de verborum obligat. & iſto caſu
terminus prorogatus non dicitur idem cum primo, ſuper quo domi-
nus licentiam conceſſit, Ideo ſine nouo conſenſu domini non po-
teſt fieri retrouenditio, vt late in terminis in feudo loquens, docet
11 per multas rationes Marinus Freccia de ſubfeud. Baron. libro ſe-
cundo quæſtione decima ſeptima. Pariter ſi licentia vendendi cum
pacto de retrouendendo fuit conceſſa a prælato, vt ſine noua licen
tia poſſit fieri retrouenditio, oportet, vt fiat viuente prælato, qui
illam conceſſit, cum licentia vendendi, quæ fuit ab eo conceſſa pro-
pter conſenſum pacti de retrouendendo; expiret eo mortuo, ſicut
expirat licentia vendendi ſimpliciter conceſſa, vt diximus ſupra in
ſexta ampliatione. Si autem pactum de retrouendendo non fuit a
principio appoſitum de conſenſu domini, ſed ab ipſis partibus,
vel ex poſt facto, tunc opus eſt licentia domini in retrouenditione,

ne res cadat in commiſſum: quia non poſſunt contrahentes ad præiudicium domini, qui ſimpliciter conceſſit licentiam alienandi; apponere illud pactum, præſertim ex poſt facto, & eum priuare, ne poſſit vti prælatione, quando emptor vult emphyteuſim retrouendere, ad not. per Afflict. in tract. de iure protomiſ. §. licet enim ſupradiximus. num. 21. & in terminis noſtris Iacob. Guilot. de Aulia conſ. 71. quem refert, & ſequitur Thom. Parpal. in addit. ad Iaſ. in l. fin. ſub num. 138. quæſt. 21. C. de iure emphyt. in verbo Adde, quòd idem. & arg. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. cũ ſimilibus. & not. per Caſtr. in d. l. ab emptione. num. 11. ff. de pactis, quę diſtinctio, ſi pactum illud ſit appoſitum a contrahentibus non in ipſo contractu venditionis, ſed ex poſt facto, videtur etiam de mente Tiraq. in d. §. 19. gloſ. 2. num. 3. & 4. de retract. conſang. & probatur ex his, quæ traduntur in ſequenti ampliatione: & expreſſe illam tenet Thom. Parpal. in addit. ad Iaſ. loco ſupra citato.

AMPLIATIO XXVIII.

1 EMPHYTEVTA, *alienans abſq; licentia domini, pœnam caducitatis non euitat, ſi poſt alienationem ex interuallo facit ſuper ea pactum legis commiſſoriæ.*

1 AMPLIATVR vigeſimo octauo etiam, quando emphyteuſis fuit alienata abſq; domini licentia, & poſt alienationem ex interuallo fuit factum pactũ legis commiſſoriæ: quia tunc contractus non reſoluitur ipſo iure, ſicut reſoluitur, quando pactum legis commiſſoriæ fuit appoſitum ab initio tempore celebrati contractus, & emphyteuta a caducitate nõ excuſatur, ita gloſ. in l. ab emptione. ff. de pact. vbi etiam Bald. & Paul. de Caſtro. poſt Guliel. de Cuneo, quam gloſ. etiam Angel. ibidem reputat

per-

perpetuo eſſe menti tenendam, vt eum recenſet, & ſequitur Iaſ. in d. l. fin. C. de iure emphyt. numero 138. quæſt. 21.

AMPLIATIO XXIX.

1 EMPHYTEVTA *poſt alienationem, & traditionẽ abſq; domini licentia factam, etiam ſi rem recuperet, pœnam incurſam non euitat.*

2 ET *quid iuris ſit, ſi incontinenti ab emphyteuta fuit res recuperata, & quando dicatur incontinenti recuperata.*

3 OPINIO *illorum, qui tenent, emphyteutam ob recuperationem incontinenti factam euitare pœnam priuationis; locum non habet, vbi emphyteuta rem vti propriam vendidiſſet.*

4 FRAVDEM *legi faciens, a gratia legis excluditur.*

5 AVXILIVM *legis fruſtra requirit, qui in legem deliquit.*

EXTENDITVR vigeſimonono etiam, ſi em-
1 phyteuta poſt alienationem, & traditionem recuperet rem emphyteuticam: quia propter hoc emphyteuta non euitat pœnam priuationis incurſam: nam ſtatim facta alienatione fuit ius quæſitum domino: quod tolli nõ poteſt per redemptionem rei venditæ, vt tenet Bart. in l. ſequitur. §. itẽ Labeo. ff. de vſucap. per l. 1. §. ſi rem. ff. depoſ. & l. quidam. §. rogo. ff. de fideicõ. libert. & tex. in c. 1. Quid iuris ſit, ſi vaſal. feud. ꝙ vend. recup. Rurſus idem Bart. in d. l. 1. § ſi rem. ff. depoſ. vbi etiam Paul. de Caſtr. & idem Bart. poſt. Guliel. de Cun. in l. ſi quis libellos, in fine. C. de appellat. Specul. in §. nunc aliqua. quæſt. 96. num. 119. tit. de locato. & ibi Ioan. Andr Alber. in d. l. fin. num. 7. C. de iure emphyt. Ripa, qui hanc communem dicit, in l. cum bona. num. 20. ff. de priuileg. credit. Alex. qui pariter hanc com-

communem teſtatur, in l.ſi a me, num.3.ff.ad l.Falcid. & in l. ſi inſulam. num.40.de verb.obligat.nec non Ripa in l. in quartam.num.55.ff.ad l. Falcid.Imol.in c.potuit,ſub num.48.de locato. ex frequentiori doct.ſententia, & in d.l.ſequitur, §. idem Labeo.ff.de vſucap.circa finem:vbi etiã Roman.idem teſtatur, cum quibus ex magis communi opinione tranſeunt Guid.Pap.conſ.192.num.1.Dec.conſ.160.col.fin.Grat.conſ.133. nu. 2.vol.1.Soc.iun.conſ.20.num.38.vol.1.Iaſ.in l. fin.num.135.C.de iure emphyt.Curt.ſen. conſ.63.antiquiſſima,ante finem.Iul.Clar.lib.4.ſent. recept.§.emphyteuſis, quęſt.13.verſ.ſed quid. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ.7.num.19.Guliel.Reodan.in tract.de reb. eccl. non alienand. pag. 517.num.14.Soarez.in ſuo theſauro recept.ſent. in verbo emphyteuſis. num.78.ſufficit enim dolum eſſe commiſſum, & ex tali pœnitentia quis non deſinit eſſe nocens.l.qui ea mente.ff.de furt.l.quis ſit fugitiuus.ff. de ædilict.edicto. Et Quamuis Alber. Pap.in l.1.C.de iure emphyt.ſecundũ
2 quod eum refert Ant.de Butr.in c.potuit. nu.10. de locato. ſenſerit id ẽt, ꝓcedere ẽt ſi incontinenti rẽ venditã emphyteuta recuperet:quia in iſtis pactis, vbi pœna eſt legis, & venit committenda ex facto affirmatiuo, non admittitur purgatio moræ, l.1.§.ſi rem.ff.depoſ.nihilominus doct. communiter de æquitate canonica tenent, quòd emphyteuta, qui alienauit irrequiſito domino, & poſt alienationem rem incontinenti recuperauit, pœnam priuationis euitet,vt cenſuit Roman.in d.§.idem Labeo. l.ſequitur ff.de vſucap.per text.in c.ſi quis presbyterorum, de reb.eccl.nõ alienand. vbi ſi prælatus recuperat incontinenti rem, quam alienauit, euitat excommunicationem, & per tex. in d.c. potuit.de locato. vbi emphyteuta per non ſolutionem canonis amittit ius ſuum, niſi celeri ſatiſfactione ſibi conſulere ſtuduerit: nam exceptio ibi poſita de celeri ſatisfatione ad vtrunq; caſum pręcedentem debet referri,& ſic etiam ad alienationem, vt tradit etiam Salic.in d.l.fin.C.de iure emphyt.nu.20. Ant. de Butr.in d.c.potuit.num.10.& in conſ.34.ſub num.2.verſ.de æquitate tamen puto.Iaſ.in d.l.fin.num.136.de iure emphyt.vbi citat, quod in ſimili voluit Angelus in l.volũtas, ad finem,C.de fideic.ꝙ prohibitus alienare extra familiam cũ pacto,quòd incontinenti debeat reſtitui familiæ, Quam opinionem, vt emphyteuta euitet pœnam, ſi poſt alienationem incontinenti rem recuperauit, amplectitur etiam,& communem dicit, Iacob.de Nigris in repet.l. ſi inſulam.ff.de verb. obligat. num.299. & nu. 304.Ambroſ.de Opizonib.in repet.l.filiusfamilias. §. diui. num.116. de leg.1.Afflict.in d.c.1.num.24.Quid iuris ſit, ſi vaſal. feud. qui vend. recup.vbi multa nu.anteced.& nu.ſeq. ad hunc propoſitum tradit Bald. in d.l.fin.in 2.lect.C.de iure emphyt.in fine.Bero.in d.c.potuit.numero 163.Guliel.Reodan.in tract.de reb.eccl.non alienand.pag.523.num.48

ſic

Et quando dicatur incontinenti recuperaſſe,uide per Salic.& alios in locis ſupra citatis,& dic melius,quòd iſtud relinquitur arbitrio iudicis,nec poſſit quandocunque; hoc facere ante declarationem domini, vt dicemus infra de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem.limit.41. Cęterum,& ſi ſupradicta declaratio videatur communiter recepta,vt teſtatur Iacob.de Nigris,& affirmant alii,quos ſupra citauimus,nihilominus opinio Albert.Papiens.quòd per recuperationem incontinenti factam emphyteuta pœnam priuationis non euitat,videtur verior:quam amplectitur Imol.in d.c.potuit.nu.48.prope finem illius numeri,licet dicat, quòd contra ſupradictam opinionem,quæ videtur communis,in practica difficile eſſet obtinere; nam exceptio poſita in d.c.potuit,quòd emphyteuta iure ſuo non priuetur,ſi celeri ſatisfactione ſibi coſulere ſtuduerit,non poteſt adaptari ad caſum,quando res fuit alienata:quia ſi vendidit alteri, & non redemit,fruſtra diceretur,quòd poſſit expelli, cũ res non ſit apud ipſum,ſed apud emptorem,& iſta ratio non militaret in emphyteuſi priuati,in qua ſecundum communem opinionem non admittitur purgatio moræ,vt diximus ſupra de differentiis inter emphyteuſim eccleſiæ,& illam,quæ dicitur priuati,differentia. Idemq;, quòd per recuperationem incontinenti factam emphyteuta pœnam nõ euitet, tradit Alex. in l.ſi a me,num.4.ff.ad l.falcid.nam vbi mora eſt commiſſa male faciendo,non eſt locus purgationi moræ, niſi in caſibus a iure expreſſis d.c.1. Quid iuris ſit,ſi vaſall.poſt feud.alienat.illud recup.qui text.non obſtat, quòd habeat illam dictionem,Poſtea,quam ponderant contrarium tenẽtes: quia illa dictio de neceſſitate non ſignificat interuallum temporis l. quoties, §. ſi quis, & ibi notat. Bartolus. ff. de hęred. inſtituend. quam ſententiam videtur etiam approbare Ioan. Andr. ad Specul. in d. §. nunc aliqua, quæſt. 96. dum dicit, quòd textus in d. cap. potuit, in verſ.Niſi, non refertur ad venditionem: ſed ad ceſſationem ſolutionis: quam etiã ibidem videtur approbare Specul.ex quo vltimo loco refert hanc opinionem iuxt.gl.in l.qui filium,§.Sabinus, in verbo Nobis facit.ad Trebell. & Bald.in l.ſi mater.num. 2. C. nę de ſtatu defunct. Retenta tamen opinio-
3 ne eorũ,qui tenent,emphyteutã per recuperationẽ incontinẽti factã euitare pœnã priuationis,declara,illã nõ procedere,vbi emphyteuta rẽ vti ꝓpriã,non facta mentione,quòd eſſet emphyteutica,vendidiſſet: quia tũc vr̃ dominũ negare,aſſerẽdo rem eſſe allodialem,& emphyteuſim amitteret,Bero.conſ.102.num.58.& ſeq.vol.1.Roland.a Valle conſ.17. vol.2. nu. 12.iunctis iis,quę tradit nu. 20.nec iſto caſu proderit ei reuocare emphy-
4 teuſim: quia ab hac purgatione, & gratia excludi debet ille, qui fraudem legi fecit, l. in fraudem. ff. de iure fiſci. nam fraudando, aut delinquendo cenſetur indignus beneficio dicti capituli potuit, &

euis fauorabili prouiſione, arg. l. Lucius Titius. §. Lucius Titius damam, de leg. 2. & arg. eorum, quæ in terminis noſtris, de feudo loquens, tradit Marin. Freccia in tract. de ſubfeud. Baron. lib. 2. pag. 110. num. 4. vbi concludit, quid, licet in Regno alienans feudum, etiam proſſeſſionem tradita, ſeudum non perdat, ſi illud reuocet propter conſtitutione Friderici:
5 non tamen hoc eſt verum, quando feudum vti rem burgenſaticam alienauit: nam fruſtra requirit legis auxilium, qui deliquit in legẽ c. quia fruſtra de vſur. l. ſi ſint hæreditaria, de neg. geſtis quod etiam dicit tenuiſſe aliis rationibus Afflict. in c. imperialem, in 13. notab. colum. 4. de prohibit. feud. alienat. per Friderich.

AMLIATIO XXX.

1 EMPHYTEVTA *alienaus ſine licentia domini cum clauſula conſtituti, vel precarij ſecundum magis communem opinionem a iure ſuo cadit, licet realiter nõ tradat.*

2 EMPHYTEVTA *vendens ſine licẽtia cum clauſula conſtituti, ſi id faciat cum expreſſa proteſtatione, & reſeruatione iuris domini, & realiter non tradat, a iure ſuo non tradit.*

3 EMPHYTEVTA *vendens abſq; licentia cum clauſula conſtituti, ſi realiter non tradat, iure ſuo non priuatur ſecundum opinionem multorum.*

1 AMPLIATVR trigeſimo etiam, ſi non interuenit vera, & realis traditio, dummodo in contractu alienationis appoſita ſit clauſula conſtituti, vel precarii: nam talis ficta traditio, quæ fit per conſtitutum; ſufficit ad hoc, vt emphyteuta iure ſuo priuetur: quia per contractum conſtituti vera trãſfertur poſſeſſio, & dominium vtile, licet modus transferrendi ſit fictus l. certe §. primo, & §. ſecundo, digeſtis. de precario l. ab em-

emptione.ff.de pact.l.quod meo,& l. interdum.ff.de acquir.poſſeſſ.& ita
in terminis noſtris tradunt Caſt.in l.1.§.ſi rẽ.nu.11.ff.depoſ.Petr.Iacob.de
actione in rẽ pro re feud.contra empt.col.3.verſ.itẽ eſt notandũ, Anr. de
Butr.conſ.34.Raph.Fulgoſ.conſ.2.Petrus tenet,col.1.verſ.ad primũ reſpõ
detur.Cuman.conſ.41.col.2.Martin.Laud.in c.imperialem.in princ.col.
2.verſ.nota ſecundum,& ibi etiam Cardinal.Alex.col.2.in princ. verſ. itẽ
intellige.de prohib.feud.alienat.per Friderich.Alex.in l.ſi a me, num. 4.
ff.ad l.falcid.Guid.Pap.conſ.147.col.7.verſ.imo & ſi foret,& conſ. 192. ex
facti narratione.col.vltima.Cardinal.Alex.in §.callidiſ.col.1.de prohibit.
feud.alienat.per Friderich.& in c.1.col.2. verſ. idem intelligẽ.eod. tit. Ia-
cob.a Sancto Georg.in tract.feud.in verbo, & cum pacto de non alien.
col.2.verſ.ex hoc infertur.Iaſ.in d.l.fin.19.quęſt.num.133. C.de iure em-
phyt.Bertrand.conſ.45.pridem de anno domini, poſt principium, lib.
primo.Ruin.conſ.2.col.1.vol.1.& conſ.7.num.5.lib.2.& conſ.69.col. 9.
num.17.vol.3.Matth.Afflict.in c.ſi facta.col.2.num.20.ſi de feud. fue-
rit controuerſia inter dom. & agnat. Curt. iun.in tract. feud. in 4. parte
principali,verſ.vigeſimo quęro,nunquid ad hoc. Hipp.de Marſil. ſing.
412.plures sũt cauſę,vbi & hoc quoq; dicit ſingulare Zaſ.in ſumma feud.
in 10.parte.col.2.verſ.ſed quid ſi vaſallus.Ferdinand. loazes in repet. l. fi-
liusfamilias.§.diui.num. 116.verſ.vnum tamen eſt notandum.de leg. 1.
Tiraq.qui ſupradictos omnes citatos doct.recenſet, & ſequitur, aſſerens
hanc eſſe communiorem, & forte veriorem ſententiam,in tract.de con
ſtit.in 3.parte. 26.limitatione.num.5.& 6.quam ſententiam amplectitur
etiam Ripa conſ.137.num.7.Neguſant.in tract.de pignor.in 3.membro
2. partis principalis. in fine.Caſſan. in conſuetud. Burgund. de iure em-
phyt.§.8.gl.in verbo Reale, quem refert Gaſpar Caball.ad d.conſ. Ant.
de Buttio. 34. aſſerens & ipſe, hanc eſſe communem doctorum ſen-
tentiam, licet eam damnet: quam etiam eſſe frequentius receptam, teſta
tur Iul Clar. lib.4.ſent. recept.§.emphyteuſis, quæſt.13. verſ. ſed quid, ſi
non interuenit,Roland.a Valle conſ.51.num.27.& ſeq. vol.2. vbi & nu.
18.verſ.verum quia tota uis,fortius voluit, quòd ſola venditio emphy-
teutæ abſq; alia traditione ſufficiat ad cauſandum commiſſum:quę tamẽ
2 cõmunis doct.ſententia a Tiraq.in d.26. limitatione.num. 6. de conſtit.
declaratur,vt non procedat,ſi emphyteuta,qui vendidit cum clauſula cõ
ſtituti,ſine alia reali traditione id fecerit cum expreſſa proteſtatione,& re
ſeruatione iuris domini:nam licet ex communi doct.ſententia huiusmo
di proteſtatio non excuſet emphyteutam,quin cadat a iure ſuo, ſi pro-
ceſſit ad realem traditionem, vt dicemus in ſequenti ampliatione :
tamen, vbi non fuit proceſſum ad realem traditionem, ſed ſolum
interuenit conſtitutum, aut precarium, excuſatur propter huiusmodi

proteſtationem, vt dicit notanter voluiſſe Bald. hanc nuncupatim differentiam facientem realis traditionis, & conſtituti, ſiue precarii in c. cumana. col. 2. verſ. & prædicta faciunt, de elect. quem ſequitur Curt. ſen. cõſ. 8. viſo inſtrumento, ſub numero 3. & faciunt not. per Rub. & Bald. in locis, quos idem Tiraq. citat: quam tamen declarationem Rolandus a Valle conſ. 51. num. 36. vol. 2. dicit non eſſe veram, niſi proteſtatio facta ſit cum
3 clauſula Nec aliter, nec alio modo. Quinimo permulti ſenſerunt, emphyteutam, qui vendidit, & realiter non tradidit, ſed tantùm conſtituit, ſe nomine emptoris poſſidere, iure ſuo non priuari, nempe Aluarot. c. 1. col. 2. verſ. quid autem ſi traditio. tit. quid. iuris ſit, & ibi quoq; Cardinal. Alex. ſibi contrarius col. vlt. Afflict. col. 1. verſ. & in tantum. num. 5. iunctis his, quæ ibidem tradit num. 7. quo in loco verſ. ſed iuxta hoc. num. 8. idẽ dicit de retentione vſusfructus, & Ioan. Rayn. in c. 1. §. habito. col. 9. verſ. quæro, quomodo ergo, & ibi quoq; Afflict. in prin. in 13. notab. col. 6. nu. 57. de prohib. feud. alienat. per Friderich. Guid. Papa deciſ. 101. ſi quis rem, vbi dicit, & hoc voluiſſe Petr. Iacob. & ita ſolitũ eſſe iudicari in curia Delphinali, & rurſus conſ. 126. de anno Domini, paulo ante finem. Baptiſta a ſancto Blaſ. in tract. differentiarum. verſ. 119. vaſallus vẽdendo. Curt. Iun. in tract. feud. in 4. parte principali, verſ. ſed circa præmiſſa, qui eſt ſub 13. quæſt. Ripa in cap. cum M. Ferrarienſis. numero 80. in fine, extra de conſtit. & conſilio 81. numero 21. quos omnes refert Tiraq. de conſtit. dicta 26. limitatione, numero ſecundo: quibus etiam accedit Guliel. Reodan. in tract. de reb. eccleſ. non alienand. pag. 384. numero octauo & idem videtur ſentire Alciat. conſilio 733. & expreſſe Gaſpar Caballin. ad dictum conſilium Antonii de Burrio trigeſimũ quartũ, quam opinionem etiam eſſe æquiorem, & ſeruari poſſe in iudicando, præſertim vbi iudicandum eſſet ſola facti veritate inſpecta, poſt Guidonem Papã dicũt Iulius Clarus in dicto §. emphyteuſis. quæſtione decima tertia, verſiculo ſed quid ſi non interuenit, in fine, & Gulielmus Reodanus in dicto tractat. de rebus eccleſ. non alienand. pag. 515. numero ſexto: de rigore tamen iuris etiam ſecundum ipſos prima opinio eſt verior, & frequentiori calculo recepta. Ideo caueat emphyteuta, ne vendat abſq; domini licentia cum clauſula conſtituti, aut precarii, ne iure ſuo priuetur, vt priuari tenet etiam Soarez in ſuo theſauro receptarum ſententiarum in verbo Emphyteuta, numero 76. cum ſeq.

AMPLIATIO XXXI.

EMPHYTEVTA alienans abſq; domini licentia, & tradens, cadit a iure ſuo, etiam ſi fuerit proteſtatus,
1 *quòd alienat ſalua, & reſeruata licentia domini, vel ſaluo iure domini.*

PROTESTATIO contraria facto, nec depen-
2 *dens a ſola voluntate proteſtantis, nihil operatur.*

MENOCHIVS in conſilio trigeſimo octauo nu-
3 *mero vigeſimo quarto, & ſeq. volumine primo, qui cenſuit, quòd ſupra dicta proteſtatio excuſet emphyteutam a caducitate, late reprobatur.*

ABLATIVVS abſolutus conditionem facit.

4 *VENDITIO rei emphyteuticæ ſine licentia domini eſt valida quo*
5 *ad ipſos contrahentes, licet poſtea, ſi dominus velit, res in commiſſum cadat, & alienatio retractetur.*

6 *EMPHYTEVTA ob alienationem nullam iure ſuo non priuatur.*

ABLATIVI conditionem faciunt, quando non poſſunt inducere fi-
7 *deicommiſſum vel ex natura perſonæ, cui adijciuntur, vel ex natura rei; ſed quando referuntur ad perſonam, & ad rem, in qua poteſt cadere fideicommiſſum, conditionem non faciunt, & fideicommiſſum inducunt.*

8 *PARIA ſunt aliquid non eſſe factum, vel nulliter factum.*

9 *IN his, quæ dependent ex mera voluntate proteſtantis, ſtatur eius proteſtationi.*

10 *EX diuerſis non fit illatio.*

11 *VBI concurrunt duæ rationes legis, ſi vna ceſſet, & altera non, legis diſpoſitio non ceſſat.*

12 *VENDENS de euictione rei non tenetur, vbi res euincitur ex natura rei, & ex facto auctoris.*

AMPLIATVR trigeſimo primo etiam, ſi em
phyteuta, qui alienauit, & tradidit; proteſta
tus fuerit, quòd alienat Salua licentia domi-
1 ni, vel Saluo iure domini: nam talis proteſta
tio emphyteutam a caducitate non excuſat:
quia in tali traditione fit durior domini cōdi-
tio, & dicta proteſtatio tanquam fraudoloſa
non valet ex eo, quòd bona fide res non geri-
tur, vt notatur in l.ſi ita quis.§.ea lege.de verb.
obligat. ita Bald.in c. Cumana, num. 3. verſ. & prædicta faciunt.extr. de
elect. talis enim proteſtatio tanquam contraria facto non attenditur, &
2 cum ſit contra ius, nec dependeat ſolum a voluntate proteſtantis, nihil
operatur, vt tenet etiam Felin. in c. quæ in eccleſiarum, num.88.extr. de
conſtit. Iaſ.in d.l.fin.num.142.C.de iure emphyt.Ripa in c.cum M. Ferra
rienſis.num.80. extr. de conſtit. vbi hanc communem dicit: quam ſen-
tentiam vti communem, & veram amplectitur Dec.conſ.160.num. 3. &
ſeq.vol.1.Alciat. conſ.753. num. 2.Iaſ. in 2. lectura rubricæ.ff. ſolut. matr.
num.25.quem refert Soarez.in ſuo theſauro ſentent.recept.in verbo em-
phyteuſis.num.79. Roland.a Valle conſ. 51. num. 28.vol. 2. vbi in eādem
ſententiā citat Roman.in ſingul.511. Aret.conſ.35.vol.2. Soc. quæſt. 251.
col.4.Alex.conſ.3.vol.1.col.2.& alios quamplures: hanc eandem ſenten-
tiam tuetur, & communem affirmat Iul. Clar.lib.4.ſent.recept.§.emphy-
teuſis, quæſt, 13.verſ.item quæro, & ante ipſum eandem opinionem te-
nuerunt Hoſt.& Ioan.Andr.in c. ea te, extr.de iureiur. & ibidem Ant.de
Butr.& Imol.qui ex ſententia Ioan.Andreę inquit, quòd emphyteuta, qui
alienat, & tradit Saluo iure domini, facit, ſicut ille, qui dicit, Tu mentiris
Salua reuerentia tua, vel ſicut ſiniſcalcus quidam, qui fecit hominem
ſuſpendere Saluo iure ipſius: eandem ſententiam vt propter talem pro-
teſtationem emphyteuta non excuſetur, tenent Curt.Iun.in tract.feud.
in 4.parte.Iacob.de Sancto Georg. in ſua inueſtitura feudali, in verbo, Et
cum pacto de non alienando col.8.Brun.conſ. 23. verſ.octaua regula eſt,
Scarampus conſ.111.inter conſ.Bruni, Neuiz.Aſtens. conſ. 12. col. 11. in-
ter conſ.eiuſdem Bruni, quos omnes refert Antonius Rub.in repet.l. non
ſolum.§.morte.nu.316.ff.de noui oper.nunciat.vbi & ipſe hanc cōmunē
teſtat, & ibi idē affirmat, Hermon.Det.nu.97.quibus conſentit Curt.Sen.
cōſ.8.nu.3.Durāt.de arte teſtādi tit.de leg.caut.46.Ceph.cōſ.223.n.38.vol.
2.Abb.in c.fin.de feud.nu.10.q̄ſt.vlt.Gram.dec.49.nu.5.Bald.in c.1.§.fin.

ſub

ſub num. 5. verſ. ſed pone pater. Quæ ſit prima cauſa benefic. amittendi. & rurſus in l. vnica.num. 56. quæſt. 16. C. de his, quæ pœnæ nomine. qa ante factum, vel in ipſo facto requiritur licentia: & quia traditio eſt facti, & ſic factum contrarium eſt proteſtationi, proteſtatio eius, qui alienat ſaluo conſenſu domini non releuat: nam, quando de facto eſt cogitatum, proteſtatio non excuſat delictum, adducit l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacr. eccleſ. & hæc ſententia non ſolum magis communis, ſed etiam verior eſt, quamuis ab ea diſcedat Bald. ſibi contrarius in l. fin. in fine. C. de
3 iure emphyt. & in tit. de pace Conſtant. in verbo libellariæ. nu. 1. Cardin. Zabar. in c. ex parte, col. 3. verſ. & videtur, extra de feud. quorum, poſtquã eos recenſuit, aſſecla eſt Menoch. in conſ. 38. num. 24. & ſeq. vol. 1. & ante eum eiſdem fundamentis idem tenuit Ant. Rub. in d. §. morte. num. 316. & ſeq. l. nõ ſolum, de nou. oper. nunciat. licet de eo Menoch. mentionem non faciat, qui eodem loco cenſuit in puncto iuris poſſe ſuſtineri, quòd illa proteſtatio Saluo iure domini proſit emphyteutæ proteſtanti, licet ſequuta ſit traditio: mouetur ex eo, quòd conſenſus domini in alienatione emphyteuſis, etiam poſt traditionem, adhiberi poteſt per ea, quæ ſcribunt Iſern. & Aluarot. in c. imperialem. §. callidiſ. de prohib. alienat. per Friderich. & Afflict. deciſ. 286. col. 1. Gozadin. conſ. 26. col. 2. Roland. a Valle conſ. 97. num. 33. vol. 1. Vnde, cum illa proteſtatio Saluo iure domini, poſſit duobus modis intelligi, primo, vt valeat alienatio dominii vtilis, reſeruato dominio ipſi domino, ideſt ſine præiuditio domini, item poſſit intelligi Saluo iure domini, ideſt ſi dominus conſenſerit, vt Bald. dicit in l. fin. in quarta quæſt. C. de ædilict. edicto, ſecundum hanc vltimam interpretationem ſumenda eſt illa proteſtatio, vt emphyteuta a pœna caducitatis excuſetur, arg. l. merito. ff. pro Soc. & eorum, quę late ſcribit Felin. in capitulo paſtoralis. de reſcript. & Alex. conſilio 72. columna ſecunda, volumine ſecundo. Item conſiderat, quòd his verbis, Saluo iure domini, vult emphyteuta eſſe ſaluum, & illæſum ius domini. capit. primo, de eo, qui mittitur in poſſeſſ. quod ius non poteſt eſſe ſaluum, & illæſum, ſi pura eſſet alienatio, & non conditionalis: quæ etiam ex eo conditionalis cenſetur, quia illa verba, Saluo iure domini ſunt ablatiui abſoluti, & ob id conditionẽ faciunt, iuxta l. a teſtatore. ff. de
4 cõdit. & demonſt. & clare dicunt hoc probari ex l. ſi debitor. §. primo. ff. Quibus mod. pign. vel hypoth. ſoluitur, vbi, qui venditioni pignoris cõſentit Salua cauſa ſui pignoris, nullum ſibi adfert præiuditium ex eo conſenſu, cum ſub hac conditione conſenſerit, vt ſcilicet ſit ſaluum ius ſuum; pro qua ſententia dicunt etiam facere, quæ ſcribunt Cardinalis, & Decius in capituló directe, de appellationib. dum concludunt, quòd, ſi quis a lata contra ſe ſententia viua voce

appellet, cum in ſcriptis appellare debuiſſet, ex ea appellatione viua voce facta nullum dicitur illatum præiudicium appellationi in ſcriptis porrigendæ, ſi adiecit, hæc verba, Saluo iure appellandi in ſcriptis. Vltimo mouetur Menoch. quia hęc verba Saluo conſenſu domini, ſunt limitatiua, & reſtrictiua, & faciunt, vt pręcedens diſpoſitio reſtringatur ad eum ſolum caſum, de quo actum eſt iuxta gl. in l. item Labeo. ff. famil. erciſc. Alex. conſ. 59. num. 16. lib. 4. Dec. conſ. 283. num. 2. Alciat. conſ. 101. num. 12. Ergo debent idem operari, ac ſi eſſent adiecta illa verba, Nec aliter, nec alio modo; quę ſecundum communem ſententiam doctorum emphyteutam alienantem, etiam ſequuta reali traditione, a caducitate excuſant, vt dicemus infra hac eadem cauſa priuationis. limitatione. 37. Hę ſunt rationes Rubei, & Menoch. & aliorum, qui hanc opinionem tuentur. Quibus non obſtantibus veriorem communem doct. ſententiam puto, vt talis proteſtatio emphyteutam a caducitate rei alienatæ non excuſet, reali traditione ſequuta, per rationes, quæ ſuperius fuerunt adductæ, Quibus minime obſtant fundamenta in contrarium adducta: nam illa verba Saluo iure domini, vel ſalua licentia, licet ſint ablatiui abſoluti, conditionem non inducunt; quia venditio rei emphyteuticę po-
5 teſt eſſe valida, etiam ſi fiat abſq; licentia domini, cum res emphyteutica valide vendi poſſit quo ad ipſos contrahentes, etiam ſine domini conſenſu, licet poſtea, ſi dominus velit, res in commiſſum cadat, & alienatio retractetur, l. fin. C. de iure emphyt. ad not. per Roland. a Valle conſ. 57. num. 8. & ſeq. vol. 3. aliàs. n. ſequeretur, quòd emphyteuta a-
6 lienando abſq; licentia domini nunquam iure ſuo priuaretur: quia ſi vēditio abſq; conſenſu domini imperfecta eſſet, & nulla quo ad ipſos contrahentes, emphyteuta a iure ſuo non caderet, cum ipſe ob alienationem nullam iure ſuo non priuetur, Iaſ. in d. l. fin. num. 139. & ſeq. C. de iure emphyt. Ripa conſ. 81. num. 22. Alciat. conſ. 258. num. 5. & nos dicemus infra hac eadem cauſa priuationis, limitatione vigeſima ſecunda, Ideo cū venditio rei emphyteuticæ poſſit valide fieri ſine domini licentia, nec repugnet ex natura rei, nec ex perſona contrahentium, quòd valida ſit vē-
7 ditio quo ad ipſos contrahentes, etiam ſine domini licentia, dicta verba Saluo iure, quæ ſunt ablatiui abſoluti, conditionem non faciunt: ſed inducunt actum quantum ad ſe: nam ſolum iſti ablatiui faciunt conditionem, quando non poſſunt inducere fideicommiſſum vel ex natura perſonæ, cui adiiciuntur quia non poteſt grauari: vel ex natura rei: ſed, quando referuntur, ad perſonam, & ad rem, in qua poteſt cadere fideicommiſſum; fideicommiſſum inducunt, & conditionem non faciunt, vt declarat Bart. in d. l. a teſtatore num. 3. ff. de cōdit. & demonſtrat. non vrget tex. in l. ſi debitor, §. 1. ff. Quibus mod. pign.

vel

vel hypoth.ſoluitur, quia in illo caſu propter proteſtationem, quòd vé-
ditio fiat, ſalua cauſa ſui pignoris, remanet pignus illęſum: quia quòd re-
maneat, a ſolo ſuo conſenſu dependet, nec repugnat, quòd venditio fiat
& pignus ſibi ſaluum remaneat: ſed ſecus, quando emphyteuta vendit
ſaluo iure domini: quia talis proteſtatio eum non excuſat a caducitate:
quia non dependet a voluntate proteſtantis: ſed a voluntate domini, &
legis diſpoſitione, vt dicunt communiter doct. nec obſtat, quòd ſi quis
a lata ſententia contra ſe viua voce appellat, Saluo iure appellandi in ſcri-
ptis, ex ea appellatione viua voce facta, nullum dicatur præiuditium il-
latum appellationi in ſcriptis porrigendæ: nam hoc conceditur: ſed il-
lud contingit ex eo, quòd prima appellatio viua voce facta, cum debuiſ-
ſet fieri in ſcriptis, eſt nulla, & perinde eſt, ac ſi viua voce non eſſet ap-
8 pellatũ, cũ paria ſint aliquid non eſſe factũ, vel factũ ſed nulliter, l. 4. §. cõ-
demnatum. ff. de re iudic. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bon. poſſeſſ.
contra tabulas. ſecus ſi prima appellatio ſit valida: quia tunc prima atten
ditur, & nõ ſecunda in ſcriptis porrecta, vt declarat Roberr. Marant. in ſua
practica. in 6. parte, in 2. actu principali. num. 145. cũ ſeq. ſequutus Bart.
& Roman. & quatenus etiam ſecunda appellatio fieri poſſit in ſcriptis, vt
voluerunt Alex. & alii, quos ibidem Marant. citat, cum prima eſt viua vo-
ce facta; fundamentum conſiſtit totum in eo quòd per dictam reſerua-
tionem videtur facta proteſtatio, quòd, ſi contingat appellari in ſcri-
ptis, prima appellatio habeatur pro non facta. Et in his, quæ dependẽt
9 a mera voluntate proteſtantis, ſtatur ſuæ proteſtationi, vt in l. qui in alie
na, §. fin. & ibi doct. ff. de aquir. hęredit, Maranta loco ſupra citato, quæ
rationes ceſſant in emphyteuta alienante, ſaluo conſenſu domini, tum
quia non dependet a voluntate proteſtantis caducitas rei; ſed a volunta-
te domini, & legis diſpoſitione, vt eſt dictum: tum quia alienatio abſq;
conſenſu domini eſt valida, & irreuocabilis quo ad ipſos contrahentes,
ſed reuocabilis domino volente, cum ipſe poſſit ex l. fin. de iure emphyt.
rem vendicare, & ex diuerſis non ſit illatio l. Papianus exuli. ff. de mino-
10 ribus. Et quemadmodum, quando appellatio viua voce facta, fuit valida
ſi non fiat poſtea appellatio in ſcriptis, remanet, in ſuo eſſe: ita in pro-
poſito, ſi non ſequatur conſenſus domini, qui fuit reſeruatus ad facien-
dum, vt alienatio ſit omnino irreuocabilis, remanet firmus actus, & re-
peritur venditio facta quo ad ipſos contrahentes, quæ non poterat fie-
ri, antequam dominus eſſet requiſitus. A tet. conſ. 41. num. 4. & 5. & con-
ſequenter debet iure ſuo priuari: & licet daremus hanc alienationem
Salua licentia domini eſſe quodammodo conditionalem, vt ſi non ſequa
tur conſenſus domini, alienatio non intelligatur facta, vt volunt Me-
noch. Rub. & alii contra communem ſententiam; non tamen poteſt ne

gari

gari, quia hæc venditio conditionalis, vt ipſi volunt, ſtatim ſit perfecta, antequam domini licentia ſequatur, l. neceſſario. §. ſi ita res. ff. de peric. & commod. rei venditæ. & vſq; adeo, vt non liceat alteri contrahentium inuito altero ab ea diſcedere, vt inquit gl. in d. §. ſi ita res. & in l. 1. in princ. C. eod. tit. & in §. 1. inſtit. de empt. & vendit. & Hoſt. in ſumma, tit. eodem. §. 2. in fine. quem refert, & ſeq. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gl. 2. num. 26. Si ergo huiusmodi alienatio, reſeruata domini licẽtia, eſt adeo perfecta, vt ſi ſequatur domini licentia non poſſint contrahentes pœnitere, & ſi non ſequatur ſit pro non facta; ſequitur, vt dominus ſit contemptus; quia nullo modo poteſt habere prælationem, quam lex ei concedit in alienatione rei emphyteuticę, cum alienatio ſit eo modo facta, quòd aut venditio eſt reſoluenda, licentia domini non ſequuta, aut res alienata debet remanere apud eum, in quem, reſeruata domini licentia, fuit alienata, & cum dominus ſit hoc modo contemptus, quia ei aufertur prælatio in emptione rei; dicta proteſtatio Saluo conſenſu domini non debet attendi, tanquam in fraudem facta: nec ſatis eſt, quòd cõtrahentes reſeruent conſenſum domini, cum non reſeruent prælationem, an velit ipſe dominus anteferri: quia duplici ratione res emphyteutica abſq; domini conſenſu vendi non poteſt, nempe ne dominus grauaretur in probando dominium, ſi vellet agere aduerſus extraneum, qui emphyteuſim acquirit, quod eſſet ei difficile, & vt ipſe poſſit extraneo præferri, Bart. in l. in conuẽtionibus. ff. de verb. ſignificat. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. oblig. Aret. conſ. 41. num. 4. & 5. communiter doct. in l. fin. C. de iure emphyt. teſte Bero. in conſ. 123. num. 4. vol. 1. Hoc ſtante deſtruitur conſideratio Rubei in d. §. morte; nam illa proteſtatio Saluo iure domini, aut accipitur ſecundum primam ſignificationem, vt valeat alienatio dominii vtilis, reſeruato directo dominio ipſi domino, ideſt, quòd intelligatur facta ſine præiuditio directi dominii, & tunc offenditur ratio prędationis, quam dominus debet habere in emptione rei, propter quam etiam emphyteutę prohibita eſt alienatio: aut accipitur ſecundum alteram ſignificationem, ideſt ſi licentia domini ſequatur, & tunc etiam dominus offenditur: quia contractus eſt eo modo cõceptus, vt dominus non poſſit prælationem habere, vt ſupra oſtendi: nec etiam Bald. in meo codice dicit id, ad quod allegatur a Rubeo in l. fin. in 4. q̃ſt. C. de ædilict. edicto. Cum ergo neutro caſu dicta proteſtatio ius prælationis dño reſeruet, ſequit̃, vt dicta proteſtatio emphyteuta a caducitate nõ excuſet: q. a vbi cõcurrũt duę rõnes, ob quas q̃s iure ſuo priuat̃, ſi ceſſat vna, & alia nõ, adhuc loc⁹ eſt legis diſpoſitioni, §. affinitatis, iſtit. de nupt. cum præſertim dicta reſeruatio nullum ius tribuat domino, tum quia tacite ineſt, vt ſaluum ſit ius domini d. l. fin. de iure emphyt. quod ei ipſo in-

inuito non poteſt auferri l.ius noſtrum, de reg.iur. tum quia propter dictam clauſulam appoſitam, Saluo iure domini, nihil domino tribuitur quominus ipſe cogatur aduerſus extraneum docere de dominio, ad not. per Bart.in l.ſi ſic.§.1.in fine.de leg.1.propter quam rationem rei emphyteuticæ abſq; licentia domini etiam prohibetur alienatio. Non obſtat poſtrema ratio, quòd illa verba Saluo iure domini &c. ſint limitatiua, & reſtrictiua, & faciant, vt præcedens diſpoſitio reſtringatur ad eum ſolum caſum, de quo actum eſt, tum quia non negatur, quòd alienatio cum dicta proteſtatione nõ intelligatur facta cum reſeruatione iuris domini: ſed dicitur, quòd dicta reſeruatio non defendit emphyteutã a priuatione emphyteuſis ob alienationem, tum quia fit interpretatio, vt iſtę reſeruationes factæ per dictionem Saluo &c. ſtrictè accipiantur, etiam ſi alioquin modicum operarentur, vt declarat Alciat.in d. conſ.101.nu. 18.& poſſunt eſſe appoſita iſta verba ad excuſandum emphyteutam vendentem ab euictione: quia vendit reſeruato conſenſu domini, nec vult teneri, ſi dominus poſtea non conſentiat, & velit rem alienatam emptori auferre iuxta diſpoſitionem d. l. fin. de iure emphyt. nam vendendo rem vti emphyteuticam, reſeruato conſenſu domini, deducit ad notitiam emptoris, rem poſſe euinci a domino directo, ſi nolit conſenſum præſtare, & venditionem ratam habere: ſed potius rem ob alienationẽ ſine licentia factam vendicare: nam iſto caſu res euincitur ex natura rei, & ex facto auctoris, & vendens de euictione non tenetur iuxta not.per Alex.conſilio 21.volumine quinto.Aret. conſilio tertio,& Dec. conſ.411.
12 numero quarto. Non obſtat, quòd conſenſus domini poſſit etiam poſt alienationem factam interuenire: quia hoc conceditur: ſed non propterea ſequitur, quòd non poſſit rem caducam dicere, cum ſit in eius voluntate velle, aut nolle rem eſſe deuolutam ob alienationem factam irrequiſito domino, Alex.conſilio 106. numero quarto, & conſilio 113. numero tertio, libro quarto, Iaſ. in dicta l. finali, C. de iure emphyt. numero 104.

AMPLIATIO XXXII.

1 *EMPHYTEVTA dans emphyteuſim æſtimatam in dotem fœmina, quæ non ſit de comprehenſis in inueſtitura, emphyteuſim perdit.*

AESTIMATIO etiam in fundo dotali emptionem facit.

AMPLIATVR trigeſimo ſecundo, quando res emphyteutica datur in dotem æſtimata alicui fœminæ, quæ non ſit de comprehenſis in inueſtitura; nam tunc res in cõmiſſum cadit, ex quo æſtimatio etiam in fundo dotali venditionem inducit, l. quoties. C. de iure dot. gl. communiter approbata in l. inter virum. C. eod. Alex. conſ. 79. nu. 2. vol. 5. & conſ. 156. vol. 6. Soc. conſ. 56. verſ. ſeptimus caſus. vol. 1. Dec. conſ. 160. col. 1. verſ. & in caſu iſto ſi forma contractus. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gl. 14. num. 21. Roland. a Valle conſ. 92. num. 9. vol. 2. vbi hanc communem dicit. Riminald. inſtit. Quib. alienare licet, vel non. in principio. numero 34. vbi ponit regulam cum ampliationibus, & fallentiis de qua re vide etiam Ioſeph Ludouicum concluſ. decima: & ita in terminis in emphyteuſi tradita pro dote, æſtimatione facta, voluerunt Specul. in §. nunc aliqua. quæſtione 110. numero. 134. tit. de locato, Imol. in d. c. potuit. numero 17. extra eod. tit. Capella Tholoſ. deciſ. 279. numero tertio. Salic. in d. l. finali. C. de iure emphyt. numero decimo, & ibidem Iaſ. numero 108. Decius conſilio 160. columna ſecunda. Guido Papa deciſ. 48. ſub numero ſecundo. incipit eſt etiam aduertendum, Tiraq. de retract. conſang. §. ptimo. gloſa 14. numero 108. vbi citat Ioan. Rayn. in c. 1. §. habito. charta 4. verſiculo quid autem ſi in re emphyteutica. de prohibit. feudi alienat. per Fridericum, & Manſuer. titulo de emptione, & venditione. §. item ſi detur, eandem ſententiam tenentes.

AM.

AMPLIATIO XXXIII.

1 *EMPHYTEVTA propter compromiſſum, ſi arbiter rem aduerſario adiudicet, & in eum poſſeſſio transferatur, ab emphyteuſi cadit.*

2 *AN per ſententiam arbitri transferatur dominium, ſicut per ſententiam iudicis.*

3 *QVI non poteſt alienare, nec de re libe... diſponere, non poteſt etiam compromittere.*

4 *IN iuditio quaſi contrahitur.*

EXTENDITVR trigeſimo tertio, vt em-
phyteuta iure ſuo priuetur propter compro-
miſſum, ſi arbiter rem aduerſario adiudicet, &
1 in eum trasferatur poſſeſſio, ita Iaſ. in d. l. fin.
quæſt. 9. num. 109. C. de iure emphyt. vbi repro
bat Bald. in l. fin. §. vltimo. C. commun. de leg.
qui cõtrarium tenuit, fretus ea ratione, quòd
emphyteuta compromittendo non dicatur
alienare, etiam ſi res adiudicetur aduerſario:
2 quia ſecundum eum per ſententiam arbitri non perditur dominium, c.
Rayn. extra de teſtam. nam hoc falſum eſt ſecundum Iaſ. quia, ſicut per
ſententiam iudicis transfertur dominium iuxta not. per gl. & doct. in l. &
hoc iure. ff. de iuſt. & iure. & in l. Pomponius. §. ſi iuſſu. ff. de acquir. poſſeſſ.
& per gl. notab. in §. fin. inſtit. de offic. iudicis. ita etiam transfertur per ſen
tentiam arbitri; cum hodie ex eius ſententia actio oriatur, & talis ſenten-
tia pariat effectum, ſicut iudicis ſententia, ſecundum diſtinctionem l. cũ
3 anteà. C. de arbitr. & regulare eſt, vt qui non poteſt alienare, nec de re li-
bere diſponere, non poteſt etiam compromittere, vt not. Ant. Abb. &
4 alii in c. cum tempore, extra. de arbitris, & ratio etiam poteſt eſſe, quia in
iudicio quaſi contrahitur l. 3. §. idem ſcribit. ff. de peculio. Ideo ſicut non
poteſt emphyteuta alienare per viam contractus abſq; domini licentia,
d. l. fin. de iure emphyt. ita nec per quaſi contractum, vt tenet etiam in ter

minis noſtris Alliprand.in conſ.19.num.20.verſ.contrariam partem, inter conſ.Status Monferrati, quem refert Roland. a Valle conſ. 22.verſ.ſecundo in terminis.num.10.in fine.vol.4.nec dubium eſt, quicquid dicat Roland.de feudo, quòd emphyteuta valet abſq; licentia domini quo ad ſe valide alienare, vt ſupra dixi in antecedenti ampliatione, ergo poteſt ſuper ea compromittere, vt tradit Abbas num.4.poſt Ant.de Butrio in d.c.cum tempore; extra, de arbitr. & ſi inde ſequatur ex ſententia arbitri adiudicatio rei in aduerſarium, debet iure ſuo priuari, licet per ſolum compromiſſum non priuatur, vt docet Afflict.in c.1. §. inter pares. num. 4.de lege Corradi.de qua re vide etiam per Cottam in ſuis memor.in verbo Emphyteuta non poteſt alienare, & per Gul.Reodan. in tract. de reb. eccleſiaſt. non alienandis, de caducitate ob rei deteriorationem, verſic. emphyteuta quoq;, num.36.pag.mihi. 521. declarat tamen ſupradictam concluſionem Blanc.in tract de compromiſ.vt non habeat locum, quando ſumus inter cōiunctos, qui ex forma ſtatuti cogentis compromittunt, vt per eum quæſt.4. in verbo Res, numero vigeſimo nono.

AMPLIATIO XXXIIII.

1 *EMPHYTEVTA conuentus, ſi traſigendo dat actori in inueſtitura non comprehenſo emphyteuſim, quam ipſe poſſidebat, recepta pecunia, a iure ſuo cadit.*

1 EXTENDITVR trigeſimo quarto in tranſactione, vbi emphyteuta conuentus tranſigendo dat actori, qui non ſit de perſonis inueſtitura comprehenſis, emphyteuſim, quam ipſe poſſidebat, recipiendo pecuniam: quia hoc modo tranſigendo dicitur alienare.l.fin. C. de reb. alienis non alienand. l. non ſolum. C. de prædiis minorum.per quę iura ita in ſpecie noſtra tradit Iaſ.in l. iuſiurandum ex conuentione,

ne.§.pupillus.ſub nu.4.ff.de iureiur.& in d.l.fin.C.de iure emphyt. quęſt. 10.num.121.& ſeq.ſequutus Bald.in c.1.de contro.inter dom.& alium de benefic. inueſtit. & in c. 1. in princ.in 6.col. de prohib. feud. alienat. per Friderich.vbi etiam Afflict.num.16.& in c.1.§.ſi vaſallus de ſuo feudo.numero 44.ſi de feudo fuerit contra inter domin.& agnat.licet ſecus ſit, ſi ipſe emphyteuta tranſigendo rem pro ſe retineat,aut rem,quę prius erat apud aduerſarium, retineat, vt dicemus infra hac eadem priuationis cauſa limitatione vigeſima octaua.

AMPLIATIO XXXV.

1 EMPHYTEVTA *locans emphyteuſim ad longum tempus, dicitur alienare, cum ex iſta locatione transferatur vtile dominium,& naturalis poſſeſſio in conductorem.*

2 EMPHYTEVTA *locans emphyteuſim ad longum tempus, irrequiſito domino, a iure ſuo cadit.*

3 VASALLVS, *qui feudum non poteſt alienare irrequiſito domino, non poteſt etiam illud ad longum tempus locare.*

4 POENA *priuationis nunquam habet locum, niſi expreſſe caueatur.*

5 VBI *conueniunt verba legis,conuenit legis diſpoſitio,etiam ſi verba non conueniant ex toto,dummodo conueniat effectus etiam indirectè.*

6 EMPHYTEVSIS,& *locatio ad longum tempus non ſolum nomine, ſed re ipſa in multis differunt.*

7 CANONEM *non ſoluere, & irrequiſito domino alienare paria ſunt.*

8 CONDVCTIO *in re propria non cadit.*

9 DOMINVS *ratione vtilis dominij, quod habet emphyteuta; poteſt emphyteuſim ab eo conducere.*

10 EMPHYTEVTA, *locando ad longum tempus, an cadat a iure ſuo, vbi in inueſtitura fuit ei conceſſa licentia locandi emphyteuſim.*

11 EMPHYTEVTA *propter locationem ad longum tempus non cadit a iure ſuo,vbi adeſt conſuetudo faciendi huiuſmodi locationes irrequiſito domino.*

12 EMPHYTEVTA *locando ad longum tempus reſeruato conſenſu domini,& cum clauſula,Nec aliter,nec alio modo,a iure ſuo non cadit.*

EM-

13 *EMPHYTEVTA propter locationem ad longum tempus cum expreſſa reſeruatione vtilis dominij, & naturalis poſſeſſionis, an cadat a iure ſuo.*

14 *LOCATIO facta ad decem annos, vel vltra dicitur ad longum tempus.*

15 *LOCATIO facta ad vitam locatoris, & conductoris, vel alterutrius dicitur ad longum tempus.*

16 *LOCATIO facta, vt duret quandiu locator, vel quandiu conductor voluerit, dicitur ad longum tempus.*

1 AMPLIATVR trigeſimo quinto in emphyteuta, qui ad longum tempus irrequiſito domino emphyteuſim locauit: quia locatio ad lōgum tempus dicitur alienatio, cum ex ea transferatur vtile dominium, l.1.in fine, cum l. ſeq.ff.ſi ager vectig.vel emphyt.petatur.ac etiā poſſeſſio, vt notatur in l.ſi quis ante. ff. de acq. poſſeſſ.& in l.ſi vt certo, §. ſi duobus. ff. commodat.gl.in Clem.1.de reb. eccl. non alienan. vbi Imol.num.16.Ancar.& Cardinal.Paul.de Caſtro in l.codicillis.§. inſtituto.in fine.de leg.2.& ibi communiter doct.Iaſ.in l.naturaliter. num.15. ff.de acq.poſſeſſ.Imol.in c.ad audientiam.num.3.extra, de reb.eccl.non alienand.Ruin.in conſ.156.num.6.vol. 1. & etiam, quia inter locationem ad longum tempus, & emphyteuſim nulla eſt, niſi verbalis, differentia, Faber in §.finitur.inſtit.de vſufruct.& in §.adeo.de locato.Imol.in d. c. ad audientiam.nu. 3.Ruin.in d.conſ. 156. num. 6. Crot. in conſ.22. num. 6. cum aliis cumulatis a Tiraq.de retract.lignag.§. 1.gl.14.num. 84. Ideo ſicut emphyteuta dando rem in emphyteuſim irrequiſito domino cadit a iure ſuo, Speculat.in §.nunc aliqua.quæſt.125.num.151.tit.de locat.Iaſ.ī l.fin.quæſt.2.nu.110.C.de iure emphyt.& ibidem Alberic.nu. 6. & Salic.
2 numero 5. & dicā magis late infra hac eadem cauſa priuationis, ampliat. 48. ita locando ad longum tempus irrequiſito domino ab emphyteuſi cadit, vt in terminis tradit Alex.in conſ.119.prope finem, verſ.alia etiam ratione.vol.3.ex mente Specul.in d.§.nunc aliqua, verſ.123.cum ſeq.& rurſus idem Alex.in conſ.104.vol.3.vbi teſtatur, hanc eſſe communem opinionem, quam etiam vti communem, & veram late tuetur Bero.in conſ.

123.volumine primo.& amplectuntur Alex. in conſilio 165. numero 2. volumine 2.Fulgoſ.in conſilio 240.Aret. in conſilio 55. numero 2.& 4. Bald.in conſilio 415. præmittendum eſt ad euidentiam, volumine primo.Dec.in conſilio 204.Iaſ. in d.l.finali,numero 112. quæſtione quarta, C.de iure emphyt.Ruinus in conſilio 148.numero quinto cum ſeq.vol.1. & in conſ.161.num.30.vol.eod. Natta in conſilio 114.numero 3. Tiraq. d.§.primo.gl.14.numero 84.pract.Papiens.in forma libelli ad ficti præſtationem,in gl.prima.in principio,Iul.Clar.in §.emphyteuſis, quæſt.19. lib.4.ſent.recept.Vincent.Caroc.in tractatu locati,& conducti,in 1. parte,tit.iure emphyteutico.numero 1.& fuit ſententia Bartoli in l.1.§.quod autem,il 2.ff.de ſuperficiebus,quam eſſe frequentiori calculo receptam teſtantur etiã DD.de Rota in vna Romana Caſalium ſub die 20. Februarii, 1576.in manuſcriptis,& probatur etiam ex eo, quòd vaſallus,qui non po-
3 teſt alienare irrequiſito domino, non poteſt etiam feudum ad longum tempus locare,vt tenet Afflict.in c.imperialem,num.61.de prohib. alienat.per Friderich.cum aliis relatis a Petro Duen.reg.40.num.12.in 12. ampliatione.Verum maior pars DD.de Rota in ſupradicta deciſione contrariam ſententiam,quòd pœna d.l final.de iure emphyt.non habeat locum in conductore ad longum tempus, veriorem exiſtimauerunt infraſcriptis rationibus: primo,quia nullibi cautum reperitur, quòd talis pœna
4 habeat locum in conductore; quæ, cum ſit pœna priuationis; nunquam habet locum, niſi expreſſe caueatur iure, gloſſa in §. cum igitur in authentic. de non eligend. ſecundo nubent. gloſſa in capitulo finali de iure patronat. l. ſi vt quis. §. diuus. de relig. & ſumptib. fun. Decius conſilio 464. numero ſecundo. Aim. conſilio 205. ſed huic rationi, ſuſtinendo ampliationem noſtram, reſpondetur, quòd l. finalis de iure emphyteutic. diſponit, emphyteutæ minime licere ſine conſenſu domini rem aliis vendere, vel ius emphyteuticum transferre ſub pœna priuationis vtilis dominii, quod diſpoſitum fuit, vt ipſe dominus poſſit cæteris præferri, ſi rem eodem pretio acquirere voluerit, dicta l. finali, & capitulo potuit, extra de locato; & vt dominus non cogatur probare dominium aduerſus eum, in quem facta eſt alienatio, ſi velit rem vendicare, & etiam, vt dominus laudemium conſequatur, quod ſoluere omnes tenentur, qui recipiuntur non comprehenſi in primo contractu conceſſionis, vt dixi ſupra hac eadem cauſa priuationis, in principio, numero ſecundo, Ideo, cum per locationem ad longum tempus emphyteuta transferat in conductorem vtile dominium, vt concludunt etiam DD. de Rota in reſponſionibus ad contraria, verſiculo ſecundo non obſtat, ſequitur vt emphyteuta hoc modo locando incidat in pœ-

P nam

nam d. l. final. de iure emphyt. & quòd hoc dicatur iure cautum, quia
rationes, quæ militant in venditione, pariter militant in locatione ad lõ
5 gum tempus, vt docet Bero. in dicto conſilio 123. numero quarto, vo-
lumine primo. & conueniunt etiam verba legis, & vbi conueniunt ver-
ba legis, conuenit etiam legis diſpoſitio, l. quarta, §. toties. ff. de dam.
infecto. l. prima in fine. ff. de tab. exhib. quod procedit etiam, ſi verba
non conueniant ex toto, dummodo conueniat effectus etiam indirectè,
Cagnol. in l. Si quis maior, numero 15. C. de tranſact. per gloſ. in Clem.
prima. de vſur. in verbo, Cenſura, & alios per eum ibidem citatos. Se-
cundo mouentur DD. de Rota, quia priuationis pœna, de qua in dicta
l. finali, fuit iure ſingulari introducta in contractu emphyteutico, cui fuit
data propria, & diſtincta forma a cõtractu emptionis, & locationis, cõſti
6 tutionisq. Zenonis, & Iuſtiniani. §. adeo. inſtit. de locato, & toto titulo C.
de iure emphyteut. adeo, quòd non ſolum nomine, ſed etiam re ipſa
iſti contractus in multis differunt, cum locatio ſit proportionabilis fru
ctibus, ſecus in emphyteuta, vt eſt communis doct. ſententia, vt per
Bart. in l. prima, numero quarto, & Iaſ. numero 35. C. de iure emphyteut.
Aret. conſilio 55. numero quarto, Bellon. conſ. 21. numero 10. Cagnol. in
l. 2. num. 207. C. de reſcind. vendit. contractus enim locationis eſt one-
roſus: emphyteuſis verò gratuita, Corn. conſilio 285. numero nono
lib. 3. Clar. in d. §. emphyteuſis. quæſt. octaua, verſiculo ſed pone. Præte-
rea in locatione datur reſtitutio ex capite læſionis, Bart. in l. ſi quis con-
duxerit. ff. Locati. gloſ. in l. ſi vno, tit. eod. Bald. in rubr. C. de iure em-
phyt. Corn. dicto conſilio 285. numero nono. Item in locatione ad lon-
gum tempus fit remiſſio propter ſterilitatem, ſecus in emphyteuta, Cin.
& Bald. in d. rubr. de iure emphyt. Aret. d. conſilio. 55. ſub numero tertio
Iaſ. d. l. prima, numero 21. C. de iure emphyt. Item conductor melioramẽ
ta contractat, ſecus emphyteuta, Iaſ. ibidem num. 37. & in l. 2. num. 38.
Alias differentias tradit Specul. de emphyteuſ. & ibi Ioan. Andr. quæſt. 4.
Boer. deciſ. 234. & colligitur differentia ex lectura auth. de alienat. & em-
phyt. per totum, vt dicunt DD. de Rota. Ex quibus tertio inferunt, ꝙ
in pœnalibus non debet fieri extenſio de vno facto ad aliud l. factum, §.
in pœnalibus. de regulis iuris. Baldus, in l. cum proponas. in fine. C.
de hæred. inſtit. & ſubiungunt, quòd licet ex identitate rationis hoc
aliquando fiat: tamen hoc procedit, vbi per omnia par eſt ratio, cap.
1. §. porrò, vbi Bald. colum. tertia, Quæ fuit prima cauſ. benefic. amitt.
idem Bald. in l. ſi quis idem, & ibi Alex. de iuriſd. omnium iudic. Dec.
conſilio 158. numero octauo. Quarto quòd reſpectu pœnæ non debeat
fieri iſta extenſio in terminis dictæ l. finalis, DD. de Rota allegant Albe-
ric. hoc tenentẽ in dicta l. ſecunda, paulo ante numerum 3. & in l. finali
circa

circa medium verſiculo ſed nunquid hæc lex. C. de iure emphyteutic. quem dicunt referri, & teneri a Soc. in conſilio 167. numero ſexto, volumine ſecundo, Ioan. Andr. & Spec. d. quæſt. 4. de emphyteuſi, Iaſ. in l. ſecunda numero 42. & 164. C. de iure emphyt. Riminald. conſ. 212. numero 31. & 39. & in hanc partem dicunt inclinare Couar. variarum reſolut. lib. ſecundo, c. 16. numero 7. Tiraq. loco ſupra citato nume. 84. circa finem. Quinto dicunt DD. de Rota, quòd leges loquentes in contractu emphyteuſis non debent trahi ad contractus locationis perpetuæ, vbi eſt rationis diſparitas, allegant Ioan. Andr. loco citato. Aret. d. conſ. 55. numero quarto, 3. & 6. Riminald. conſ. 202. num. 31. & 39. Item quia emphyteuta non poteſt ſublocare irrequiſito domino, d. l. final. ſecus conductor C. locati. l. nemo. & dicunt optime facere textum in l. prædia, & ibi gloſſa in verbo Retrahenda, & Bart. C. de locat. præd. libro vndecimo, iunctis his, quæ de perpetuariis tradit Tiraq. loco allegato. Veruntamen ſupra dictæ omnes rationes non deſtruunt ampliationem noſtram: quia verſamur in diuerſis terminis: non enim quærimus, an ille, qui conduxit ad longum tempus, cadat a cōductione, ſi alienet irrequiſito domino, ſicut cadit emphyteuta propter alienationem irrequiſito domino factā, quò tendunt rationes omnes DD. de Rota, qui tenuerunt pro maiori parte diſpoſitionē d. l. fin. non extendi ad eum, qui conduxit ad longum tempus: ſed quærimus an ille, qui conduxit rem in emphyteuſim, poſſit emphyteuſim irrequiſito domino ad longum tempus locare, quo caſu veriſſima eſt ampliatio ſupra firmata: quia emphyteuta locando ad longum tempus, transfert dominium rei emphyteuticæ in alium, & poſſeſſionem, vt ſupra eſt dictum, & ſic facit contra verba d. l. fin. de iure emphyteut. & conſequenter cadit a iure ſuo, vt præſupponunt etiam DD. de Rota, dum inter alia conſiderant, quòd emphyteuta non poteſt ſub locare irrequiſito domino, & allegant dictā l. fin. C. de iure emphyteutic. & conductor ſic, dicta l. nemo. C. locati, & poſtremo dicunt non obſtare, quòd in locatione ad longum tempus tranſeat vtile dominium: quia ideo non ſequitur, quòd in omnibus, & per omnia iſti contractus fuerint æquiparati: ideo cum priuatio proueniat ex propria natura emphyteuſis, dicunt non bene argui de vno ad aliud, vt ipſi in quinto fundamento dixerunt: ſed contra DD. de Rota pro communi opinione, quòd diſpoſitio dictæ l. finalis extendatur ad conductorem ad longum tempus tenet Aym. de antiq. tempor. in quar-
7 ta parte ſect. ſecunda numero nono in fine, poſt Fulgos. quem ipſe citat, & facit, quòd canonem non ſoluere, & irrequiſito domino alienare a pari procedunt, capitulo potuit. extra de locato. vbi Ancar. numero octauo, hoc notat. Alex. in conſ. 106. ſub num. 4. Soc. in conſilio

208. numero 5. vol. 2. Ruin. in conſilio 166. num. 13. vol. primo. vti ergo conductor ad longum tempus ſi ceſſat in ſolutione penſionis, iure ſuo priuatur, iuxta l. 2. C. de iure emphyt. & d. capit. potuit, vt tradit Ang e l. in §. ſcire, in auth. de non alienand. Abb. in capitulo propter ſteri li tatem. in vltimo notabili, extra. locati. Bart. in l. vectigalia numero 1. ff. de public. Bald. in capit. literæ, col. 2. extra. de dilat. Iaſ. in d. l ſecunda, numero 39. C. de iure emphyt. Socin. in d. conſilio 167. num. 7. verſic. ſi vero dicamus. vol. 2. ita etiam debet a iure ſuo cadere propter alienationem irrequiſito domino factam. De qua re vide etiam ſupra libro primo, vbi enumeraui differentias inter emphyteuſim, & locationem. Et redeundo ad terminos quæſtionis noſtræ, non obſtat, quòd Imol. in d. capit. potuit. numero 22. verſ. item poteſt quæri, ſenſerit, quòd non debeat
8 requiri dominus in locatione ad longum tempus: quia in re propria nō cadit conductio l. ſi rem aliquam. ff. de acq. poſſeſſ. & eius aſſecla ſit Gu-
9 liel. Reodan. in tract. de reb. eccleſ. non alienand. pag. 520. numero 33. quia falſa eſt ratio Imol. cum ratione vtilis dominii, quod habet emphyteuta; poſſit dominus directi rem conducere, ad not. per Cagnol. & Dec. in l. neq; pignus, de reg. iur. & per eundem Dec. in l. non vt ex pluribus, in fine, tit. eodem, per Caſtr. in l. ſi dom us. §. final. numero 3. de
10 leg. 1. per Bald. in d. conſ. 415. num. 1. vol. 1. & tradit Ruin. in conſ. 148. num. 7. 11. & 12. vol. 1. vbi num. 9. extendit ſupradictam noſtram ampliationem, etiam ſi in inſtrumento fuiſſet emphyteutæ data licentia locandi: quia iſta intelligitur de locatione ad modicum tempus, quæ in ſubſtātia differt a locatione ad longum tempus: quia ex prima nullum ius in re transfertur, l. non ſolet. ff. locati, pro vt tranfertur ex alia, & ideo ſecundū Ruin. ad hanc locationem ad longum tempus dicta licentia non extenditur l. ſi pupillorum. §. ſi prætor. ff. de reb. eorum. & licet dictum Ruini poſſit eſſe verum in caſu ſuo, quia licētia illa erat neceſſaria ad euitandam pœnam ſtatuti, vt ipſe præſupponit; non tamē procederet remota diſpoſitione dicti ſtatuti in terminis iuris communis: quia abſq; eo, quòd eſſet conceſſa licentia locandi in inueſtitura emphyteuta impune ad modicum tempus locare potuiſſet: ideo, vt illa licentia locandi aliquid operetur, intelligitur etiam data licentia locandi ad longum tempus irrequiſito domino ex his, quæ tradidi ſupra hac eadem cauſa priuationis ampliatione ſecunda, numero quinto, & ſequentibus. Limitatur ergo primo ſupradicta ampliatio, vt non procedat, quando in inueſtitura fuiſſet con
11 ceſſa licentia locandi emphyteuſim niſi locatio prohiberetur etiam a ſtatuto, vt ſupra eſt dictum. Secundo declaratur, niſi in loco, vbi fit locatio ad longum tempus; vigeret conſuetudo, & obſeruantia faciendi huiusmodi locationes irrequiſito domino: quia tunc emphyteuta excuſaretur

tur

tur a caducitate,vt inquit Iul.Clar. in d.§.emphyteuſis,quæſt.19.cũ etiam
conſuetudo alienandi irrequiſito domino defendat emphyteutam a pœ
na priuationis in alienatione perpetua, vt dicam infra hac eadem cauſa
12 priuationis. limit. 32. Tertio limitatur, niſi locatio ad longum tempus
eſſet facta reſeruato conſenſu domini, cum clauſula Nec aliter, nec alio
modo, vt per Paris.in conſilio quinto,in fine.vol. 4. vbi hanc communẽ
dicit, vt eum refert, & ſequitur Vincent.Caroc. in tract. locati, & con-
13 ducti, in prima parte, tit.iure emphyteutico, numero tertio , & poteſt
etiam limitari,vt diximus infra hac eadem priuationis cauſa limit. 34. 35.
36. & 37. Quarto limitatur, niſi locatio ad longum tempus facta eſſet cũ
expreſſa reſeruatione vtilis dominii, & naturalis poſſeſſionis, vt ex ſen-
tentia Imol.in l.codicillis.§.inſtituto.de legat.2.& Alex.num.8. & commu
niter ſcribentium in l.ſi domus.§.final.de leg.primo.& Bald. & Modern.
Declarat Bero.in d. conſilio 123.numero ſecundo , volumine primo.&
tradunt alii multi, quos citat Octauian. Simoncell. in tract. de Decretis,
lib.ſecundo. tit.6. inſpectione.2. numero 23. Caroc.in d. tract. locati, &
cond.tit.iure emphyt.numero quarto, in prima parte, Vaſq. de ſucceſſ.
creatione.§.10. ſub numero 78. verſ. deinde eadem gloſ. ſaluatur, quæ
tamen declaratio ſine difficultate non tranſit: quia, qui non habet rem
pleno iure, nec liberam facultatem alienandi ius ſuum, vt eſt emphy-
teuta, ſi locat ad longum tempus etiam cum pacto,quòd non transfera
tur vtile dominium,non per hoc eſt,quin dicatur alienaſſe: nam tale pa
ctum præſumitur adiectum in fraudem,vt tradit Alex.in d.conſ.104.nu.
7.vol.3.& in conſ.165.numero quarto,volumine ſecundo. Afflict. in capi-
tulo imperialem.in princ. numero 61. de prohib. feud. alienat. per Fride
rich. Iaſ. in conſilio 94. numero ſeptimo, volumine primo.Couar. varia.
rum reſolut.lib.ſecundo.capit.16.ſub numero primo, verſiculo & id ve-
rum eſt.Pinel.in l. 1. parte 3. ſub numero 64. verſiculo ſed cauendum eſt
C. de bon.maternis, & alii relati a Simoncello in d. tract. de Decretis,tit.
6. numero 24. ad quod tamen reſpondet Alex.in d. l. ſi domus, §. finali,
de leg.primo.quia non videtur fraus, ex quo agitur, vt non tranſeat do-
minium vtile, & ſic non eſt alienatio, ſed translatio ſolius commodita-
14 tis, reſeruato dominio: cogita. Et ſcito, quòd locatio ad longum tem-
pus dicitur, quando facta eſt ad decem annos, vel vltra: nam dicta lo-
catio dicitur alienatio, cum de natura huius locationis ſit, vt tráſfe-
ratur vtile dominium, d. l. prima cum l.ſeq. ff. ſi ager. vectig.vel emphy
teutic. petatur.ac etiam poſſeſſio, vt notatur in d. l. ſi quis ante. ff. de
acq. poſſeſſ. & in l. ſi vt certo. §. ſi duobus.ff. commodati. gloſ. vltima in
d.Clement.prima. de reb.eccl.non alienand.vbi Imol.numero 16.Ancar.
& Zabarella. Caſtr.in d.l. codicillis. §. inſtituto. in fine. de legat. ſecundo

Couar.d.cap.16.variarum reſolut. lib.2. Menoch.de Arbitr.iudic. quæſt.
lib.2,centur.1,caſu 5.num.8.alios citans,& communem hanc affirmans,
Pinel. in d. 3. parte l. 1. ſub num.64.C.de bon.maternis.Eman.Soarez in
verbo Conductio num.197.in ſuis communib⁹ opinionib. & poſt ipſum
15 Caroc.in d.tract.locati,& conducti.in prima parte,tit.locatio ad longum
tempus.num 1.& alii ſupra a me relati.Et dicitur etiam locatio ad longũ
tempus,quando fit ad totam vitam locatoris,& conductoris, vel alteru-
trius,Dec.d.conſ.204.Vaſq. d.§.10.de ſucceſſ.creat.ſub num. 78. verſ. pri-
mum quando fit ad totã.Couar.d.lib.2.cap.16. variarũ reſolut. paulo an
te num.3.verſ.tertio deducitur,Alex.d.conſ.119.in fine.vol.3. Pinel. d. l. 1.
in tertia parte ſub numero 63.verſ.ſimiliter locatio dicitur.Nauar. in cap.
primo §. primo.de pœnit. diſtinct. 5. vbi hanc communem teſtatur, vt
eum refert, & ſequitur Vicent.Caroc.vbi ſupra numero 3.Item dicitur
16 locatio ad longum tempus, quando fit duratura, quandiu locatori pla-
cebit, vel quandiu conductor voluerit, Vaſq. dicto §. 10. de ſucceſſ.creat
ſub numero 78.Pinel.d.l.1.in tertia parte ſub numero 63.verſ.dicitur prę-
terea locatio ad longum tempus.Dec.in d.conſ.104. in fine.Vincent. Ca
roc.vbi ſupra numero quinto,vbi alios citat. Et quia intereſt etiam ſcire,
an locatio ad longum tempus, vel emphyteuſis ſit contractus propter
ea, quæ pro maiori parte tradunt DD. de Rota in ſupradicta deciſ. quo-
modo, & ex quibus hoc cognoſcatur, vide eoſdem DD. de Rota
in manuſcriptis in vna Romana Caſalenſium ſancti Alexii
coram D. Seraphyno ſub die 16. Nouembris.
1575. poſt Bellon. in conſilio 21. & Aret.
in conſilio 55. numero quarto, &
Nattam in conſilio qua-
drageſimo no-
no.

AMPLIATIO XXXVI.

1 EMPHYTEVTA *locans ad nouem annos, cum pacto tamen de renouando finita locatione, an dicatur alienare, & an a iure ſuo cadat.*

EXTENDITVR trigeſimo ſexto etiam in locatione facta ad nouem annos, & ſic ad modicum tempus, cum pacto tamen de renouando finita locatione: nam hæc locatio dicitur a-
1 lienatio, & locans cadit a iure ſuo, vt late concludit Alex. in conſ. 165. vol. 2. vbi etiam refert in princ. Andr. Sicul. & Franciſc. Aret. idem cõſuluiſſe: quam ſententiam amplectitur rurſus idem Alex. in conſ. 104. num. 5. vol. 3. Felin. in c. quæ in eccleſiarum. poſt num. 87. verſ. ſimiliter ſi fiat locatio ad tempus non longum, extra. de conſtit. Lapus alleg. 12. nu. 1. apoſt. magna ad Bald. in l. voluntas. num. 6. verſ. idem puto. C. de fideicommiſſ. Iaſ. in l. manumiſſiones. num. 7. ff. de iuſt. & iure: & ibidem Claud. de Seiſello num. 6. Tiraq. de retract. conuent. in præfat. num. 11. Cardin. in Clem. 1. quæſt. 5. de reb. eccl. non alienand. Calderin. conſ. 11. vbi etiam Gemin. in addit. de iureiur. & Butr. in c. apoſtolicæ. de donat. quos recenſet, & ſequitur Quint. Mandos. in addit. prima ad dictam allegationem Lapi. 12. atteſtans, hanc eſſe cõem opinionem: Arius Pinel. in l. 1. in 3. parte. ſub nu. 63. verſ. dr̃ ẽt locatio. C. de bonis mater. Vincent. Caroc. in tract. loc. & conducti in 1. par. tit. locatio ad longũ temp⁹ nu. 4. vbi & ipſe hanc cõẽ teſtat̃. Soarez in ſuis cõib⁹ opinionib⁹ in verbo Cõductor nu. 198. nã æquipollet vnã locationẽ facere ad lõgũ temp⁹, vel immediatè, & ſucceſſiue plures, & dinumeratio nouennii præſumit̃ adiecta in fraudẽ, vt dicũt ſupracitati doct. Ab hac tñ ſententia, contrariã partẽ amplectẽtes, diſcedũt Bald. in d. l. voluntas. nu. 6. C. de fideic. ea ratione, quòd tot ſunt locationes, quot ſunt tempora diſtributiua, & nõ eſt vn⁹ cõtract⁹ perpetu⁹, arg. l. ſcire debem⁹. ff. de verb. obl. & Bero. in conſ. 117. num. 10. volum. 1. & latius in conſ. 116. num. 17. vſque ad

finem illius conſilii.vol.eodem:quibus conſentit Alciat. in conſ.146. vbi locatio fuit facta ad nouennium, & deinde in aliud nouennium, & ſic ſucceſſiue de nouennio in nouennium,vel ſit facta locatio ad terminum nouem annorum,& dictis nouem annis finitis,renouando ſucceſſiue dictam locationem de nouem annis in nouem annos vſq; in tertiam generationem; quia & ipſe arbitratur iſto caſu, tot eſſe locationes, quot ſunt nouēnia,ſicut in primo caſu,vt cenſuerunt Din.Oldrad. & Alberic. quos ipſe citat,in l.pluribus,§.de hac ſtipulatione,de verb.obligat.quia illa verba Vſq; ad tertiam generationem reguntur a dictione Renouandum, vt ipſe ait, & oportet,vt præcedat renouatio,& ſit nouus contractus: nam & dictio Renouandum ſignificat id, quod fieri debet propter naturam participii futuri temporis ſecundum gl.in rubr.ff.de lib.& poſthum.& debet fieri renouatio ſecundum formam conuentionis de nouennio in nouennium:quæ interpretatio ſecundum ipſum confirmatur:quia aliàs, ſi vna locatio eſſet in tertiam generationem:fruſtra renouaretur in nouennium:ſed ſufficeret recognitio ſimplex, non autem iterandus eſſet contractus:nam & verba præſupponunt duos terminos, vnum a quo incipiat locatio,& indicant ſingulis nouem annis nouam incipere, alium ad quem,vſq; poſſit produci,& extendi,& dicunt vſq; in tertiam generationem,& terminus hic poſterior ſubſtantiam obligationis non reſpicit:ſed diem tantùm l. obligationum fere.§.1.de verb.obligat. Quare non impedit,quin ſingulis nouenniis noua locatio incipiat: quod ſecus eſt, quando locatio facta eſt in perpetuum cum pacto de renouando de nouennio in nouennium: nam tunc dicitur facta dinumeratio temporum, ne ex longitudine temporis eccleſiæ præiudicium generari poſſit, niſi renouatio fieret,vt in c. longitudine. 12. quæſt. 2. cum ſimilibus allegatis per Abbat.& alios in c.1.extra,de precario.vt declarat Bero.in d.conſ.116.nu. 17.in fine.vol.1.nam cum dictum ſit,locationem eſſe perpetuam, apparet renouationem de nouennio in nouennium non requiri ad ſubſtantiam actus: ſed ad probationem faciliorem:aliàs eſſet manifeſta cōtrarietas,vt etiam inquit Alciat.d.conſ.146.in princ.Cogita,quia hæc vltima opinio poteſt eſſe vera,ſi ex coniecturis appareret,tempora in fraudem nō eſſe diſtributa,quanquam Bald.in conſ.392.locatio rerum eccleſiæ.vol.5 teneat vnicum eſſe contractum,& non plures, ex pluribus argumentis, vbi etiam reſpondet ad d.. ſcire debemus.de verborum obligationib⁹ & quamuis ipſe eo loci in fine concludat contractum in eo, quod excedit nouennium, & pactum de renouando,non eſſe ſeruandum, cum ſit cōtra canones, & inducat alienationem vltra quam ſit permiſſum: iſtud non obſtat quæſtioni noſtræ, cum haud dubium ſit, emphyteutam poſſe ſe obligare ad renouandum finitis nouem annis, vt per Angel. in conſ. 184.

184. ex forma, & ſerie. ſub numero tertio, & per Soc. in conſilio 99. in cauſa eximii doct. numero ſexto, & ſeq. volumine primo, & Hippol. Riminaldum conſilio 94. numero, vigeſimo nono, & ſeq.

AMPLIATIO XXXVII.

1 *EMPHYTEVTA, qui ob alienationem irrequiſito domino factam cadit a iure ſuo, cadit etiam a commoditate pacti de eum renouando, finita emphyteuſi.*

2 *POENA debet eſſe perpetua.*

1 EXTENDITVR trigeſimo ſeptimo, vt emphyteuta, qui ob alienationem irrequiſito domino cadit ab emphyteuſi, cadat etiam a iure pacti de eum renouando, finita emphyteuſi: quia ex quo ipſe emphyteuta nõ ſeruat pactũ, alienando domino irrequiſito, ipſe etiam dominus non cogitur pactum de renouando ſeruare, tãquam dicatur factum ſub modo, dum modo ille, qui recipit rẽ in emphyteuſim, conuenta, & promiſſa ſeruauerit, vt eſt quaſi expreſſum in l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. locati, & quia q̃ propter alienationem ipſa re priuatur, debet etiam amittere commodum dicti pacti de renouando: nam, ſi duraret, pœna priuationis effectum perpetuum non haberet: quia propter renouationem rem amiſſam recuperaret, cum tamen pœna debeat eſſe perpetua, l. ſeruus. C. de pœn. & ibi per omnes notat. gloſa in capitulo quamuis, in verbo Perpetuum, de pœn. in ſexto ita Ruinus in conſilio 167. numero 13. & ſeq. volumine primo, loquens in priuatione ob non ſolutum canonem, quæ huic noſtræ priuationi æquiparatur, d. cap. potuit, de locato. vbi Ancar. num. 8. Soc. conſilio 208. num. 5. volumine ſecundo, Alex. conſ. 106. ſub nu. 4. vol. 4. Ruin. conſ. 166. num. 13. vol. 1.

AMPLIATIO XXXVIII.

EMPHYTEVTA, *alienans abſq; domini licentia rem ſubrogatam in emphyteuſim, iure ſuo in re ſubrogata priuatur.*

AMPLIATVR trigeſimo octauo ſupradicta principalis concluſio, vt emphyteuta ob alienationem abſq; domini licentia cadat a iure ſuo, vt habeat locum etiam in rebus ſubrogatis in emphyteuſim: debent.n.dici ſubrogatæ cũ quolibet ſuo onere, & õni reſpectu cũ ſua primordiali natura, l.ſi eum. §. qui iniuriarum.ff.ſi quis caut.Bart.in l.certi condictio, in princ.3.col.ff.ſi cert.petatur.Bero.in terminis noſtris in conſ.110. num.14.vol.1.per ea, quæ in ſimili voluit Socin.in conſ.93. circa finẽ. vol. 3.ſed primordialis natura emphyteuſis eſt, vt ob alienationem irrequiſito domino ad ipſum dominum reuertatur, ergo ad ipſum res ſubrogata eius loco, ob eandem cauſam debet reuerti.

AMPLIATIO XXXIX.

EMPHYTEVTA, *abſq; domini licentia meliorationes in emphyteuſi factas alienans, a iure ſuo cadit.*

EMPHYTEVTA *alienans meliorationes ſine domini licentia, reſeruato ſibi vtili dominio, an a iure ſuo cadat.*

1 AMPLIATVR trigeſimo nono etiam in me-
lioramentis in re emphyteutica factis; quia
emphyteuta has etiam meliorationes ſine
domini conſenſu alienare non poteſt: aliàs a iu
re ſuo cadit, vt eſt text. in d.l.fin. verſ. Minime
licere emphyteutæ ſine conſenſu domini me-
liorationes ſuas aliis vendere, vel ius emphy-
teuticum transferre, C. de iure emphyt. vbi
Alberic. in princ. & Iaſ. num. 8. hoc notant. Spe
culat. in §. nunc aliqua. quæſt. 119. num. 145. de locato. Imol. in d.c. potuit
num. 8. verſ. iuxta prædicta quærit. D. Florian. tit. eod. de locato. Corn. cōſ.
2 250. in princ. vol. 3. niſi tamen alienaret meliorationes, reſeruato ſibi vtili
dominio: quia tunc bene poſſet alienare ſine conſenſu domini, vt tradit
Bald. in d.l.fin. num. 2. in vltima lectura, C. de iure emphyt. vbi eum ſequi-
tur Barbat. in apoſt. per text. in l. neceſſario. §. fin. ff. de peric. & commodo
rei venditæ. & ſequuntur alii, quos recenſet Reodan. in tract. de reb. eccl.
non alienand. de caducitate ob rei alienationem, verſ. emphyteuta quoq;
non poteſt, num. 19. pag. 517. quæ tamen declaratio non arridet Iaſ. in d.
l.fin. num. 8. per illum tex. verſ. ne hac occaſione: vbi dicitur, quòd quan-
do emphyteuta vult alienare ſuas meliorationes, tenetur primo denun-
ciare domino, an velit emere pro illo pretio, quod ab alio reperitur: vnde
domin⁹ habet beneficiũ, vt cæteris præferat & ẽt expectet p̃ duos menſes.
Ideo poſſet per fraudem illo beneficio ab emphyteuta priuari, ſi eſſet ve
rum dictum Baldi, quod non eſt concedendum, cum etiam contrarium
teneat Bald. in cap. primo, in principio, colum. 3. verſiculo quęro nunquid
ſi vaſallus, de prohib. feud. alienat. per Friderich. præſertim, ſi ex verbis in
ſtrumenti appareat eſſe actum, vt tranſferatur vtile dominium, iuxta no
tat. per Soc. in conſilio 261. col. 1. vol. 2. nam tunc reſeruatio expreſſa vti
lis dominii in fraudem facta cenſeretur: pro qua opinione faciunt
not. per Alex. in conſilio 104. numero ſeptimo, volumine ter
tio, & in conſilio 165. numero quarto, volumine ſecũ-
do, licet contra Alex. ſit communis opinio, vt di-
ximus ſupra trigeſima quinta am-
pliatione circa fi-
nem.

AMPLIATIO XL.

1 *FVNDVS in emphyteuſim datus, vt inde reddatur domino quarta pars fructuum, ſi alienetur abſq; domini licentia, ad cōcedentem reuertitur.*

AMPLIATVR quadrageſimo etiam, quando con
ceſſus eſt fundus in emphyteuſim, vt inde redda-
1 tur domino quarta pars fructuum: nam & is, ſi vē-
dere velit, tenetur domini conſenſum requirere, vt tradit Speculat. in §. nunc aliqua, quæſtione 104. num. 128. tit. de locato, pro qua faciunt ea, quæ dicam infra de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem, ampliatione vigeſima prima.

AMPLIATIO XLI.

1 *EMPHYTEVTA ob alienationem irrequiſito domino factam emphyteuſim amittit, & pretium non recuperat.*

AMPLIATVR quadrageſimo primo, vt emphyteuta ob
1 alienationem irrequiſito domino factam, rem alienatam amittat, & pretium ſi expendit non recuperet, Corn. conſ. 67. numero 16. volumine ſecundo.

AMPLIATIO XLII.

EMPHYTEVTA, qui non totam rem, ſed partem emphyteu-
1 *ſis alienauit irrequiſito domino, a tota emphyteuſi cadit ſecundum vnam opinionem, licet communis ſit, quòd cadat tantùm à parte alienata numero ſexto.*

2 *MAIVS eſt delictum, quod committitur agendo, quàm omittendo.*

3 *EMPHYTEVTA ſoluens partẽ canonis, & in alia parte ceſſans, cadit a tota emphyteuſi.*

4 *CANONEM non ſoluere, & irrequiſite domino alienare æquiparantur.*

5 *EMPHYTEVTA, qui male verſatur in vna re ex pluribus rebus, ſimul ſibi in emphyteuſim conceſſis, omnibus priuatur.*

7 *EMPHYTEVTA vendens partem emphyteuſis, vti rẽm allodialem, propter alienationem partis cadit a tota re.*

8 *EMPHYTEVTA vendens non facta mentione, quòd res ſit emphyteutica, præſumitur rem vti allodialem vendidiſſe animo præiudicandi domino, ſi non exprimit qualitatem, ex qua poſſit id apparere.*

9 *EMPHYTEVTA promittens per ſe, & alios comprehenſos emphyteuſim non alienare ſub pœna iuris, alienando partem a tota re cadit, & alienatio vnius in parte ſua nocet alijs non alienantibus.*

1 ITEM ampliatur quadrageſimo ſecũdo in emphyteuta, qui non totam rem, ſed partem emphyteuſis alienauit: nam & is propter dictam alienationẽ in parte a tota emphyteuſi cadit, vt cenſuit Cuman. in conſ. 41. in fine, licet in illo caſu fundauerit ſe principaliter in diſpoſitione ſtatuti, Bero. conſ. 122. num. 6. vol. 1. Crot. in repet. l. 4. §. Cato. num. 61. de verb. obligat. mouetur primo, quòd emphyteuta, qui alienat inconſulto domino principaliter delinquit circa perſonam domini, quem contemnere videtur alienando ſine eius conſenſu. Ideo in totum debet priuari iure ſuo in emphyteuſi per ea, quæ not. Bart. in l. quidam
2 in iure. §. donationem. ff. de donat. Secundo, quia maius eſt delictum, quod committitur agendo, quàm omittendo l. 2. & ibi gl. ff. ad ſenat. conſ. Syl-
3 lan. Si igitur emphyteuta, qui ſoluit partem canonis, & in alia ceſſat per triennium, aut biennium, in totum priuatur, & in totum a iure ſuo cadit, vt tenet Oldrad. quem ipſe citat in conſ. 29. & Caſtr. in l. in executione. §. pro parte. de verb. obligat. vt nos dicemus ĩ, de cauſa priuationis ob nõ ſolutum canonem, in quinta ampliatione, multo magis debet priuari in totum emphyteuta, qui rem alienat non requiſito domino. Tertio fun-
4 dat ſe in eo, quòd æquiparantur iſti duo caſus, quòd emphyteuta cano-

nem

nem non ſoluat,vel alienet irrequiſito domino c.potuit.de locato. Alex. conſ.106.num.4.vol.4.& conſ.128.in ſecunda col.vol.5.ergo ſicut per nõ ſolutionem factam de parte canonis in totum priuatur,ita per alienationem in parte debet in totum priuari. Quarto,& vltimo pro iſta parte dicit facere, quia ſi emphyteuta male verſatur in vna ex rebus in emphyteuſim ſimul conceſſis,puta incidendo arbores,omnibus priuatur ſecundum Ricard.Malumbr.& Bald. & Barbat.in locis, quos citat, & ego dixi ſupra,de cauſa priuationis ob rei deteriorationem, ampliatione prima, ergo pariter debet priuari propter alienationem: quam partem tenuit etiam Iacob.de Put.Papiens.in ſuis reportatis,in auth.qui rem,C.de ſacr. eccleſ.ſecundum quod eum refert Soc.in d.§.Cato.ſub nu.20. Cæterum prædicta ampliatio in iudicando, & conſulẽdo non facile admitteretur, cum in contrarium ſit communis opinio, quòd emphyteuta cadat tantùm a parte,quam alienauit,vt teſtatur Iul.Clar.lib.4.ſent.recept.§.emphyteuſis.quæſt.13.verſ.non omitto: quam amplexus eſt Alex.in conſ. 99.nu.28.vol.5.Iaſ.in d.l.fin.nu.125.quæſt.14.C.de iure emphyt.Alc.in d. §.Cato.num.107.Hermonat.Det.num.300.vſq.ad 306,& ibidem Ripa, num.45.Soc.ſub num.20.ſubdens,ſe ita conſuluiſſe cum D.Ioan. Maria de Riminald.de Ferraria.Paris.conſ.6.num.19.vol.4.Curt. Sen. conſ. 70. ſuper controuerſia,num.9.in vltimo dubio.Grammat.deciſ.49.num. 1. Iaſ.in l.ait prætor.in princ.num.8.ff.de iureiur.Tiraq.de retract.conſang. §.13.gl.2.num.28.ex ſententia Guliel.Cun.& Angeli in quibusdam lecturis,vt aliqui referunt,in l.cum Syllanianum.C.de his quib. vt indign.& Comens.in l.quidam in iure.§.donationem.ff.de donat.Corn.conſ.67.p totum.vol.2.Natta conſ.479.nu.2.vol.3.Guliel.Reodan.in tract.de reb. eccl.non alienand.de caducitate ob rei alienat.verſ.emphyteuta quoq; nu.9.pag.516.ex quibus auctoritatibus patet,hanc opinionem eſſe frequentiori calculo receptam, quæ pluribus rationibus probatur, vt licet videre apud Hermon.Det.in repet.d.§.Cato.num.300.cum ſeq.& apud Roland.a Valle in conſ.17.vſq; ad num.10.vol.2.& apud alios ſupracitatos doct.ex quibus eliciuntur reſpõſiones ad argumenta in contrarium adducta, quæ communis opinio præſertim ſeruanda eſſet in terris eccleſiæ,quia in foro canonico emphyteuta tantùm parte alienata priuatur, vt declarat idem Crot.in d.§.Cato.num.63.ex ſententia Ioan.Andr.Baldi, & Cumani in locis,quos ipſe citat,licet Roland.a Valle in d.conſ.17.ſub num.8.in fine.vol.2.hanc diſtinctionem non admittat, quæ etiam mihi non placet ex his, quæ dicam de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem,in quinta limitatione octauæ ampliationis. Supradicta tamen communis opinio non procedit, quando emphyteuta vendidit emphyteuſim, vti rem allodialem: nam tunc propter alienationem partis cadit a

tota

tota re: quia hoc modo alienando videtur delinquere non in rem, ſed in perſonam domini, & ratione iſtius offenſionis in perſonam, quæ nō poteſt pro parte fieri, & pro parte non, tota re priuatur, vt concludunt Iaſ. in d.l.fin.num.125.C.de iure emphyt. Roland.in d.conſ.17.in fine, vol.2. ex communi doct.ſententia. Narta in d.conſ.479.num.4.& ſeq.Gul.Reodan.in d.tract.de reb.eccl.non alienandis,pag.516.num.9.Alex.conſ.187. num.10.& ſeq.vol.2.Bero.conſ.102.num.61.vol. 1. Et in dubio rem vti allodialem vendidiſſe præſumitur animo præiudicandi domino, ſi alienat ſimpliciter non facta mentione, quòd res ſit emphyteutica, vel exprimat qualitatem, ex qua id poſſit apparere, Salic. in d.l. fin. num. 8. & ibidem Bald.num.8.& Iaſ.num.86.C.de iure emphyt.Caſtr. in l. ſerui electione. §. fin.de leg.1.& eſt communis opinio, vt teſtatur Bero.in d.conſ.102.num. 60.vol.1.ex ſententia Alex.in l.ſi domus.§. ſi fundus.de leg. 1. licet Petr. & Cin.in d.l.fin.quæſt.3.& nonnulli alii contrarium ſenſerint, vt eos refert ibidem Iaſ.num.86.& Alex.in d.conſ. 187. num.9.vol.2. Item non vendicat ſibi locum communis doctorum ſententia, vt alienans cadat tantùm a parte alienata, vbi emphyteuta receptor promiſiſſet per ſe, & alios cōprehenſos non alienare domino irrequiſito ſub pœna iuris: quia tunc, vno alienante partem, omnes alii caderent in pœnam: nam eueniſſet cōditio ſtipulationis, vt tradit Ripa in d. l.4. §. Caro, numero 45. in fine. ff. de verb.obligat.

8 num.10.

9

AMPLIATIO XLIII.

1 *EMPHYTEVTA, alienans irrequiſito domino, præiudicat aliis ſequentibus in inueſtitura comprehenſis, niſi alienatio fuerit in fraudem facta ad excludendum alios comprehenſos.*

1 AMPLIATVR quadrageſimo tertio, vt emphyteuſis propter alienationem, irrequiſito domino factam, reuertatur ad dominum cum excluſione, & præiuditio aliorum in inueſtitura comprehenſorum: nam cum alienatio domino irrequiſito ſit contra naturam contractus, delictum primi recipientis, vel ſecundi nocet omnibus aliis in inueſtitura comprehenſis, Bart.in l.3.num.3.ff.de interdict.& relegat.Imol. in c.

ex parte.col.8.verſ.vel ſi alienetur res emphyteutica,extra,de feudo. Alex. conſ.30.num.16.verſ.non obſtat.& num.ſeq. vol.1.Ruin.conſ.165.num. 10.vol.1.Roland.a Valle conſ.60.num.7.& num.14.verſ.non obſtat,vol. 3.Cephal.conſ.397.num.16.vol.3.deciſ.9.Lucana,quę multos alios in hãc ſententiam citat, & communem teſtatur,num.7.& ſeq.Grat.conſ.79.numero 25.vſq; ad finem illius conſilii,vol.1.vbi inquit,hanc opinionem eſſe veriſſimam, & eam multis ſolidiſſimis rationibus comprobat, niſi in fraudem ad exclusionem comprehenſorum ſit facta alienatio, vt per eundem Grat.in fine d.conſilii.Pro qua opinione faciunt, quæ dicam infra, de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem,in ſeptima ampliatione, & in quarta limitatione octauæ ampliationis, cum paria ſint canonem nõ ſoluere,vel rẽ irrequiſito domino alienare,vt tradit Bart.in d.l.3.nu. 3. ff.de interdict.& relegat.& doct.alibi paſſim hoc dicunt per tex. in d. capitulo potuit.de locato.vbi Ancar.numero octauo hoc notat.

AMPLIATIO XLIIII.

1 *EMPHYTEVSIS, quam eccleſia ab alia eccleſia recognoſcit, ſi ab eius Rectore, ſiue Prælato abſq; domini licentia alienetur, in commiſſum cadit, & quommodo*
2 *hoc intelligendum. numero tertio.*

ECCLESIAE tamen in ſubſidium, ſi Prælatus alienans ſoluendo non ſit, datur in integrum reſtitutio aduerſus alienationem irrequiſito domino factam.

AMPLIATVR quadrageſimo quarto etiam
1 in eccleſia, nam & ipſa habens emphyteuſim ab alia eccleſia propter alienationem, quam facit Prælatus ſiue eius Rector irrequiſito domino, emphyteuſim amittit, vt tradit Bald.in conſ.27.Reuerendiſſime & Singulariſſime pater.vol.3.ex ſententia gl.Innoc.& Hoſt.in cap. conſtitutus.de religioſ.dominib.aliàs enim ẽphyteuſis non ſeruaret naturam ſuam, & nũquam rediret ad proprietatem, quod eſt abſurdum: quem ſequitur Reodan.in tract.de reb.eccl.nõ alien.de ſignificatione verbi Alienatio, verſ. ſimi-

ſimiliter dare rẽ in emphyteuſim n.35.pag.mihi 27.ineſt.n.hæc reſolutio ex natura cõtractus.l.Quęro.§.inter locatorẽ.ff.locat.Bald.in l.placet nu. 3.& in auth.qui rem.C.de ſacr.eccl. nec obſtat, quòd delictum Rectoris non noceat eccleſiæ, pręſertim poſt ius quęſitum, c.delictum. de reg. iur. in 6.quia cenſetur ſemper actum, etiam ſi non fuerit expreſſum, vt res nõ poſſit irrequiſito domino alienari, & ſi alienetur, quòd res ad dominum concedentem reuertatur, qui potuir conditionem reſolutiuam contractus, ſi res alienetur abſq; domini conſenſu ad pręiuditium eccleſiæ recipientis, apponere, Abbas num.2.& alii, in c.verum, de condit.appoſitis, cum vnusquiſq; in re ſua ſit moderator, & arbiter.l.in re mandata.C.mãdati.& quando datur res eccleſię appoſito pacto, vt res non poſſit alienari, & ſi alienetur, quòd ad concedentem reuertatur, alienatio Rectoris nocet eccleſiæ, Angel.conſ.168.teſtator in omnibus, & in conſ.154. Andreas.Ruin.conſ.27.num.2.verſ.ſed contrarium videtur verius.vol.2.Tiraq.
2 de retract.conuent.ad finem titul.num.15.Eccleſię tamen in ſubſidium, ſi Rector alienans ſoluendo non eſſet, concederetur in integrum reſtitutio aduerſus alienationem factam, vt dicam ĩ de cauſa priuationis ob nõ
3 ſolutum canonem, ampliatione vigeſima ſeptima, verſ.Quam tamen cõclusionem.Et ſupradicta ampliatio intelligenda eſt, quando alienatio fuit facta a Prælato ſeruatis debitis ſolẽnitatib⁹: aliàs eſſet nulla, q̃ alienatio priuationẽ iuris alienãtis nõ ĩducit, vt dica ĩ hac eadẽ cã priu. lim. 22.

AMPLIATIO XLV.

MINOR, vel infans alienans emphyteuſim irrequiſitò domino,
1 *ſeruatis alijs de iure ſeruandis, ab emphyteuſi cadit.*

AMPLIATVR quadrageſimo quinto in minore, pupillo, & infante, qui ſeruatis de iure ſeruãdis emphyteuſim dño irrequiſito vẽdi-
1 derunt: nã & ipſi iure ſuo ob dictã alienationẽ priuant̃, cũ res ſit ipſis conceſſa ſub dicta cõditione auferẽda, & potuerit dicta cõditio apponi p ea, q̃ dicã ĩ de cã priuationis ob nõ ſolutũ canonẽ, ãpl.28.& 29.vbi ẽt tradã, in quibus caſibus ſint reſtituẽdi aduerſus priuationem iuris ſui incurſã.

AMPLIATIO XLVI.

1 *RVſticus, mulier, et miles pp alienationẽ irreqſito dño factã, iur̃ ſuo priuãt̃*

AMPLIATVR quadrageſimo ſexto in ruſtico, muliere, & milite: quia non licet eis ignorare iura contractus.Ideo pro-
1 pter alienationem, irrequiſito domino factam, cadunt a iure ſuo, vt tradit Bald.ſingulariter in c.1.quæſt.pen.de cõtrou.inter domin.& empt.in vſibus feud.vbi ẽt Afflict.num.

26.Iaſ.in d.l.fin. quęſt.16.num.128.C.de iure emphyt. Tiraq.de retract.cō
uent.§.4.gloſ.7.num.17.Guliel.Reod.in tract.de reb.eccl.non alienand.
de caducitate ob rei alienationem, verſ. emphyteuta quoq;,num.12.

AMPLIATIO XLVII.

1 EMPHYTEVSIS *ob alienationem, irrequiſito domino factam reuertitur ad dominum ſine aliquo onere hypothecæ, aut alterius obligationis.*

EXTENDITVR quadrageſimo ſeptimo, vt em-
1 phyteuſis ob alienationem, irrequiſito domino fa
ctam, reuertatur ad dominum ſine aliquo onere
hypothecæ, aut alterius obligationis: quia reſolu-
to iure datoris reſoluitur ius pignoris, vel obligatio
nis, ita in terminis noſtris Paul.de Caſtro in cōſ.68.
in caſu præſenti.num.2. vol.2, per l.lex uectigali.ff.
de pignorib.& dicam ĩ de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem,
trigeſima quarta ampliatione, vbi idem iuris eſſe oſtendam, ſi res ob non
ſolutionem canonis ad dominum reuertatur ex ſententia Bald. Sali c. Ca-
ſtr.poſt Petr.& Iacob.Rauen. in l.in prouinciali.C.de ſeruit.& aqua. Bero.
conſ.196.num.12.vol.1.Gul.Benedict.in c.Raynutius, in verbo, Et vxorē
nomine Adelaſiam, deciſ.4.nu.15.& ſeq.de teſtam.Alex.conſ.38.verſ. alia
ratione, nu.4.vol.2.Dec.in conſ.607.nu.12.Guid.Papa deciſ.575.& deciſ.
428.& Bald.in d.l.lex vectigali, de pignorib.& ex ſentētia multorum alio-
rum doct. quos referam in dicta trigeſima quarta ampliatione, de cauſa
priuationis ob non ſolutum canonem.

AMPLIATIO XLVIII.

1 *EMPHYTEVTA, rem emphyteuticam irrequiſito domino alteri in emphyteuſim concedens, iure ſuo priuatur.*

2 *EMPHYTEVTA, cum quo pactum fuit factum in inueſtitura, vt poſſit, cuicunq; voluerit, alienare, dando rem in empyteuſim alteri irrequiſito domino, a iure ſuo non cadit.*

3 *IVS ſecundi emphyteutæ an extinguatur finita linea primi emphyteutæ.*

AMPLIATVR quadrageſimo octauo etiam, quando irre-
1 quiſito domino rem emphyteuticam alteri in emphyteu-
ſim conceſſit: nam in emphyteuſim concedere eſt aliena-
re, c. nulli, extra, de reb.eccl.non alienand.§. nos igitur. verſ.
alienationis autem.in auth. de non alien. aut permutand. reb.eccl. ideo
emphyteuta prohibitus alienare ſine domini licentia ſub pœna amiſſio-
nis

nis ẽphyteuſis,dicit̃ ẽt ſub eadẽ pœna prohibitus in ẽphyteuſim dare,ita
Spec.i §.nũc aliqua,q̃ſt.125.nu.151.tit. de loc.Iaſ.d.l.fi.C.de iur.ẽphyt.q̃ſt.
2.n.110.& ibidẽ Alber.nu.6.& Salic.n.5.Bald.in auth.niſi rogati. n.14.C.
ad Trebell.Bero.conſ.49.num.5.vol.3.& rurſus conſ.84.nu.25.vol.1 Iul.
Clar.in §.emphyteuſis,quæſt.20.lib.4.ſent.recept.vt in effectu tenuit etiã
Imol.in d.c.potuit.nu.20.de loc.& eſt communis doct.ſententia,vt teſtat̃
Cotta in ſuis memorialibus in verbo Emphyteuta alienans,licet ex cõſue
2 tudine Mediolani id fieri poſſe affirmet,ſicuti ẽt põt fieri,qñ i acquiſitiõe
emphyteuſis, & in inſtrumento inueſtituræ pactum eſt, vt emphy-
teuta poſſit,cuicunq.voluerit,alienare:nam tunc põt emphyteuta domi
no irrequiſito in emphyteuſim alteri cõcedere,vt in terminis dicit Bald.
in l.cum eſſent.§.per plurium.nu.2.ff.de ſeruit. ruſtic.præd. Quando aũt
ex facultate ſibi attributa in cõceſſione rei vel ex conſuetudine,vel de cõ-
ſenſu domini emphyteuta rem ſibi conceſſam alteri in emphyteuſim cõ
ceſſit,vt fieri põt,ad tradita p Bart.in l.ſi quis ui §.differentia, in princ. ff.
de acq.poſſeſſ.& p Iaſ.in l.2.nu.151,C.de iure emphyt.cũ aliis ibidem per
eum citatis,& p Bero.in d.conſ.84.nu.29.iunct.ſeq.vol.1. An ius ſecundi
emphyteutæ extinguat̃ finita linea primi emphyteutæ,vide apud Soc. in
3 cõl.256.nu.2.vſq;ad finẽ.vol.2.& in conſ.96.vol.3.Et an ſtante ſupradicta
conſuetudine Mediolani,quòd emphyteuta poſſit irrequiſito domino
rem in emphyteuſim alteri concedere, poſſit hoc facere ſtante pacto, ꝙ
res non poſſit irrequiſito domino alienari,& an poſſit primus emphy-
teuta irrequiſito domino ſecundum emphyteutam in poſſeſſionem in-
ducere,& an ſecundus emphyteuta poſſit cogere dominum,vt ab eo ca-
nonem recipiat, vide apud Paul. de Monte Pico in conſ.77.

AMPLIATIO XLIX.

1 E MPHYTEVTA *imponens cẽſum ãnuum perpetuum ſuper ẽ*
phyteuſi irrequiſito domino a iure ſuo cadit. (*poſſit.*
2 PROHIBITVS *alienar̃, ꝓhibet̃ ẽt actũ facer̃ ꝑ q̃m alienatio ſequi*
3 CENSVS *quando dicatur impoſitus ſuper re,& nõ ſuper fructibus,*
4 CENSVS *annui perpetui ciuitatis,eccleſiæ,vel minoris non poſſunt*
alienari abſq; ſolẽnitatibus,q̃ in alienatione rerũ immobiliũ requirunt̃.
5 FRVCTVS *poſſũt a minore abſq; alia ſolẽnitate,& decreto alienari.*
6 PRAELATVS *eccleſiæ põt ſuper fructibus rerũ immobiliũ eccleſiæ,*
cenſum imponere,non conſtituendo ius ſuper rebus ſed obligando ſe actione
perſonali ad dandos cenſus ſuper fructibus,rerum eccleſiæ.
7 FRATRES *prædicatores mẽdicãtes ꝑpetui ãnui cẽſus sũt ĩcapaces.*
8 LAVDEMIVM *domino debetur ex venditione rei cenſui ſuppoſi-*

3 Cenſus autem dicitur impoſitus ſuper re, & non ſuper fructibus, vt ſit
locus caducitati, quando conſtituitur in perpetuum ſuper fundo, vel
domo emphyteutica: nam huiuſmodi ſuppoſitio cenſus dicitur aliena-
tio, cum verbum illud In perpetuum accipiatur, vt verba ſonant, Fe-
deric. de Sen. in conſilio 12. & venditio etiam fructuum pro centum an
nis, quando conſtituitur ementi ius vſusfructus in re, dicitur alienatio,
vt ſcriptum reliquit Bart. in d.l codicillis.§.inſtituto.num.quarto, de le-
gat.ſecundo. & patet ex eo, quòd huiuſmodi annui perpetui cenſus ci-
4 uitatum non poſſunt vendi ſine ſolennitate, quę in venditione rerum
immobilium requiritur, vt probat text. in l.vltima, & ibi Bart.& Luc.de
Penna.C.de vend.reb. ciuit. lib.11.Nec poſſunt etiam vendi, alienari, aut
cõſtitui ſuper fructib', vel ſuper re eccleſię p Rectoré, niſi exiſtente cauſa,
& interuenientibus ſolennitatibus, quæ interuenire debent in aliena-
tione rerum eccleſiæ, vt tradit Guliem. Reodan. in tract. de reb. eccleſ.
non alienandis, Rubric. de conſtit. annui cenſus.numero 26. & ſequen-
tibus, pag. 103. poſt Bald. Caſtr. & alios in l.iubemus nulli, C. de ſacr.ec-
cleſiis, Ancar. & Imol. in capit. nulli.de reb.eccleſ. non alienand. Tiraq.
de retract.lignag. §.1. gloſ. 6. num.6. vbi alios in hanc ſententiam citat.
Nec poſſunt etiam huiuſmodi cenſus perpetui eorum prędiis imponi, ni
ſi ob vrgentem neceſſitatis cauſam, iuxta l. magis puto.§.non paſſim, &
l.ob æs. C.de pręd.minorum.& interuenientibus debitis ſolennitatibus,
quę in alienatione prędiorum minorum requiruntur, Bald. in d.l. iube-
bus.C.de ſacr.eccl.& alii omnes, Baldus in conſilio 518. quod eſt vlti-
mum.volum.5. Alex. conſilio 179. in cauſa, & lite vertente inter hęredes
numero tertio, uolumine ſexto, & in conſilio 103.colum.quinta ſub nu
mero decimo ſexto, volumine ſecundo, Bertrand. conſilio 283. colum.
prima, lib.3.quem refert, & ſequitur Tiraq.d.§.primo gloſſa 6. numero
6.de retract.lignag.Benedict.Bon.de cenſibus, lib.1.articulo 23.prope fi-
nem, & artic.31. Paris.conſilio 85. numero 20.& ſeq.uolum.tertio, Octa-
uian. Simoncell. multos alios cumulans in tract.de decret.lib.3.tit.8.nu
mero.57. quæ utique non procederent, ſi huiusmodi uenditio cen-
ſus perpetui non eſſet alienatio, cum minor abſque alia ſolennitate
5 & abſq; decreto poſſit fructus diſtrahere, & alienare l. lex, quę tuto-
res.C.de adminiſtr. tut. gloſſa in l. 1. & ibi omnes doct. C. ſi aduerſ.
vſucap. Ang. & Imol. in l. prima, §. fuit quæſitum.ff.ad Trebell. & a-
lii quamplures, quos in hanc ſententiam citat Simoncell.d.tract.de De
cretis lib.tertio, tit.octauo, numero 49.& Rector etiam eccleſiæ poſſit
ſuper fructibus rerum immobilium eccleſiæ cenſum imponere, non
conſtituendo ius ſuper rebus, ſed obligando ſe actione perſonali ad
dandos cenſus ſuper fructibus rerum eccleſię, vt declarat Gul.Reod.in d.

 tract.

qui ſunt hæredis, & non de feudo. Vnde non dicitur alienatio rei cum
alienantur fructus ſeparati, allegat tex.in l.in ædibus.§.ex rebus.ff. de do
nat.& ſequitur ibidem Aluarot.ſub num.4.verſ.quęro ab extra cui conci
nit Gul. de Perno in conſ.4.col.6.qui dicit valere legatum fructuum feu
di, quia debetur act ione perſonali,iuxta text.in l.apud Iulianum.§. final.
de leg. 1.& allegat ét not.per Bald. in l. 1.C. de ſacr.eccl. qui inquit,quòd
poteſt relinqui ius, quamuis non poſſit relinqui feudum,vnde videtur di
cendum,ſucceſſorem in feudo hæreditario teneri ad ius cenſus ex fructi-
14 bus feudi a ſolo ſeparatis: quia hæc non dicitur alienatio feudi: qui bus
accedit, quòd voluit Marin.Frecc.in ſuo tract.de ſubfeud.Baron.fol.113
num.43.vbi poſt Andr.tenet, quòd abſq; conſenſu Regio poteſt Baro.
vendere fructus feudi, & talis alienatio non poteſt reuocari: quia con-
ſtitutio illa prohibet venditionem feudi, & ſic vtilis dominii, & non vē
ditionem fructuum: quia non conſtituitur ex venditione fructuum ius
15 in re, & prohibitus rem vendere, non prohibetur vendere fructus rei,
16 d.l.in ædibus.§.1.ff.de donat.& facit etiam doct.Ioan.Fabri in §. item ſer-
uiana.inſt.de act.vbi tenet,quòd fructus feudi poſſunt pignorari, & ac-
cedit, ꝙ voluit Afflict.in conſtit.in 6.col.vbi determinat, ꝙ imponens ſer
uitutem feudo,non poteſt reuocare:quia impoſitio ſeruitutis non eſt a-
lienatio.Ex quibus deciſionibus videtur probari, quòd abſq; periculo ca
ducitatis poſſit emphyteuta irrequiſito domino emphyteuſim perpetuo
annuo cenſui ſupponere. Sed his non obſtantibus non eſt recedendum
a ſupradicta ampliatione, quòd emphyteuta non poſſit cenſum perpe-
tuum ſuper emphyteuſi irrequiſito domino vendere: quia non obſtat
doctr.Bald.in d.c.1.in princ.de ſucceſſ.feud.quia Bald.ibi conſiderat, ꝙ
fructus vineæ feudalis, poſtq̄ ſunt ſeparati a ſolo,ſunt hæredis, & ſunt ſe
parati ab ipſo ſolo:ideo nihil cenſetur diſpoſitum ſuper ipſo feudo,cum
fructus a ſolo ſeparati non ſint pars feudi,neq; de feudo.arg.tex. d.l.in ę-
17 dibus.§.ex rebus.ff.de donat. & in hac ratione fundata eſt tota deciſio
Baldi, quæ ratio longe recedit a quæſtione noſtra,cum per ſuppoſitionē
18 perpetui annui cenſus emphyteuſis onere reali afficiatur, ꝙ afficit quem-
cūq; poſſeſſorem:qui poſſeſſor huiuſmodi emphyteuſis ſic affectę,& ſup
poſitę huic oneri ante perceptionem, & ſeparationem fructuum poteſt
conueniri,& ab eo exigi,& totum hoc facit onus reale,quo afficitur em-
phyteuſis ex illa venditione,& ſuppoſitione annui perpetui cenſus. Ideo
non poteſt deduci,nec conſiderari illa ratio de fructibus a ſolo ſeparatis,
pro vt conſiderat Bald.& cum ſit diſſimilis ratio de vno ad aliud non eſt
ſumendum argumentum,l.ſi Papianus exuli. ff.de minor. Nicol. Enue-
rard.in locis legalibus,in uerbo Argumentum a ſimili,& eadem ratione,
imo maiori tollitur illud,quod ſcribit Guliel.de Perno in conſ. 4. nam

AMPLIATIO L.

1 *EMPHYTEVSIS ob alienationem irrequiſito domino factam reuertitur ad dominum vna cum meliorамentis in emphyteuſi factis.*

1 EXTENDITVR quinquageſimo, vt emphyteuſis ob alienationem irrequiſito domino factam reuertatur ad dominum vna cum melioramentis in emphyteuſi factis, Dec.conſ.160.col.2. verſ. & ideo bona reuertuntur, poſt Bart. in l.colonum. ff.locat. & Bald.in l.2.in princ.per illũ tex.C.de iur. emphyt. & in c.1.§.ſi vaſallus, in princ.tit.ſic finitur lex Friderichi, & in l.fin.§.fin.circa finem.C.Commun.de legat.Bald.& Angel.in l.ſenatus.§.Marcellus,de leg.1.& ibidem Alex.num.5.Imol. in c. propter, num.39.extra, de locat.vbi etiam inquit emphyteuſim reuerti cum expẽſis in ea factis, & tradunt ferè omnes alii, quos infra citabo de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem, ampliatione 36.

AMPLIATIO LI.

1 *EMPHYTEVSIS ob alienationem irrequiſito domino factam reuertitur ad dominum vna cum fructibus pendentibus, & maturis, & proximis perceptioni, ſi non ſunt in horreo reconditi, aut a ſolo ſeparati, remiſſiue.*

1 AMPLIATVR quinquageſimo primo, vt emphyteuſis ob alienationem irrequiſito domino factam reuertatur ad dominum vna cum fructibus pendentibus, & maturis, & proximis perceptioni, ſi non ſunt in horreo reconditi, aut a ſolo ſeparati; vt late dicam ĩ de cauſa priuationis ob non ſolutum canonẽ, trigeſima ſeptima ampliatione, vbi vide.

AMPLIATIO LII.

1 *EMPHYTEVTA, cadens a iure ſuo ob alienationem irrequiſito domino factam tenetur ad fructus uniuerſos a tempore quo dominus declarauit uelle eſſe locum caducitati, ſi poſt dictum tempus emphyteuſim poſſedit.*

1 EXTENDITVR quinquageſimo ſecundo, vt emphyteuta, cadens a iure ſuo propter rei alienationem irrequiſito domino factam, teneatur ad fructus vniuerſos a tempore ſaltem quo dominus declarauit velle eſſe locum caducitati, ſi poſt dictum tempus emphyteuſim poſſederit, per ea, quæ tradit Petrus Benintendi deciſ.37. & per ea, quæ dicam infra de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem, ampliatione trigeſima octaua.

AMPLIATIO LIII.

1 EMPHYTEVTA *propter alienationem irrequiſito domino factam ipſo iure cadit ab emphyteuſi abſq; eo, quòd aliqua iudicis ſententia requiratur.*

2 EMPHYTEVTA *propter alienationem ſine licentia domini factam cadit ipſo iure ab emphyteuſi, domino tamen volente, etiam ſi adſit pactum, vel ſtatutum, quòd res propter alienationem irrequiſito domino factam ipſo iure ad dominum reuertatur.*

1 AMPLIATVR quinquageſimo tertio, vt emphyteuta propter alienationẽ irrequiſito domino factã ipſo iure cadat ab emphyteuſi abſq; eo, quòd requiratur alia iudicis ſententia, vt ſcriptum reliquit Iaſ. in d.l.fin.nu.103 vſq. ad 106.& ibidem Salic.nu.18.& Bald. nu. 20. poſt gloſ. Ant. de Butrio conſ.22.num.1. vbi dicit, ſe non reperiſſe

periſſe gl.in d.l. fin.in dubio reuocatam, quamquam ſint opiniones de non ſoluente canonem. Quibus aſſentitur Bero.conſ.120. num. 1. vol. 1. Caſtr.conſilio 68. vol.2. Alex.conſ.27.numero 4.volumine 6. Gulie l.Reodan.in tract. de reb. eccl.non alienand.de caducitate ob alienationem, verſiculo emphyteuta quoq;, pag. 515. numero tertio, Quod tamen intelligitur domino volente, Alex. conſilio 106. numero 4. & conſilio 113. numero 3. vol.4. etiam ſi adſit pactum, vel ſtatutum, quòd res propter alienationem ipſo iure reuertatur ad dominum, Corn. conſilio 115. numero 15.vol. 1. Dec. conſ. 185. num. 12. cum infinitis aliis quos congerit Tiraq.in l.ſi vnquam, in verbo Reuertatur.C. de reuocand. donat. num. 10.ad quem lectorem remitto, ſi ipſe deſideret cumulum doct.qui hanc ſententiam tenuerunt, & ad ea, quæ dicam infra de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem, ampliatione quadrageſima tertia, cum paria ſint quo ad priuationem iuris ſui, canonem non ſoluere, & inconſulto domino alienare, Alex. d. conſ. 27. numero quarto, volum. ſexto, Iaſ. in d.l.finali, ſub numero 104.vt ſæpius eſt dictum. Et in dicta noſtra ampliatione 43. etiam habes, an ſufficiat tacita declaratio domini, & an poſſit fieri poſt mortem illius, qui deliquit, & an dominus concedendo rem alteri, tanquam ad ſe deuolutam ob alienationem inconſulto domino factam cum clauſula Saluo iure tertii, dicatur declaraſſe, quòd ſit locus priuationi. Et vide etiam, quæ dixi ſupra de cauſa priuationis ob rei deteriorationem, ampliatione quarta, vbi habes, quòd requiritur ſententia iudicis ad effectum, vt emphyteuta remoueatur a poſſeſſione, licet non requiratur ad ſubſtantiam eſſe priuationis, vt ibi dixi.

LIMITATIO PRIMA·

1 EMPHYTEVTA *ob alienationem irrequiſito domino factam iure ſuo non priuatur, quando in inueſtitura fuit appoſitum pactum, vt ei liceat, in quemcunque voluerit, alienare ſecundum communem.*

2 QVANDO *fuit pactum in inueſtitura, vt liceat emphyteutæ, cuicunq; voluerit, vendere, exceptis tamen potentioribus, eccleſijs, & pauperibus, emphyteuta non poteſt ſine licentia domini alienare remiſſiue.*

3 EMPHYTEVTA, *qui ex pacto inueſtituræ poteſt abſq; domini licentia alienare, ſi rem vti allodialem, & non vti emphyteuticam vendit, a iure ſuo cadit.*

1 LIMITATVR ſupradicta concluſio, vt emphyteuta ob alienationē, irrequiſito domino factā, iure ſuo priuetur, multis modis, & primo, vt non habeat locum, quando in inueſtitura fuit appoſitum pactum, vt liceat emphyteutæ in quemcunq; voluerit alienare: nam tunc poteſt emphyteuſim domino irrequiſito alienare, & priuationem non incurrit, Salic. numero ſecundo, Iaſ. numero quarto & ſeq. Bald. num. 3. Alber. verſ. ſed nunquid hæc lex. in d. l. fin. C. de iure emphyt. Alex. conſ. 173. nu. 6. vol. 2. Bero. conſ. 121. num. 3. vol. 1. Bald. in l. cū eſſent, & ibi Angel. §. vlt. ff. de ſeruit. ruſtic. prę́d. Soc. Iun. conſ. 70. num. 15. vol. 3. Ruin. conſ. 81. num. 6. vol. 1. Imol. in c. potuit. de locato, nu. 64. Dec. conſ. 614. num. 6. Roland. a Valle conſ. 79. num. 25. & 31. vol. 2. Alex. cōſ. 172. num. 6. vol. 2. Roman. ſingul. 474. emphyteuta non poteſt. Marc. Mant. in tract. de iure protomiſ. nu. 9. Bald. ff. de rerū diuis. in rubr. quæſt. 45. & in l. ſi domus. §. fin. de leg. 1. Bero. in d. c. potuit. num. 6. cum ſeq. de locato, vbi hanc ſententiam pluribus fundamentis comprobat, reſpondendo ad argumenta, quæ in contrarium adducuntur a Speculatore, q contrarium exiſtimauit; & hæc eſt communis doct. ſententia, vt teſtatur Hier. Torniell. in rubr. ff. de verb. oblig. num. 156. relatus a Iul. Claro in §. emphyteuſis, quæſt. 13. verſ. ſed pone. lib. 4. ſent. recept. Roland. a Valle in

d. conſ.

d.conſ.79.num.31.vol.2.Caſſad.deciſ.3.num.9.de locato.Iaſ.in d.l.fin.numero 6.de iure emphyt.in fine illius numeri.Gul.Reod.in tract.de rebus eccl.non alienand. de caducitate ob rei alienationem, verſ. emphyteuta quoq;,num.18.poſt Dec.in conſ.164.ſub num. 3.verſ. ſecundo reſpondetur.Cagnol.in auth.qui rem.num.24.C.de ſacr.eccl.aliàs.n.dictum pactum, quòd emphyteuta poſſit alienare,eſſet ſuperuacaneum, contra l. ſi quando,de leg.1.& c.ſi Papa,de priuileg.in 6.

2 DECLARATVR tamen ſupradicta communis ſententia,vt non procedat, quando per pactum fuit conuentum, vt liceat emphyteutæ cuicunq; voluerit alienare, exceptis tamen potentioribus, eccleſiis, & pauperibus,quia tunc pactum aliquid operatur, licet non intelligatur emphyteutæ conceſſa facultas alienandi domino irrequiſito,vt diximus ſ hac eadem cauſa priuationis in ſecunda ampliatione,num.17.verſ. Cæterum prædicta communis concluſio,vbi etiam diximus ex prædicto pacto,vt poſſit emphyteuta cuicunq; voluerit vendere, non intelligi conceſſá eſſe facultatem, vt emphyteuta poſſit propria auctoritate introducere emptorem in poſſeſſionem: nam ſtante etiam huiuſmodi pacto, debet requirere dominum, vt emptorem in poſſeſſionem inducat, & etiam illum expectare per duos menſes: quia quo ad hoc non dicitur diſpoſitioni d.l.fin.de iure emphyt.derogatum,vt declarat Imol.in d.c.potuit.numero 64. Reodan.in tract.de reb.eccleſ.non alienand. pag.mihi 517. numero 16.

3 SECVNDO declaratur,vt non vendicet ſibi locum, quando rem, vti allodialem, & non tanquam emphyteuticam alienauit:quia cum ſit pactum,vt non teneatur dominum requirere,quando vult alienare vtile dominium,nec aliquid ſit expreſſum in caſu,quo proprio iure,non reſeruato iure eccleſiæ, ſiue domini,venderet, hoc modo vendendo cadit a iure ſuo,Alex.conſ.187.nu.10.verſ.& per prædicta patet.vol.2. Aim.conſ. 112. nu. 11. & an in dubio præſumatur vendidiſſe rem vti allodialem, vide ſupra hac eadem priuationis cauſa, ampliatione 42.

LIMITATIO II.

1 EMPHYTEVSIS *conceſſa pro ſe, & quibus dederit, vel iura ſua concedere voluerit, poteſt ab emphyteuta irrequiſito domino alienari.*

VASALLVS *poteſt ſine conſenſu domini feudum alienare, ſi feudum fuit*

ſuit conceſſum pro ſe, & quibus dederit.

3 EMPHYTEVSIS *conceſſa pro ſe, & quibus legitime dederit, vel quibus legitime concedere voluerit, irrequiſito domino alienari non poteſt.*

4 EMPHYTEVSIS *conceſſa pro ſe, & quibus dederit, irrequiſito domino alienari non poteſt, vbi in inueſtitura fuit etiam pactum, appoſitum, vt emphyteuta non poſſit alienare ſine conſenſu domini.*

SECVNDO limitatur, quando emphyteuſis
1 fuit conceſſa pro ſe, & quibus dederit, vel iu-
ra ſua concedere voluerit, ita concludunt An
gel.& Bald.in l.cum eſſent, §. primo. ff. de ſer-
uit.ruſtic.pręd.relati a Soc.qui eos ſequitur in
conſ.3.num.24.vol. 3.vt etiam tenet Iaſ.in d.l.
fin.num.6.C.de iure emphyt.& ibidem Albe-
ric.col.pen.qui allegat tex.notab.& expreſſum
in feudo, nō habente propriam naturam feu
2 di, vbi licet vaſallus non poſſit alienare ſine conſenſu domini: tamen,
ſi prędicta verba apponuntur in inſtrumento feudi, poterit vaſallus aliena
re ſine conſenſu domini: quam ſententiam amplexi ſunt Grat. conſ. 86.
num.5.lib.1.Paris.conſ.85.num.14.vol.4.Dec.conſ.171.num.2.& conſil.
390. nu.8.Curt.Iun.conſ.108.num.17.Ripa in l. qui Romæ.§.duo fratres,
num.87.verſ.hinc eſt, de verb.obligat.Caſſad. deciſ.3.num.9. de locato,
qui citat Iacob.de ſancto Georg.in tract.feud.in verſ.ita etiam quòd ipſi
vaſalli, & Curt.in 4.parte, tit.ex quibus cauſis feud.amittatur, in ſecunda
regula, quæſt.5.idem tenentes, Idem cenſuit etiam Ruin.conſ.81. num.
6.vol.1.Aim.conſ.84.num.11.& conſ.92.num.6. Paris. conſ. 3. num. 12. &
ſeq.& num.29.vol.1.vbi teſtatur, hanc eſſe communem opinionem, q̃
eſſe frequentiori calculo rèceptam, affirmant Dec.conſ.164.col.3.verſ.ſe-
cundo reſpondetur, & in conſ.193.col.4.ſub num.5.verſ.non obſtat fun-
damentum, Caſſad.d.deciſ.3.de locato, Cephal.conſ.347.nu.30.vol. 3. Iaſ.
in d.l.fin.num.6.in fine, C.de iure emphyt.Roland.a Valle, multos alios in
hanc ſententiam citans, conſ.79.num.27.vol.2.Guliel.Reod.in tract. de
rèb.eccl.non alienand.de caducitate ob alienationem, verſ. emphyteuta
quoq; non poteſt, num.15.& 18.pag.mihi.517.Rip.reſponſ.137.num.11.
Iul.Clar.in §.emphyteuſis, quæſt.13.verſ.vlterius quæro.Ex quibus patet,
hanc eſſe communem opinionem, quicquid ſenſerit Ioan.Andr.ad Spe-

cul.

3 cul. tit. de locato, quæſt. 84. Quæ tamen temperanda eſt, vt non procedat, quando res fuit conceſſa pro ſe, & quibus legitime dederit, vel quibus legitime concedere voluerit: quia licentia alienandi non eſt ſimpliciter data, ſed cum grano ſalis: nam his verbis ſtantibus, negari non poteſt, quin emphyteuta, qui alienat irrequiſito domino, dicatur legitime alienare, vt in terminis tradit Curt Iun. in conſ. 130. num. 7. cui aſſentitur Campag. inter conſ. Bruni Aſtenſis conſ. 11. ad finem, vt eum refert Aim. conſ. 92. num. 6. Temperatur etiam, vt non ſit vera ſupradicta
4 communis concluſio, quando in eadem inueſtitura, & inſtrumento, in quo conceſſa eſt res pro ſe, & quibus dederit, vel pro ſe, & cui concedere voluerit, appoſitum fuit etiam pactum, vt emphyteuta non poſſit alienare ſine conſenſu domini, Dec. conſ. 171. col. 2. verſ. quarto, & vltimo ſub numero tertio. Curt. Iun. in d. conſilio 130. numero ſexto, & nos etiam dicemus in ſequenti limitatione numero ſecundo, & ſeq.

LIMITATIO III.

1 *EMPHYTEVTA iure ſuo non priuatur ob alienationem irrequiſito domino factam, quando inueſtitura fuit facta cum clauſula Ad habendum, tenendum, alienandum &c. & numero 9.*

2 *EMPHYTEVTA inueſtitus cum clauſula Ad habendum, tenendum, alienandum &c. ſi in eodem inſtrumento eſt etiam cautum, vt non poſſit rem conceſſam irrequiſito domino alienare, eam alienando ſine licentia, cadit a iure ſuo.*

3 *VERBA inſtrumenti, quæ contraria videntur, debent ita interpretari, ſi fieri poteſt, ne ſibi contradicant.*

4 *VERBA in contractibus debent intelligi, & adiuuari, ne repugnantiam contineant.*

5 *CONTRARIETAS in qualibet materia debet tolli, ſi fieri pōt.*

6 *PACTA omnia ſunt interpretanda, vt ſe inuicem compatiantur ita, vt poſteriora obſeruentur ſaluis præcedentibus.*

7 *CLAVSVLA Ad habendum, tenendum, & alienandum &c. appoſita non in corpore inſtrumenti, ſed in verbis venientibus ad executionē diſpoſitionis contractus; non tribuit emphyteutæ licentiam alienandi irrequiſito domino.*

CLAV-

Dec.in conſ.500.cum pluribus ſeq.verba enim inſtrumenti, quæ contra
ria videntur, debent ita interpretari, ſi fieri poteſt, ne ſibi contradicant,
c.interdilectos.§.Cęterum.de fide inſtrum.Bart.in l.fin.§.idem quæſiit,in
4 verbo circa prędictam clauſulam.ff.de condit.indebiti, vbi inquit, quòd
in contractibus verba debent intelligi, & adiuuari, ne repugnantiam cō
5 tineant, arg.§.quibus.prima Cōſt.Codicis.quod etiam procedit in qua-
libet materia, vt per diſtinctionem tollatur contrarietas, ſi fieri poteſt,
vt inquit Alex.in conſ.141.viſo teſtamēto,num.5,vol.2.& in ſimilibus ter
6 minis Hier.Gabriel.conſ.82.num.2.ſemper enim pacta omnia ſunt inter-
pretanda, vt ſe inuicem compatiantur ita, vt poſteriora obſeruentur ſal-
uis pręcedentibus, allegat l. fin. C. de nouat. vbi Bald. col. 1, l. ſi vnus. §.
pactus. verſ.quid ſi non, vt totum.l.emptor.vbi gl.in verbo Poſſe.ff.de pa
ctis.not.in c.imputari,de fid.inſtrument.& in l.ſcripturæ.C.eod.tit.Alex.
conſ.193.vol.6.& in conſ.121.num.3.vol.3.Iaſ.in l. cum falſa, num. 46. ff.
de iur.& facti ignor.Dec.conſ.463.num.6.& conſ.98.num.5.Bald.d.conſ.
7 465.col.fin.vol.3.& vbi dicta clauſula Ad habendum, tenendum, & alie
nandum &c. eſſet appoſita non in corpore inſtrumenti, ſed veniret in
verbis ad executionem diſpoſitionis contractus appoſitis, & acceſſoriè,
& non principaliter, poſſet fortaſſe dici, quòd non importet licentiam
alienandi, licet non adſit in inueſtitura aliud pactum, quòd non poſſit
emphyteuta alienare domino irrequiſito: quia cenſetur hoc tacite cau-
tum in conceſſione rei ex natura contractus, licet non ſit expreſſum, vt
8 dixim⁹ ſupra in prima ampliatione huius cauſæ priuationis. Et verba, &
clauſulæ generales venientes ad executionem non alterant, neq; ampliāt
contractum Dec. d. conſilio 500. numero nono, arg.tex.notab.in clem.
1.in fine.de præbend. vbi clauſula, quæ requirit executionem, & venit
acceſſorie, non videtur principalem diſpoſitionem alterare, & rurſus
tradit idem Dec. conſilio 195. colum tertia in fine, ſub numero tertio,
Alex. conſilio 21. numero quinto, lib.7. Riminald.§. 1. numero 138. in-
ſtit. Quib. alienare licet, uel non.Dec. conſilio 373. numero 14. Alex.
conſilio 60. numero 5. lib.7. pręſertim ſi alteratio ſit contra naturam
ſuam, Rip.in l.qui Romę.§.duo fratres,numero 84. ff.de uerb. obligat.
licet declarent, ut tradit Alciat. conſilio 270. numero tertio, Dec. con
ſilio 423. in fine. & tradit in terminis Vincent.de Franc.in deciſ. Neapo
lit. deciſ.6.

9 PRÆTEREA diligenter perpendenda ſunt uerba dictę clauſulæ:
quia,ſi cōceſſio ſit facta Franc.recipienti pro ſe,filijs, & nepotibus cum
clauſula Ad habendum, alienandum, & quicquid ipſi Franciſco
placuerit faciendum; licentia alienandi intelligitur ſolum conceſſa
Franciſco primo recipienti,nō autem filijs,& nepotibus,primo pp illa

uerba

verba, Quicquid Franciſ. placuerit, quæ perſonalia ſunt, vt per Bald. in cõſ. 304. nobilis vir dominus. vol. 5. num. 1. Secundo quia contrahentes in dubio cenſentur velle diſponere, & contrahere ſm̃ naturam contractus, & diſpoſitionem iuris communis de eo loquentis, iuxta not. in l. ſi duo. ff. de acq. hæred. & in l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Trebell. & facultas huiuſmodi datur ſm̃ prædictos terminos primo acquirenti tantùm, & non aliis, vt tradunt doct. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. & nos diximus ĩ lib. 5. de auctoritate emphyteutæ in re emphyteutica, auctorit. Tertio quia, cum in inſtrumento conceſſionis in principali parte diſpoſitiua detur ius aliis perſonis, quàm Franciſco, non eſt veriſimile, quòd contrahentes per huiuſmodi clauſulam intellexerint generaliter, quòd omnibus eſſet data facultas diſponendi: quod procedit etiam, ſi in conceſſione adeſſent verba illa, Vſq; in tertiam generationem: quia intelligi debent, quòd primus acquirens poſſit alienare in præiuditium ſequentiũ generationum, & non vltra, qui intellectus probabilior eſſe videtur, cũ ſit conformis naturæ contractus, & iuri communi, & minus præiudicet: & accedat, quòd ille, qui vult alienare, cum ſe fundet in verbis inſtrumenti; contra ipſum debet fieri interpretatio, l. veteribus. ff. de pactis, & ita in terminis, freti ſupradictis rationibus, tenuerunt DD. de Rota pro maiori parte in manuſcriptis in vna Camerinenſi domorum coram D. Oradino ſub die 18. Aprilis 1572. Et licet Roland. a Valle in conſ. 55. nu. 54. & ſeq. vol. 3. contrariam ſententiam teneat, & ſupradicta tertia ratio, & antecedens ratio DD. de Rota non videatur tuta, quia licentia alienandi in inſtrumento conceſſionis data operatur, vt emphyteuta poſſit alienare irrequiſito domino, non autem efficit, vt vnus ex comprehenſis poſſit alienare in pręiuditium alterius comprehenſi, Alex. in conſ. 106. vol. 4. Ioan. Baptiſta Ferret. in conſ. 78. ſub num. 5. verſ. circa ſecundum punctum, Ruin. in conſ. 169. verſ. ſed prædictis non obſtantibus, nu. 12. & ſeq. vol. 1. & nos late dicemus ĩ hac eadem cauſa priuationis, quæſtione ſeptima, nec etiam prædictæ duæ vltimę rationes videantur facere ad caſum noſtrum: tamen hæc etiam declaratio in quęſtione, de qua agimus, amplectenda videtur, tum quia militant alię rationes DD. de Rota, tum quia dicta licentia alienandi, in inſtrumento conceſſa, reſtringitᷣ in quantum fieri poteſt ad terminos iuris communis, dummodo aliqđ operetur, per ea, quę diximus ĩ hac eadem cauſa priuationis, ampliatione ſecunda, num 17. & ampliat. 8. & ampliat. 11. Ideo, cum ſit dictum, Ad habendum, & alienandum, & quicquid ipſi Franciſ. placuerit, faciẽdum, intelligitur actum, vt ſolo Franciſco ſit data facultas alienandi irrequiſito domino, qui aliàs non potuiſſet, niſi hoc fuiſſet ei conceſſum; tum quia doct. qui a Roland. citantur in d. conſ. 55. pro ſua opinione, lo-

quuntur

quuntur, quando emphyteuſis fuit conceſſa pro ſe, & hęredibus, & quibus dederit; quæ verba ſunt maioris efficaciæ, quàm ſimplex licẽtia alienandi, vt patet ex not. per nos ſupra de cauſa priuationis ob mortem ciuilem, num. 23. cùm ſeq. & 54.

LIMITATIO IIII.

1 *DOMINVS ab emphyteuta requiſitus, ſi dixit, ſe nolle emere, vel Vende in nomine Domini, dicitur alienandi licentiam dediſſe.*

2 *DOMINVS ab emphyteuta requiſitus, ſi dixit ſe velle deliberare, non dicitur dediſſe licentiam alienandi, & expectandus eſt per duos menſes expectandus.*

1 LIMITATVR quarto, quando dominus requiſitus dixit, ſe nolle emere quia propter hoc eſt data licentia alienandi, vt etiam intelligitur conceſſa, ſi rector eccleſiæ reſpondeat, dicens, Vende in nomine Domini, quia volo quinquageſimam habere, vt tradit Specul. in §. nunc aliqua. quæſt. 100. num. 123. tit. de locato. Vbi etiam Ioan. Andr. eum ſequitur, allegando Petr. & Abbat. idem tenentes, Iaſ. in d. l. fin. ſub num. 27. C. de iure emphyt. mouetur Specul. ex c. potuit, de locato. & quia in certis non eſt locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obligat. licet ſecus ſit, ſi dominus dixerit, Vo-
2 lo deliberare: nam tunc expectandus eſt per duos menſes, d. c. potuit. & d. l. fin. de iure emphyt. cum non ſufficiat ſola requiſitio, niſi ſecundum ſupradictum modum expectetur conſenſus, c. cum in veteri, extra, de elect. c. cum olim, extra, de arbitr. l. viduæ. C. de nupt. l. pater tutelam. ff. de adminiſtr. tut. l. 2. C. de in ius vocando. l. 3. C. de abolit. & intra quantum tẽpus poſſit emphyteuta vendere in vim ſupradictæ licentiæ ſic obtentę, ne iure ſuo priuetur, vide p Spec. in d. §. nunc aliqua. q̃ſt. 98. nu. 121. & ſeq. & p Iaſ. in d. l. fin. quęſt. 2. nu. 26. & ſeq. C. de iure emphyt. & per Afflict. in c. imperialem. num. 77. de prohibit. feud. alienat. per Fridericum.

3 *PATRONVS, licet non poſſit donare ius patronatus ſine conſenſu Epiſcopi; poteſt tamen donare compatrono abſq; eius conſenſu.*

4 *VASALLVS poteſt feudum irrequisitò domino alienare in alium ſucceſſorem agnatum.*

5 *EMPHYTEVTA an poſſit in coemphyteutam irrequisito domino alienare etiam, si in inueſtitura promiſerit domino irrequisito emphyteusim non alienare.*

6 *EMPHYTEVSIS recepta a pluribus in eodem inſtrumento abſq; iure accreſcendi ab vno in alium, qui eodem inſtrumentò emphyteuſim conduxit, irrequiſito domino alienari non poteſt.*

7 *VNVSQVISQVE ex conducentibus emphyteuſim simul, dicitur conduxiſſe pro ſua parte, & pro ea parte, quam conduxit, domino ad canonem eſt obligatus, nisi inſolidum conductares fuerit.*

8 *EMPHYTEVSIS conceſſa Titio ſtipulanti pro ſe, & nomine fratrum ſuorum, etiam cum clauſula iuris accreſcendi, ante factam ceſſionem, vel ratihabitionem irrequisito domino in eum, qui nondum ratificauit, alienari non poteſt.*

1 LIMITATVR ſexto, quando alienatio fuit facta aliis emphyteutis ſub eadem inueſtitura comprehenſis: plures enim emphyteutæ poſſunt quocunq; tit. alienare inter ſe irrequiſito domino, Bart. in l. ſi domus. §. fin. in fine, & ibidē Alex. num. 7. de leg. 1. idem Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. quæſt. 10. vbi ēt Alex. num. 60. Ioan. Crot. nu. 144. & Rip. nu. 87. vbi hanc communē dicit. ff. de verb. obligat. Bart. num. 2. & Caſtr. nu. 4. in l. cum ii, §. ſi vni. ff. de tranſact. idem Bart. in l. & ideo, num. 4. ff. de condit. furt. Bero. conſ. 3. num. 27. vol. 2. Capr. cōſil. 146. num. 8. Paul. de caſtro conſ. 432. nu. 3. vol. 1. Ruin. conſ. 11. nu. 1. vol. 1. Salic. in l. ea lege, nu. 17. C. de condit. ob cauſam, Bald. in d. l. cum ii, §. ſed et ſi pluribus, verſ. Item nota argumentum. ff. de tranſact. Hier, Gabriel. atteſtans & ipſe, hanc eſſe communem opinionem, conſ. 88. num. 16. vt fatetur etiam Iaſ. in d. §. duo fratres, numero 77. & Gozad. in conſ. 20. nu. 9. Iul. Clar. in §. emphyteuſis. quæſt. 14. Gul. Reod. in tract. de reb. eccl. non alienan. de caducitate ob rei alienationem, verſ. emphyteuta quoq; num. 22. pag. 518. quæ doctorum ſententia pluribus rationibus probatur.

tur,& primo quia iſto caſu ceſſant rationes, ob quas emphyteuta prohi-
betur irrequiſito domino alienare, vt dominus recognoſcatur in domi
num ab extraneo, in quem res alienatur,& vt ipſe dominus habeat eum
obligatum actione perſonali ad ipſum recognoſcendum,& ad penſioné
ſoluendum,cum ipſe emphyteuta teneatur ad eum recognoſcendum, &
ad penſionem etiam pro parte, quam habuit a ſuo coemphyteuta: nam
2 alienatio in eum facta cẽſetur potius repudiatio,c.1.& ibi notatur.de alie-
nat.feud.paterni. Secundo probatur, quia alienatio prohibetur fieri ſine
conſenſu domini, ne ipſe cogatur habere emphyteutam, quem nolit, ſe
cundum Rip.in d.§.duo fratres,ſub num.87.allegans l.fin.C.de iure em-
phyt.& alia iura,& iſta ratio ceſſat,cum emphyteuta acquirens ſit iam ex
3 inueſtitura ad emphyteuſim a domino admiſſus. Tertio ſuadetur ex eo,
quòd, licet patronus nó poſſit donare ius patronatus ſine conſenſu Epi-
ſcopi,c.illud,de iure patronat. poteſt tamen donare compatrono abſque
vllo Epiſcopi conſenſu ſm̃ gl,Panormit.& alios in c.ex inſinuatione,eod.
tit.& probatur etiam in Clem.2.iuncta gl.in verbo,Libere,tit. eod. vt etiã
voluit gl.in c.nemini.16.quæſt.7.de qua re late tractat Cæſar Lamber-
tin.in tract.de iure patronat.in 12.art.1.quæſt.princip.2.part.primi libri.
4 Quarto facit,quia vaſallus poteſt irrequiſito domino alienare feudum in
alium agnatum ſucceſſorem:quia talis alienatio cẽſetur potius refutatio
ſm̃ Bald.in c.1.de alienat.feud. Quinto facit l.volũtas.C. de fideicommiſſ.
& hęc opinio tanquam communis,& verior eſt tenenda, licet contrariũ
tenuerit Gul.de Cun.in d.l.cum ii,§.ſi vni.ff.de tranſact.cum quo videtur
tranſire Iaſ.in d.l.fin.nu.116.C.de iure emphyt.qui allegat Bald.in d.l. vo-
luntas.C.de fideicommiſ.& in l.dudum,C.de contr.empt.hanc ſuam eã-
dem ſententiam tenentem:nam eorum dicta,ſi recte perpendantur, non
contradicunt ſupradictæ opinioni, vt conſtat ex his, quæ dicemus ̃j in
prima declaratione huius limitationis.

5 AMPLIATVR antecedens limitatio etiam, ſi emphyteuta in in-
ueſtitura pacto expreſſo promiſiſſet domino non alienare rem ipſo irre-
quiſito: quia tale pactum debet intelligi de alienatione facienda in extra
neos, non autem inter ſeipſos emphyteutas ſecundum Salic.in l.ea lege,
numero decimo ſexto, C. de condit. ob cauſam, cuius tamen dictum nõ
ſatisfacit Ripæ in dicto §. duo fratres, ſub numero 87. verſ. & ampliatur
etiam: quia hoc modo intelligendo, pactum nihil operaretur, quod nõ
eſt dicendum, & in contrarium adducit deciſionem Bald.in capitulo 1.
§. præterea. de prohibita feud. alienation. per Friderich. vbi deci-
dit, quòd, ſi vaſallus faciat pactum de non alienando, non poterit
tunc alienare feudum, etiam in caſibus a iure permiſſis: nam prohibitio
hominis concurrens cum prohibitione legali, debet aliquid operari, per

tex,

tex.in propriis terminis in §.ſanctiſſimas,in auth.de alienat & emphyt. per quem tex.idem concludunt Alex.& moderniores in l.filius familias.§.diui.de leg.1.ſubiungit tandem Ripa,opinionem Saliceti poſſe fortaſſe ſuſtineri, dicendo, quòd iſta eſt potius refutatio, quàm alienatio d.c.1. de alienat.feudi paterni,præſertim ſi in conuentione de non alienando domino irrequiſito non eſſet adiecta pœna:quia tunc contraueniens nõ dicetur pœnam non appoſitam incurriſſe, nec etiam pœnam a iure communi impoſitam: quia ob alienationem factam inter ipſos emphyteutas irrequiſito domino de iure communi nulla pœna incurritur, vt in ſimili de emphyteuta, qui promiſerat inſcio domino non alienare, & poſtea eo irrequiſito donauit, ſcriptum reliquit Bero. in conſ.128.num.12.vol.1. nam iſto caſu non poteſt dici pactum illud de non alienando ſuperuacaneum: quia, licet non inducet priuationem iuris, ſi fiat alienatio inter ipſos emphyteutas,& ſic in caſu permiſſo:inducit tamen nullitatem act⁹, ad not.per Alciat.conſ.258.num.14.verſ.ſed præmiſſis non obſtantibus.

DECLARATVR primo ſupradicta limitatio, vt non procedat in emphyteuſi noua a pluribus recepta abſq; clauſula iuris accreſcendi, ſi
6 emphyteuſis ſit talis, vt etiam ex alio capite in ea iuri accreſcendi locus non ſit: de qua re tractant Bart.& alii in l.ſi mihi,& Titio, ff. de verb.obligat.& nos diximus ſ duodecima priuationis cauſa ob lineam finitam num.83.cum pluribus ſeq.quia tunc inter ipſos emphyteutas,qui eodem inſtrumento emphyteuſim conduxerunt, alienatio domino irrequiſito fieri non poteſt, cum vnusquiſq; dicatur rem conduxiſſe pro ſua parte, l.reos.§.cum in tabulis.ff.de duob.reis.l.ſi non ſinguli.C.ſi cert.pet.l.ſi diuiſio.C.locati.Spec.in §.nunc aliqua.quæſt.148.de loc.& cum pro ea tan
7 tùm parte, quàm conduxit,ſit domino ad canonem obligatus Bart.in l. fraudati.ff.de public.Dec.conſ.58.num.1.in fine, emphyteuta reſpectu partis ſocii, quam non conduxit,& pro qua non eſt ad canonem obligatus; dicitur extraneus, vt in terminis noſtris declarant Crot.in d.§. duo fratres,nu.145.verſ.primus caſus eſt,Ripa.nu.87. l.qui Romæ. de verb. oblig.Alex.in d.l.ſi domus.§.ſi fundus.num.7.de leg.1.Hier.Gab.d.cõſ. 88.num.1.& Bald.in l.voluntas.C.de fideicommiſſ.& Iaſ.in d.l.fin.C. de iure emphyt.num.116.ſi bene conſiderentur rationes,quibus mouetur ad contradicendum Bart.vt non poſſit fieri alienatio inter ipſos emphyteutas domino irrequiſito: quæ tamen intelligenda videntur, niſi emphyteuſis duobus, vel pluribus fuiſſet inſolidum conceſſa per ea, quæ dicemus ĩ de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem,ampliatione trigeſima tertia, & not.per Ruin.in conſ.159.num.5.& ſeq.vol.1.nam tũc eſſet inter eos locus iuri accreſcendi, & conſequenter impune inter eos fieret alienatio, vt dictum eſt ſupra ex communi doct.ſententia, & declarat

clarat Crot.in d.§.duo fratres,num. 145. verſ.ſecundus caſus, ſubdens, hanc eſſe veritatem, per quam concordantur opiniones doct.qui variare videntur.

8 SECVNDO declaratur, vt non procedat ſupradicta communis opinio etiam, ſi res ſit conceſſa pluribus cum clauſula iuris accreſcendi, quando fuit conceſſa Titio ſtipulanti pro ſe, & nomine fratrum ſuorum ante factam ceſſionem, vel ratihabitionem per fratres Titii ſtipulatoris:quia ipſis fratribus ante ratihabitionem pro eorum parte nullum ius dicitur quæſitum ſecundum Bart.in l.qui vſumfructum,in fine,de vſu fr. legato. & in l. fundum,de act.empt.& in l.ſi mihi,& Titio. ff. de verb. obligat.& Bald.in l.multum,C.ſi quis alteri, vel ſibi. Ideo non poteſt in eum, qui nondum ratificauit, fieri alienatio, ſicut nec in quemlibet aliũ extraneum: nam pro extraneo haberi debet, & non pro inueſtito: quia quo ad illũ inueſtitura habetur pro non facta,ex quo ratihabitio expreſſa vel tacita non eſt ſequuta,vt in terminis tradit Ruin.conſ.168.num.5.vol. 1.vbi etiam vide num.21.& ſeq.Ex quibus elicere poteris, an iſta caducitans ſit cum effectu, & in quibus caſibus.

LIMITATIO VII.

1 *DIVISIO eſt ſpecies alienationis.*

2 *DIVISIO, emptio, & venditio appellatur,*

3 *EMPHYTEVTAE poſſunt inter e domino irrequiſito emphyteuſim diuidere.*

4 *EMPHYTEVTAE poſſunt inter ſe domino inconſulto diuidere, licet in receptione promiſerint r^e^ dño irrequiſito nõ alienare.*

5 *EMPHYTEVSIS noua a pluribus ita recepta, vt in ea non ſit locus iuri accreſcendi, poteſt diuidi irrequiſito domino inter emphyteutas, etiã ſi diuiſio non fiat regionibus, & æqualiter: ſed tota emphyteuſis vni adiudicetur, & alteri bona allodialia tradantur ſecundum veram opinionem, & magis communem, & quomodo hoc intelligatur num.9.*

6 *RATIONES, quare poſſint emphyteutæ dño irrequiſito diuidere.*

7 *EMPHYTEVTA, cui obuenit emphyteuſis in diuiſione, quæ ad ipſum ex inueſtitura nõ pertinebat, ſi poſſeſſionem emphyteuſis ſibi in parte obuentæ accipiat, antequam inueſtituram capiat; a iure ſuo cadit.*

8 *EMPHYTEVSIS donari põt irrequiſito dño: ſi tñ donatarius accipiat poſſeſſionem emphyteusis, antequam inueſtituram, & approbationem a domino recipiat; ab emphyteusi cadit.*

10. EM-

10 *EMPHYTEVSIS poteſt permutari cum extraneo inuito domino, licet ſecus ſit in feudo*

SEPTIMO limitatur eadem ratione, vt nõ ha
beat locũ in diuiſione inter plures emphyteu-
tas, licet diuiſio alienationis ſit ſpecies, l. 1. vbi
Bald. num. 4. C. ſi aduerſ. tranſact. Soc. Iun. cõſ.
48. n. 4. lib. 1. Pariſ. conſ. 34. nu. 39. lib. 2. Aim. cõſ.
1 264. nu. 4. Imò diuiſio emptio, & venditio ap
pellatur, l. cum pater. §. hæreditatem. de leg. 2. l.
1. C. comm. vtriuſq; iudic. Gozad. conſ. 58. n. 13.
2 relatus a Menoch. qui hoc idem ſentit, de arbi
tr. iudic. quæſt. lib. 2. centur. ſecunda, caſu 171. nu. 35. & ita in terminis no-
ſtris concludit Bart. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. q̃ſt. 10. ff. de verb. obl.
& ibidem Alex. nu. 60. Iaſ. nu. 75. Ripa nu. 86. Ioan. Crot. nu. 135. q oẽs poſt
Aret. atteſtantur, hanc eſſe cõem opinionẽ, q̃ tenet idem Bart. in l. cum ij
3 §. ſi vni. ff. de tranſact. & in l. & ideo. ff. de condit. furt. & in l. ſi domus. §. ſi
fundus. vbi etiam Alex. nu. 7. de leg. 1. dũ citat Bart. in d. §. duo fratres, q̃ſt.
10. qui tàm de alienatione, quàm de diuiſione inter emphyteutas conclu
ſionẽ firmat. Ant. de Butr. conſ. 37. viſo pũcto, nu. 2. & ſeq. Fed. de Sen. cõſ.
228. factum tale eſt, Ruin. conſ. 159. nn. 4. & ſeq. vol. 1. Capra conſ. 147. n. 8.
Bero. conſ. 124. nu. 13. vol. 1. Alex. conſ. 7. nu. 5. lib. 5. & conſ. 189. nu. 3. vol. 2.
Cuman. conſ. 80. Bald. conſ. 234. diuiſio. nu. 2. vol. 4. Spec. in §. nũc aliqua,
nu. 93. & ibi Ioan. Andr. tit. de loc. Hier. Gabr. conſ. 84. nu. 3. Bart. conſ. 58.
ex themate, nu. 4. vol. 1. Soc. Iun. conſ. 70. nu. 13. vol. 3. Corn. conſ. 24. n. 15.
& 17. vol. 2. Ruin. conſ. 48. n. 1. Calder. conſ. 12. de feud. Bertrand. cõſ. 188.
viſo caſu. lib. 2. Goz. cõſ. 20. nu. 9. Steph. Aufr. in addit. ad capell. Tholoſ. de
ciſ. 75. itẽ fuit q̃ſitũ. Dec. q. hanc. cõem dicit, cõſ. 263. ad finẽ, vt ẽt fatetur
Iaſ. q hanc ſententiã amplectit, in d. l. fi. n. 114. q̃ſt. 6. C. de iure emphyt. &
Gul. Reod. in tract. de reb, eccl. nõ alien. de caducitate ob rei alienationẽ,
verſ. emphyteuta quoq; num. 21. pag. mihi 518. nec non Iul. Clar. in §. em-
phyteuſis. quæſt. 14. lib. 4. ſent. recept.

AMPLIATVR primo antecedens limitatio etiam, ſi acquirentes
in receptione emphyteuſis promiſerint, rem domino irrequiſito non
alienare: nam huiuſmodi pacto non obſtante, poſſunt inter ſe emphy-
teuſim domino inconſulto diuidere, & priuationem non incurrunt, Ca-
pra conſ. 82. num. 1. Salic. in l. ea lege, num. 17. C. de condit. ob cauſam Be
ro. conſ. 86. num. 28. vol. 2.

AMPLIATVR ſecũdo ẽt in ẽphyteuſi noua a pluribus eo modo
5 recepta, vt in ea locus iuris accreſcẽdi nõ ſit, licet diuiſio nõ fiat regionib⁹
& æqualiter, ſed tota emphyteuſis vni adiudicetur, & alteri bona allo-

dialia:nam,& ſi emphyteuta,cui obuenit, dicatur partem alterius conſeq ex nouo titulo acquiſitionis,& nō ex īueſtitura,& nō ſit dño reſpectu illius partis ad canonem perſonaliter obligatus, cum vnusquiſq; obligauerit ſe a principio ad canonem pro illa parte emphyteuſis,quam conduxit,& non pro parte ſocii recipientis cum eo,Bart. in l. fraudati. ff. de publican.Dec.conſ.58.num.1.in fine,nec iſto caſu poſſit dici alienatio neceſſaria,cum vnusquiſq; portionem ſuam non conſequatur: qua ratione nituntur, qui volunt diuiſionem inter ipſos emphyteutas irrequiſito domino fieri poſſe, vt docet Cephal.conſ.195.num.25.& ſeq.vol.2. & conſequenter videatur dicendum, quòd modo ſupradicto non poſſit fieri diuiſio irrequiſito domino inter iſtos emphyteutas, cum inter ipſos nō ſit locus iuri accreſcendi, vt tenuit Aret.in d.§.duo fratres,per id, quod decidit Bald.in l.voluntas.C.de fideicommiſſ.vbi vult,quòd feudum nouū conceſſum pluribus,nō poſſit inter illos diuidi ita, vt feudum remaneat vni,& bona allodialia alteri ſine conſēſu domini: quia feudum nouū pluribus conceſſum habet diuiſum principium, quem Aret. ſequitur Iaſ. & ſi eum non citet,in d.l.fi.queſt.6.nu.114.verſ.intellige tamen. C. de iure emphyt.Ruin.conſ.159.num.3.vol.1. Crot.in d.§.duo fratres, nu. 137.& ſeq.vt colligitur ex dictis per eum ibidem in verſ.preterea & tertio,Bero. conſ.124.num.11.& ſeq.vol.1.Cephal.conſ.195.nu.20.cum ſeq. & preſertim num.25.vol.2.vbi alios citat,ſubdens eo loci num.26.quòd,qñ nō fit ita diuiſio inter emphyteutas,quòd vnusquiſq; portionem ſuam conſequatur,ſed ita,quòd in totum emphyteuſis vni tradatur,dicitur mera alienatio,& permutatio volūtaria,in qua domini cōſenſus eſt neceſſarius, ne diuidentes iure ſuo priuētur,& ꝙ iſta eſt verior,& crebrior diſtinctio vt teſtatur ēt Burſat.conſ.181.nu.8.nihilominus iſtis non obſtantibus,ſupradictam ampliationem admittendam cenſeo: nam rationes concluſionis, ꝙ poſſint emphyteutę irrequiſito domino diuidere, plures ſunt, vna quia prohibitio non cenſetur facta inter ipſos, ſed tantùm cauſa extraneorum,arg.l.volūtas.C.de fideicommiſſ.& ita intelligitur etiam promiſſio de nō alienādo ipſorū emphyteutarū,Salic.in l.ea lege C.de cond. ob cām.licet hęc rō falſa ſit:qa ī d.l.volūtas.ꝓhibitio erat limitata ad familiā,& in q̄ſt.nr̄a eſt ſimplex:ideoq; intelligit̄ ēt inter ipſoſmet emphyteutas,& cōis eſt opinio cōtra Bart.nō poſſe inter ipſos fieri vēditio, qñ inter ēphyteutas nō ē locus iuri accreſcēdi,vt docet Alex.in l.ſi domus.§.ſi fundus.n.7.de leg.1.& tradit Hier.Gab.d.cōſ.84.n.1.vt diximus ſ̄ in prima declaratione ſextę limitationis principalis. Secunda eſt ratio, quia prohibet̄ alienatio rōne canonis,& pēſionis,ad q̄ extraneū acq̄rentē nō habet obligatū dominus directus.Ideo ſi fiat in ſociū, quem dominus directus obligatum habet,licite fit,cum domini non interſit:& hęc rō concludit,

fieri

fieri poſſe diuiſionem irrequiſito domino eo modo; vt quilibet partem
ex re, quæ diuiditur, conſequatur; quia quemlibet ad partem tantùm do
minus obligatum habet l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. Bart. in l.
fraudati. ff. de publican. Dec. conſ. 58. num. 1. in fine. Ideo cum ad canonē
diuidentes non ſint inſolidum domino obligati, nec in vim iuris accreſcē
di, non poteſt fieri inter ipſos alienatio domino irrequiſito, vt vnus partē
alterius, quam a domino non conduxit, nec pro ea ſe ad canonem obliga
uit, conſequatur, vt ſupra eſt dictum, & hæc ratio facit contra Bart. & hāc
noſtram ampliationem pro ſententia Iaſ. & aliorum, qui ſ fuerunt in cō-
trarium citati, vt diuiſio non poſſit fieri, ita vt vni tota res adiudicetur, ſed
tantùm, vt vni obueniat illa pars, pro qua ſe ad canonem obligauit. Ter-
tia ratio eſt, quia in diuiſione non poteſt habere locum arbitrium offerē
di conceſſum domino ex l. fin. C. de iur. emphyt. qua etiam ratione prohi
bita eſt emphyteutę alienatio irrequiſito domino, Bero. conſ. 123. nu. 4.
vol. 1. Id circo diuiſio fieri poteſt, ſicut permutatio, & donatio, dño irreq
ſito, nec cadunt a iure ſuo diuidentes, ſi nō requirat domini conſenſus, ſi
cut nec permutantes, nec donantes, Alex. d. l. ſi domus. de leg. 1. & nos di-
cemus ĩ limitatione decima ſecunda, & decima tertia: & hæc ratio cōclu
dit pronũciatum noſtrum, vt emphyteuſis a pluribus recepta eo modo,
vt in ea non ſit locus iuri accreſcendi, poſſit inter emphyteutas irrequiſi-
to dño ita diuidi, vt vni tota emphyteuſis obueniat in parte: quia ſi alteri
pro parte ſua detur altera res allodialis, & non pretium, dominus non po
teſt habere arbitrium offerendi, iuxta l. fin. C. de iure emphyt. vt eo loci
concedit etiam Iaſ. num. 114. verſ. ꝙ oſtendo: & ita in terminis tenet Ripa
in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 86. ff. de verb. oblig. & ibidem Ioan.
Crot. num 136. verſ. ſecundus caſus, necnon Hier. Gabriel. in d. conſ. 84.
ex crebriori, & veriori doct. ſententia num. 8. quia nec domini intereſt ra
tione dominii, nec ratione penſionis, nec reſpectu laudemii fieri diuiſio
nem, ob quas rationes prohibetur domino inconſulto alienatio: quia de
bet ſequi domini approbatio, antequam reſpectu partis habitæ in diui
7 ſione a coemphyteuta, alter, cui res emphyteutica obuenit; poſſeſſionē
accipiat: nam, ſi poſſeſſionem domino irrequiſito acciperet, iure ſuo
priuaretur, vt docet Cephal. d. conſ. 195. num. 28. vol. 2. Gabriel. d. conſ.
84. numero 11. & ſeq. ſicut contingit in donatione: quæ licet poſſit fie-
8 ri domino irrequiſito, non poteſt tamen donatarius, ſi non vult ab em
phyteuſi cadere: poſſeſſionem accipere, antequam donatio approbetur
a domino, Bero. conſilio 120. numero 5. volumine 1. cum aliis citatis
a Iul. Clar. in §. emphyteuſis, quęſt. 15. verſiculo arbitror tamen, li-
9 bro quarto ſent. recept. & ſic remanet uera ſupradicta ampliatio,
dummodo res altera pro emphyteuſi in diuiſione detur, & non pretium

tradatur: quia tunc dominus haberet offerendi arbitrium, Hier. Gabriel. d. conſ. 84. num. 8. Crot. in d. §. duo fratres. num. 136. verſ. primus caſus, & ibidem Ripa num. 86. Nec obſtant ſupra in contrarium adducta: nam ad doctrinam Baldi, in qua ſe fundat Aret. quòd feudum nouum pluribus conceſſum non poſſit inter illos diuidi, ita vt feudum remaneat vni, & alteri dentur bona allodialia ſine conſenſu domini, reſpondet Ripa loco ſupra citato, quòd iſto caſu non valet argum. de feud. ad emphyteuſim: quia emphyteuſis poteſt permutari cum extraneo inuito domino, quod non contingit in feudo ſm Spec. in tit. de feudo. §. quoniã ſuper, verſ. trigeſimo ſecundo quęritur, vtrum vaſalli. Ad rationes Ruin. in d. conſ. 159. n. 3. vol. 1. reſpondetur ex rationibus pro hac parte adductis: ad conſ. Ceph. 195. num. 26. qui teſtatur de communi; reſpondetur communem eſſe ꝓ hac noſtra ampliatione: de qua teſtatur Gabriel. d. conſ. 84. nu. 8. & quod Aufred. & Zuccard. & multi alii in locis per Cephal. citatis, non diſputãt, an per diuiſionem factam inter emphyteutas irrequiſito domino res cadat in commiſſum, ſi in ea non erat locus iuri accreſcendi, ſed concludũt, quòd ex ea diuiſione debeatur laudemium domino, quod eſt quid diuerſum a quæſtione noſtra, vt animaduertit Gabriel. d. conſ. 84.

LIMITATIO VIII.

1 *ALIUD eſt venditio, aliud promiſſio de vendendo.*

2 *EMPHYTEUTA propter promiſſionem de vendendo irrequiſito domino factam, a iure ſuo non cadit.*

3 *PRETIUM ſi in vim promiſſionis de vendendo fuit ſolutum promittenti, & res fuit ab eo tradita, promittens cadit a iure ſuo:*

4 *EMPHYTEUTA propter promiſſionem de vendendo iure ſuo priuatur, ſi ſtatuto eſt cautum, vt non poſſit facere huiuſmodi promiſſionem ſub pœna priuationis.*

1 LIMITATVR octauo in pacto, et ꝓmiſſione de vendẽdo: nã dicta ꝓmiſſio nõ cõtinet ſub ꝓhibitione alienationis facta à lege fi. C de iure emphyt. cũ aliud ſit vẽditio, & aliud ꝓmiſſio de vẽdendo l. in bonæ fidei. §. ſi tñ, & ibi Paul. de Caſt. & alii, ff. de eo, ꝙ certo loco. Alex. conſ. 121. nu. 5. vol. 4. & ita in terminis nr̃is tradit Iaſ. in d. l. fi. n. 134. C. de iure ẽphyt. vbi citat Caſtr. in d. §. ſi tñ qui tamen hoc non dicit in meo codice, ſed idẽ, quòd ex promiſſione de

ven

2 vendendo emphyteuta a iure ſuo non cadat, tradit Alex.in conſ.173. viſo themate, num.2.verſ.ſecundo reſpondeo, vol.2.Roland. a Valle conſ. 69.num.15.vol.3.Aret.cōſ.41.num.7.Ioan.Maria Riminald. in conſ. 340.num.19.vol.3.Tiraq.de rettact.conuent.ad finem tituli.num. 45.vbi nu. anteced.& ſeq.multa more ſuo cumulat, quæ hanc noſtram declaratio-
3 nem confirmare videntur: quę tamen videtur intelligenda, niſi pretium in vim dictæ promiſſionis de vendendo fuerit ſolutum promittenti, & res ab eo tradita: quia iſto caſu dicitur translatum dominium in eum, cui facta fuit promiſſio: nam quo ad translationem dominii ſufficit cauſa in ſpe, traditione ſequuta, Ioan.Baptiſta Ferrett.conſ. 154. num. 6. vol. 1.
4 ideo videtur, quòd emphyteuta cadat a iure ſuo, ſicuti etiam caderet, ſi ex municipali conſtitutione cautum eſſet, vt non poſſit facere promiſſionem de vendendo ſub pœna priuationis, arg.eorū, quæ, de feudo loquēs, tradit Marin.Frecc.de ſubfeud.Baron.lib.2.verſ.pluribus autem modis, num.35.cum pluribus ſequentibus.

LIMITATIO IX.

1 *EMPHYTEVTA vendens, poſt promiſſionem a domino factam de conſenſu alienationi præſtando, non cadit a iure ſuo, & quo caſu hoc procedat.*

1 NONO declaratur, quando emphyteuta vendidit poſt promiſſionem a domino factam de conſenſu alienationi præſtando: nam iſto caſu non poteſt dominus directus prętendere, ſe eſſe contemptum, cum de ejus conſenſu ſit facta vēditio, l.fin.C.de iure emphyt. nā parum refert, an conſenſerit, vel promiſerit cōſentire: ſemper.n.militat ratio d.l. fin. cum nō videatur eſſe contemptus dominus, vt docet Andr.Alciat.in conſ.16.ſuprascripti domini.nu.6.qui etiam putat, quòd ꝓmiſſio domini de recognoſcēdo emptorē in emphyteutā, habeat vim purę recognitionis cā vitandi circuitus inutiles, vt in ſimili dicit Ioan.Andr.in add.ad Spe.in rubr.de oblig.quē ſm̄, ꝙ ipſe Alciat.dicit, refert Alex. & Iaſ.in l.cū fundus.§.ſeruū tuū imprudēs.ff.ſi cert.petat. Sed aduertendū eſt, ꝙ, ſi emphyteuta in vim promiſſionis ſibi factæ a dn̄o de ꝓſtando cōſēſu alienationi, vēdidit, & nō tradidit, vera eſt ſupradicta Alciati declaratio, ét ex eo, ꝙ emphyteuta vēdens irrequiſito dn̄o, & nō tradēs ſm̄ cōem nō cadit a iure ſuo, vt dicemus ī hac eadem cā priuat. limitatione trige-

ſima octaua, ſed, ſi vendidit, & tradidit, non videtur vera: quia ſi per licentiam alienandi conceſſam emphyteutæ non cenſetur data ei facultas, vt poſſit emptorem propria auctoritate in poſſeſſionem inducere, & cõſequenter tradere, vt admonent Imol. in c. potuit, num. 64. & Bero. num. 23. De locato, & nos diximus ſ in ſecunda ampliatione huius cauſę priuationis, num. 8. & 2. limitatione, non poteſt dici etiam conceſſa per ꝓmiſſionem de conſenſu pręſtando alienationi, arg. auth. multo magis. C. de ſacr. eccl. ſed fortaſſe poſſet procedere declaratio in mero caſu Alciati, in quo dominus promiſit recognoſcere emptores in emphyteutas, & eos approbare: quæ promiſſio reſpicit effectum ſecundæ denunciationis faciendæ ab emphyteuta in actu alienationis: cogita.

LIMITATIO X.

1 *EMPHYTEVTA, rem in publicum venalem exponens, & ſubhaſtans, ſed non alienans, non cadit a iure ſuo.*

1 LIMITATVR decimo, vt non procedat diſpoſitio L. fin. C. de iure emphyt. in emphyteuta, qui in publicũ venale expoſuit, & ſubhaſtauit, ſed nõ alienauit Iaſ. ibidem nu. 26. in 5. notabili. Bero. conſ. 171. nu. 16. vol. 1. nam, cũ teneatur emphyteuta dño denũciare pretiũ, ꝙ ab aliis offertur, vt notat in illo tex. & in c. potuit, de loc. ſi non poſſet in publicum venalẽ proponere emphyteuſim, & ſubhaſtare, nec poſſet ẽt domino denunciare, & requirere eum, an velit pro eodem pretio emere, vt ipſi tradunt.

LIMITATIO XI.

1 *DISPOSITIO l. fin. C. de iure emphyt. non habet locum in domino alienante directum dominium, niſi adſit pactum, vel conſuetudo in contrarium, num. 3.*

2 *IN re ſua vnusquiſq; eſt moderator, & arbiter.*

1 LIMITATVR vndecimo, vt non habeat locũ diſpoſitio d. l. fi. C. de iure emphyt. in dño alienante directũ dominiũ: quia nulli bi cauetur, vt dominus volens alienare ius ſuum directum, teneatur

neatur emphyteutam reqrere. Vnde ſtatur regulæ, vt poſſit, cuicunq; voluerit, vendere. l. dudum. C. de contrah. empt. cum vnusquiſq; in re ſua ſit
2 moderator, & arbiter, l. in re mandata. C. mandati, vt in ſpecie tradun Spec. in §. nunc aliqua. quæſt. 93. num. 116. tit. de loc. & ibidem Ioan. Andr. in addit. ad eum, Iaſ. in d. l. fin. num. 17. C. de iure emphyt. & eodem loco Salic. num 12. & Bald. num. 12. Imol. in d. c. potuit. num. 9. de locato. & ibidem Anton. de Butrio num. 12. Boer. deciſ. 107. num 1. vbi allegat Angel. in l. congruit. C. de loc. præd. ciuit. lib. 11. & alios idẽ tenentes, & hoc contingit propter ſuperioritatem, q̃ dominus habet erga emphyteutã, propter q̃ non ſeruatur æqualitas, quæ aliàs ſolet ſeruari, & permittitur, vt claudicet contractus, qui videtur in fauorem vtriuſq; celebratus, vt teneatur emphyteuta dominum requirere: quia hoc eſt expreſſum in iure, non autem dominus e conuerſo teneatur emphyteutam requirere, quando vult alienare, niſi adſit pactum, vel conſuetudo in contrarium, vt cõ-
3 cludunt ſupracitati doct. Dominus autem, ſimpliciter vendendo, quid dicatur vendere, vide apud Speculat. loco ſupra citato.

LIMITATIO XII.

1 *EMPHYTEVTA põt ſine cõſenſu dñi ẽphyteuſim pmutar̃, ẽt cũ extraneo.*
2 *RATIO, quare ẽphyteuta poſſit ẽphyteuſim dño irreqſito pmutare.*
3 *EMPHYTEVTA donans nõ tenet̃ requirere cõſenſũ dñi.*
4 *PERMVTATIO vicina eſt ẽptioni, et eſt quaſi ſpecies vẽditionis.*
5 *EMPHYTEVTA põt emphyteusim irrequisito dño pmutare; ẽt si vna cũ re, quæ dat̃ in permutatione, ſoluatur pecunia, quæ nõ prapõderet ſpeciei.*
6 *EMPHYTEVTA an poſſit irrequisito domino permutare, etiam, si pecunia excedat quantitatem ſpeciei, quæ pro emphyteusi datur.*
7 *QVI accipit emphyteusim ex permutatione irrequisito domino, tenetur anteq̃ poſſeſſionem ingrediat̃, a dño inueſtiturã accipere: aliàs a iure ſuo cadit.*
8 *EMPHYTEVTA non poteſt emphyteusim irrequisito domino permutare, quando res, quæ permutatur, æſtimata datur.*
9 *EMPHYTEVTA, qui rem vendere intendebat, ſi in fraudem domini in contractu ipſo aſſeruit ſe permutare, cadit a iure ſuo.*
10 *EMPHYTEVTA permutans emphyteusim vti rem propriam, cadit a iure ſuo.*

1 LIMITATVR duodecimo in permutatione, q̃a emphyteuta nedũ põt rem emphyteuticã ſine conſenſu dñi permutare cũ eo, q eadẽ inueſtitura vocatus ſit, qñm inter ẽphyteutas eadẽ inueſtitura cõprehẽſos pmiſſa eſt omnis alienatio quocũq; tit. irrequiſito domino, vt dictum eſt ſupra in ſexta limitatione: ſed etiam

poteſt tit. permutationis illam transferre in extraneum : militat enim eadem ratio in permutatione, quæ viget in donatione, quæ poteſt fieri ſine domini conſenſu ſecundum communem opinionem, vt dicam in ſequēti limitatione : quia in ea dominus arbitrium offerendi non habet. Ideo
2 in permutatione idem ius ſtatuendum eſt, l. illud. ff. ad l. Aquil. c. translato, extr. de conſtit. nam forte permutat emphyteuta propter affectionē, q̃ habet ad rem, q̃ ex permutatione conſequi intendit, propter vicinitatē, vel commoditatem aliàs non contracturus, ſi non poſſet illam rem aſſequi, etiam ſi rem pretioſiorem habere poſſet, ſicuti etiam non tenetur donans requirere conſenſum domini : quia mouetur ad donandū ob amo-
3 rem erga eum, cui donatio fit, ita in terminis noſtris tradit Iaſ. in d. l. fin. num. 101. C. de iure emphyt. poſt Ioan. de Ar. & Bald. in l. ſi domus. §. fi. de leg. 1. Ripa in l. 2. in princ. num. 38. ff. ſi cert. petatur, & l. qui Romæ. §. duo fratres, num. 86. de verb. oblig. Imol. in c. potuit. num. 16. de locato. Capel. Tholoſ. deciſ. 27. allegans Petr. Iacob. in libellis ſuis, de act. in rem emphyt. circa finem, eādem ſententiam tenentem : quam amplectitur Tiraq. de retract. conſag. §. 30. gl. 1. num. 34. Guid. Papa deciſ. 92. Hier. Gabriel. conſ. 84. num. 3. Iul. Clar. in §. emphyteuſis, quęſt. 17. vbi hanc communem dicit, vt ante ipſum teſtatur etiam Bero. conſ. 124. num. 14. vol. 1. & poſt ipſum Gul. Reod. in tract. de reb. eccl. non alienād. de caducitate ob rei alienationem, verſ. emphyteuta quoq;, num. 29. pag. 519. ex teſtimonio Ripæ, in d. l. 2. num. 38. ff. ſi cert. pet. quam opinionem videtur etiam tenuiſſe Ruin. conſ. 57. num. 2. vol. 5. ex quo vltimo loco eam refert, & expreſſe Menoch. conſ. 287. num. 50. & 51. vol. 3. vbi & alios in hanc ſententiam citat, licet Angel. in l. cum ii, §. ſi cui non. ff. de tranſact. ſenſerit, vt emphyteuta permutando ſine domini conſenſu pœnam priuationis incurrat p doctr. Spec. in §. nunc aliqua, quæſt. 121. num. 147. de locato. vbi concludit in permutatione emphyteuſis eſſe neceſſarium domini conſenſum, niſi talem rem percipiat in permutatione, quam nullo modo poſſet habere a domino; quia permutatio vicina eſt emptioni. l. fin. ex quibus cauſ.
4 in poſſeſ. imo eſt ſpecies venditionis. l. ſciendum. §. deinde. ff. de redhibit. act. vt tenuit etiam Abbas Panormit. in conſ. 74. num. 4. vol. 1. Anton. Gomez. variarum reſol. tom. 2. de contractibus, cap. 14. verſ. quinto extende. ſed hæc ratio parum vrget; quia etiam diuiſio eſt venditionis ſpecies, l. 1. vbi Bald. num. 4. C. de tranſact. l. 1. C. commun. vtriuſq; iudicij. Bero. conſ. 124. num. 11. vol. 1. & tamen diuiſio, quia in ea dominus arbitrium offerēdi non habet, poteſt ſine domini conſenſu fieri, etiam ſi res obueniat ei, qui non erat ex iure accreſcendi vocatus, vt dictum eſt ſ ſm communem, in ſecunda ampliatione ſextę limitationis. Ex qua ratione reſpondetur ēt ad l. ſtatuliber a cęteris. §. Quintus. ff. de ſtatulib. quæ dicit emptionis nomine

mine omnem alienationem complecti; quam citat Bald. pro opinione Specul. vt eum refert Iaſ. loco ſupra citato.

5 AMPLIATVR ſupradicta limitatio, etiam ſi vna cum re, quæ datur in permutatione, ſoluatur pecunia, quæ non præponderet ſpeciei, quæ traditur: nam propter pecuniam illam contractus non deſinit eſſe permutatio, c. permutatio, & c. ad quæſtiones. de rerum permut. Bart. num. 2. Caſtr. num. 5. & alii in l. Ariſto. ff. de donat. Alciat. in d. l. 2. in verbo,
6 Aliud genus. ff. ſi cert. pet. & ibidem Ripa. num. 37. qui exiſtimauit, etiam ſi pecunia excedat quantitatem ſpeciei, quæ pro emphyteuſi datur, quo ad ius caduci dici permutationem, ſi partes in inſtrumento contractus ſe permutare dixerint: quia verbo Permutationis vti potuerunt ſine fraude, ſi contrahentes principaliter permutare intendebant, licet pecunia ſpeciem ſuperaret: quod videtur etiam ſentire Bart. in l. 1. de rerum permut. & ſi Alciat. loco ſupra citato ſenſerit ſemper dici permutationem, cũ pecunia ſpeciem ſuperat, cum igitur de præiuditio alterius ſcilicet iure laudemiorum, aut caduci, aut aliorum id genus, vt eum refert Tiraq. de retract. conſag. d. §. 30. gl. 1. num. 12. quæ opiniones videntur poſſe concordari ſecundum diſtinctionem Pauli de Caſtr. in d. l. Ariſto. in princ. num. 6. vt ſi pecunia addita non excedat valorem rei, vel in modico, procedat doctr. Bart. in l. 1. de rerum permut. & Ripæ: ſi verò pecunia multum excedat, tunc indiſtinctè ſit venditio, etiam ſi actum ſit, vt ſit permutatio, & conſequenter, vt emphyteuta hoc modo permutans irrequiſito domino a iure ſuo cadat, vt in terminis declarat Caſtr. loco proxime citato.

7 DECLARATVR primo ſupradicta limitatio, dummodo ille, qui emphyteuſim ex permutatione acquirit irrequiſito domino, faciat ſe a domino confirmare, & inueſtituram accipiat, antequam poſſeſſionem ingrediatur: nam aliàs a iure ſuo cadit, vt tradit Iaſ. in d. l. fin. num. 101. de iure emphyt. in fine illius numeri, Gabriel. conſ. 84. Tiraq. de retract. conſaguin. d. §. 30. gl. 1. num. 12. Bero. conſ. 124. num. 14. vol. 1. vt dixi ſ. in ſecunda ampliatione ſeptimæ limitationis, & dicam in ſequenti principali limitatione.

8 DECLARATVR ſecundo, eam non habere locum, quando res, quæ permutatur, æſtimata datur: nam, cum æſtimatio regulariter faciat emptionem l. quoties. C. de iure dot. gl. communiter approbata in l. inter virum. C. eod. Alex. conſ. 79. num. 2. vol. 5. cum aliis, quos ſ. recenſui in trigeſima ſecunda ampliatione huius cauſæ priuationis, & iſto caſu dicatur venditio: res in commiſſum cadit, vt conſultus reſpondit Dec. conſ. 160. col. 1. vol. 1.

9 DECLARATVR tertio, niſi talis permutatio fieret fraudolenter, quia in effectu emphyteuta rem vendere intendebat, ſed in contractu

ipſo

ipſo aſſeruit ſe permutare, vt dominum iure ſuo prælationis priuaret, Baldus in d.l.ſi domus. §.1.de leg.primo, communiter receptus teſte Ripa in d.l.2.num.38.ff.ſi cert. petatur, & Iul.Clar.in §.emphyteuſis, quęſt.17.li. 4.ſent.recept.non enim permittitur fraus de contractu, ad contractum, l.ſi ſponſus.§.circa.ff.de donat.inter vir.& vxor.Bald. in l. non dubium, C.de legib.vt in ſimili in emphyteuta, qui ſimulauit donationem loco venditionis, conſuluit Alex. in conſ. antepenult.viſis narratis, n.2.vol.3.

10 DECLARATVR quarto, niſi permutatio eſſet facta tanquam de re propria: quia tunc ob permutationem talem res cadit in commiſſum Ioan.Maria Riminald.in conſ.429.num.2.& 3.vol.3. & dicam infra in ſecunda declaratione ſequentis limitationis.

LIMITATIO XIII.

1 EMPHYTEVTA *donans emphyteuſim irrequiſito domino pœnam caducitatis non incurrit, etiam si emphyteuſis ſit eccleſiaſtica, ſecundum veriorem, & magis communem ſententiam, & an illa veniat in generali donatione.*

2 RATIONES, *quare emphyteuta poſſit irrequiſito domino emphyteuſim donare.*

3 EMPHYTEVTA, *volens emphyteuſim alienare, tenetur domino denunciare, & hæc denunciatio debet ab eo dupliciter fieri.*

4 EMPHYTEVTA *poteſt emphyteuſim irrequiſito domino donare, etiam, si promiſerit rem irrequiſito domino non alienare.*

5 DONATARIVS, *antequam capiat poſſeſſionem emphyteuſis sibi irrequiſito domino donatæ, tenetur inueſtiturã accipere: aliàs a iure ſuo cadit.*

6 EMPHYTEVTA *donans rem vti allodialem, cadit a iure ſuo.*

7 EMPHYTEVTA, *qui effectualiter intendebat vendere, ſed in fraudem domini, ne ipſe poſſit vti iure prælationis, concepit contractũ in formam donationis; ab emphyteuſi cadit.*

8 DONATIO *an reſoluatur, ſi emphyteuta donans decedat, antequam donatarius inueſtituram accipiat.*

9 DONATIO *facta notario ſtipulanti pro* Titio, *ſi a* Titio *ante mortem donatoris ratificata non ſit, non poteſt amplius ratificari ad præiuditium hæredum donatoris.*

1 LIMITATVR decimo tertio in donatione,
emphyteuta enim poteſt ius ſuum ſine domi
ni conſenſu alteri donare, & priuationem iu
ris non incurrit, vt tenuit gl. in verbo Aliis vē
derę d.l.fi.C.de iure emphyt.quę eſt commu-
niter recepta, vt teſtatur Aret.conſ. 41. num.
1.poſt Imol. quem ipſe refert in l. ſi domus. §.
fin.verſ.extr.gl.de leg.1.quam etiam eſſe com-
muniter approbatam, dicunt Ruin.conſ. 161.
num.22.vol.4.Imol.in l.vſufructu. num.7.ff.ſol.matrim.Bero.conſ. 128.
num.1.vol.1.Natt.conſ.516.num.2.Corn.conſ.166.num.29. vol. 2. Grat.
conſ.79.num.18.vol. 1.Imol.in c.potuit.de locato.num 11. poſt Florian.
quem ipſe ibidem refert.Iaſ.in d.l.fin.num.71.circa finem.C. de iure em-
phyt.Cępol.conſ.8.num. 10.in volumine conſiliorum cauſarum ciuiliū.
Guald.de arte teſtandi, tit.ſexto, de legatis, caut.46.num. 1.Caſtr.num. 4.
Alex.num.5.& Bald.in d.l.ſi domus.§.fin.de leg.1.Natta conſ. 114.ſub n.
15.Bertrand.conſ.98.num.1.vol. 3.Alex.in l. ſi patroni, paulo ante num.
16.ff.ad Trebell.Grat.conſ.87.num.7.lib.1.Ruin.conſ.143.num.10.vol,1.
Iul.Clar.in §.emphyteuſis, quæſt. 15.lib.4.ſent.recept.poſt Iacob.in tract.
de Roydis, num.24.& Cardin.Florent.in d.c.potuit, & multos alios, quos
ipſe Clarus recenſet, & ſequitur Gul.Reod.in tract.de reb.eccl. non alie-
nandis, de caducitate ob rei alienationem, verſ.Emphyteuta quoq; num.
24.pag.518.quæ opinio nedum in emphyteuſi priuati locum habet, in
qua omnes ſupracitati doct.affirmant, hanc eſſe magis communem opi-
nionem: ſed etiam in emphyteuta Principis, vt tenent omnes doct. tàm
legiſtæ, quàm canoniſtę, vt affirmat Cępol.d.conſ.8.num. 10. nec non
etiam in emphyteuſi eccleſiæ ſibi locum vendicat, vt contra Bart. tenet
Bald.in d.l.ſi domus.§.fin.de leg.1.communiter receptus, teſte ibidē Iaſ.
nu.34.Alex.nu.5.& Caſtr.n.4.vt teſtantur ēt Soc.iun.conſ.124.n.70. lib.
1.Iaſ.in d.l.fi.nu.71.ad finē.C.de iure emphyt.Alex.cōſ.189.nu.13.vol.2.
Curt.iun.cōſ.130.n.8.Alex.cōſ.17.n.10.vol.5.Iul.Clar.in d.§. ēphyteuſis,
q̄ſt.15. Gul.Reod.qui alios eandē hanc ſententiā communē atteſtantes ci
tat, in d.tract.de reb.eccl.non alien.d.num.24.pag.518.Alciat.in l.in con
uētionibus, prope finem, de verb.ſignificat.& hæc eſt verior, & crebrior
doct.ſententia, vt dicunt etiam addentes ad d.conſ.Alex.17.in verbo Do
nare.vol.2.quicquid Alex.inſeruiendo cauſæ dixerit in conſ. 9. num. 10.
vol.

vol.eod.& ſcripſerit Bart.in d.l.ſi domus.§.fin.de leg.1.& Angel.in d.l.fin. C.de iure emphyt.& nonnulli alii: quam ſententiam, vt emphyteuta poſſit ius ſuum donare irrequiſito domino tenuit etiam Specul.in §.nunc aliqua.queſt.107.num.131.& ibidem Ioan.Andr.in addit.ad ipſum Salic. in d.l.fin.num.4.& ſeq.C.de iure emphyt.Abb.in d.c.potuit,num.8.de lo
2 cato.ideo in generali donatione veniunt etiam bona emphyteutica, vt tenuerunt DD.de Rota in vna Romana domorum,& vineę, ſub die 12. Iunii, 1573. coram D. Robuſterio in manuſcriptis, per tradita a Corn.in conſ.321.in fine.lib.4.& Curt.Iun.in conſ.26.num.8.& in conſ.109.num. 3.cum ſeq.Aim.conſ.256.num.7.& conſ.294.col.4.verſ.ſed magis in terminis,& conſ.303.num.4.ſupradictæ autem opinionis, quòd poſſit emphyteuta irrequiſito domino donare, plures ſunt rationes, vt videre eſt apud Iaſ.in d.l.fin.num.54.vſq; ad 75.vbi latiſſime diſputat quæſtionem ad partes,& ad contraria reſpondet:ſed hæ ſunt potiſſimé, quia in venditione habetur reſpectus ſolum ad pretium. Ideo cum non interſit emphyteutę, a quo pretium conſequatur, conueniens eſt, vt primo requirat dominum, ſi ipſe vult emere: quę ratio ceſſat in donatione, quę plerũque fit propter benemerita,& amorem erga illum, cui donatur: quę benemerita, & amorem non contingit ſemper vniformiter ſe habere ad dominum, & alium, cum poſſit emphyteuta donans plus diligere donatarium, & poſſit eſſe, vt ei plus debeat. Item quia ſi in donatione exigeretur requiſitio domini, vtrum vellet ſibi donari, nunquam eſſet locus deliberationi, quando donatio eſſet pura, vel ſimplex, vel ſaltem haberet plus emolumenti, quàm oneris: quia veriſimiliter dominus diceret velle pro ſe,& ſemper emphyteuta donans fruſtraretur intẽtione ſua, quando vellet donare alteri: quę omnia ſunt contra mentem. tex. in d. l.
fin.de iure emphyt. Altera ratio eſt, quia in cõtractu venditionis duplex
3 requiritur denunciatio, vna eſt antequam contractus fiat, per quam non requiritur conſenſus domini, ſed ſolum denunciatur domino, an ipſe velit emere,& hęc non requiritur in donatione, ſicuti etiam non requirit in permutatione, & diuiſione, licet permutare, & diuidere ſit alienare, vt ſupra dictum eſt in ſeptima, & duodecima limitatione: quia in donatione dominus non habet arbitrium offerendi ex rationibus ſupra adductis. Secunda denunciatio debet fieri domino poſt venditionẽ factam in adeptione ſcilicet poſſeſſionis rei venditæ, & translatione dominii rei vẽditæ, & iſta denunciatio fit domino, vt per ſe, vel per epiſtolam inducat nouum emphyteutam in poſſeſſionem rei emptę,& hęc ſecunda requiſitio requiritur, vt nouus emphyteuta obliget ſe domino ad ſoluendum canonem,& recognoſcat eum pro domino: ne, ſi velit agere aduerſus eum rei vendicatione, habeat neceſſe probare dominium, & etiam vt

ipſe

ipſe dominus laudemium conſequatur, vt declarat Aret.in d.conſ.41.nu.
4.& ſeq.Bero.conſ.123.num.4.vol.1.ex mente doct.communiter ſcribē-
tium:Hier.Gabriel.conſ.84.num.9.& hęc vltima ratio ſimiliter non de-
ſtruit hanc noſtram concluſionem : quia, licet emphyteuta poſſit irre-
quiſito domino donare, quia dominus non habet arbitrium offerendi:
non poteſt tamen poſtea donatarium in poſſeſſionem inducere, niſi pe-
tat a domino confirmationem, & faciat donatarium inueſtire, vt dice-
mus infra in prima declaratione huius limitationis. Vnde, cum emphy-
teuta donans non teneatur primam denunciationem facere, nec poſſit
ſecundam denunciationem, quæ in omni alienatione requiritur, omit
4 tere, ſequitur, vt vera ſit communis opinio contra Bartolum. Quæ am-
pliatur, vt habeat locum, etiam ſi in inueſtitura emphyteuſim acquirēs
promiſerit rem irrequiſito domino non alienare, vt late docet, Grat. per
multas rationes in conſ.87.num.8.cum pluribus ſequentibus, vol.1.Be-
ro.conſ.128.num.9.& ſeq.præſertim ſi pacto de non donando irrequiſi-
to domino non ſit adiecta pœna, vt ibidem num.12.vol.1.Salic.in l.ea le-
ge, num.17.C.de condit.ob cauſam.Capr.conſ.82.num.1.Bero.conſ.86.
num.28.vol.2.quicquid ſenſerit Ruin.in conſ.161.num.23.vol.4.ex eo, ꝙ
quoties prohibetur res a lege alienari, ſi interuenit etiam ꝓhibitio homi-
nis, propter duplicem prohibitionem non valet alienatio, etiam in caſi-
bus a iure ꝑmiſſis, ad tradita per Imol.Raphael.& Alex.in l.filiusfamilias
§.diui.col.1.de leg.1.pro quo dicit facere quaſi in terminis, quod notabi-
liter voluit Bald.in c.1.§.præterea.de capit.Corrad.vbi inquit, quòd, licet
feudatarius poſſit alteri infeudare ſine licentia domini, quæ regulariter
neceſſaria eſt in alienatione, ſi tamen prohibita eſt alienatio rei feudalis
ab initio per dominum, non poterit virtute dictæ prohibitionis infeu-
dare; nam ex dictis per Grat.in d.conſ.87.patet reſponſio.

DECLARATVR primo ſupradicta limitatio, vt ſit vera, dummo
5 do is, cui emphyteuta irrequiſito domino donauit antequam ingredia-
tur poſſeſſionem, faciat ſe a domino confirmare, & inueſtire: nam, li-
cet non requiratur domini conſenſus in donatione ad eius validitatem:
requiritur tamen ad effectum, vt donatarius approbetur, & licite poſ-
ſeſſionem capiat: aliàs a iure ſuo cadit, Alex.& alii in d.l.ſi domus.§.fin.
n.6.de leg.1.idem Alex.conſ.189.n.13.vol.2.Aret.conſ.41.n.6.Ruin.cōſ.
161.n.22.vol.4.& conſ.143.n.10, vol.1.vbi hoc dicit eſſe verū, ēt ſi emphy
teuſis ſit donata eccleſiæ, Bero.conſ.120.num.5.& conſ.128.num.7.vol.
1.vbi etiam ponit, quomodo iſto caſu dominus debeat requiri, Salic.in
d.l.fin.num.5.in fine.C.de iure emphyt.& ibidem Iaſ.ſub nu.63.& Bald.
num.6.Imol.in d.c.potuit.ſub nu.11.verſ.ſed aduerte.de locato.Afflict.
c.1.§.ſi feudum.ſi de feud.fuer.contr.inter domin.& agnat.Curt.Iun

conſ.

conſ.130.circa finem.Iul.Clar.d.§.emphyteuſis,quæſt.15.verſ.arbitror tamen, qui ex teſtimonio Bertrandi conſ.61.num.11.lib.2.atteſtatur,hanc eſſe communem opinionem, ſecundum quam aliàs iudicatum fuit in
6 parlamento delphinali, vt refert Guid.Papa deciſ.46.

DECLARATVR ſecundo, dummodo emphyteuta donet rem, vti emphyteuticam: nam, ſi donaret rem vti allodialem, propter talem donationem caderet a iure ſuo, Alex.conſ.187.num.12.lib.2.Iaſ.in d.l.fi. ſub num.72.verſ.tertio modo.C.de iure emphyt.Aim.conſ.112.num.11. Guliel.Reodan.in tract.de reb.eccl.non alienand.de caducitate ob rei alienationem, verſ.Emphyteuta quoq; num.26.pag.519.ad notata per me ſupra in quadrageſima ſecũda ampliatione huius cauſæ priuationis, verſ. Supradicta tamen communis opinio: vbi etiam dixi, an in dubio præſu-
7 matur rem vti allodialem alienaſſe: vide ibidem.

DECLARATVR tertio, niſi ſubeſſet fraus: quia emphyteuta effectualiter venderet: ſed, ne poſſet dominus vti iure prælationis, concepit contractum in formam donationis in fraudem ipſius domini,ita Iul. Clar.in d.§.emphyteuſis.quæſt.15.verſ.arbitror tamen. Pro qua re nihil allegat:ſed eſt declaratio Alex.in conſ.antepenult.viſis narratis,nu.2.vol. 3.& probatur ex his, quæ ſupra dixi in tertia declaratione duodecimę limitationis.Et licet Clarus loco ſ citato dicat,ꝙ requiritur,vt donatio nõ fiat in perſonã,in q̃ de iure communi,vel ex conuentione ipſa res emphyteutica prohibita ſit alienari:hoc tñ non reſpicit quæſtionẽ nr̃am:ſed, an dominus,ꝗ non põt donatario confirmationẽ,& inueſtituram denegare ſm̃ omnes,vt dicit Iaſ.in d.l.fin.nu.68.de iure emphyt.teneatur eum cõfirmare,ſi ſit de his perſonis,in quas prohibita eſt alienatio, vt ibidem ꝑ Iaſ.& reſpicit etiam quęſtionem,an,ſi emphyteuta donans decedat, ante quam donatarius inueſtituram recipiat a domino, donatio reſoluatur, vt eam reſolui tradit Curt.Iun.in d.conſ.130.num.8.cuius tamen dictum conſidera,an procedat, quando donatio fuit facta perſonæ non prohibitæ,& antequam confirmatio fieret a domino,emphyteuta donans deceſſit,vt ſuperioribus diebus in Ciuitate Arimini euenit: nam tunc videtur dicendum donationem factam non euaneſcere, cum dominus non poſſit inueſtituram donatario denegare,vt eſt dictum,& donatio iam fuerit perfecta.In contrarium tamen facit, quia donatio ſine conſenſu domini non eſt adeo perfecta, vt non requiratur amplius alterius conſenſus ſcilicet domini, ad effectum, vt donatarius poſſit abſque incurſu pœnæ poſſeſſionem capere,& dominium vtile acquirere, vt ſupra eſt dictũ. Vnde poſt mortẽ donatoris vr̃,ꝙ nõ poſſit amplius interuenire,ſi ẽphyteuſis ad aliũ deuoluitur ex tenore inueſtituræ: quia ſtatim mortuo
8 emphyteuta donatore,ius ꝑ eius mortem alteri acquiritur.Vnde conſenſus

ſus domini ad confirmandam donationem ad pręiuditium alterius vo-
cati interuenire non poteſt, vt probatur ex his, quę tradit Afflict. in con
ſtit. Regn. in conſtitutione Memorię, num. 79. ſecundum quod eum refert
Roland. a Valle in conſ. 63. num. 52. vol. 4. vbi ait, quòd, ſi Titius aliena-
uit feudum, & ante Regium aſſenſum mortuus eſt ſuperſtite filio, cui ſta-
tim poſt mortem patris apertum eſt, non obſtante alienatione, quæ nul
la fuit ſine Regio aſſenſu, quam ſtatim reuocauit ex ui conſtitutionis Re
gni, ſi poſtea imperretur Regis aſſenſus, ille non præiudicat filio, & hæ-
redi; quia ratihabitio Regis, vel eius aſſenſus non poteſt tertio præiudi-
care, Bar. in l. inſtar, ad finem. C. de iure fiſci. lib. 10. idem Afflict. deciſ. 286.
num. 3. nam eo tempore dominus donationem confirmat, quo res eſt
aliena, & non emphyteutæ donatoris. Vnde eius confirmatio nihil va-
let: quia reperit rem non eſſe integram: ſed reuocatam legis permiſſio-
ne ex tenore inueſtituræ, ad nor. per Afflict. deciſ. 335. & per Roland. d.
conſ. 63. num. 52. quæ videntur in terminis quæſtionem hanc decidere. Si
cut in ſimili videmus in contractu donationis, quæ, ſi facta ſit notario
ſtipulanti pro Titio abſente, qui Titius ante mortem donatoris eam nõ
ratificauit, non poteſt eam amplius ratificare ad pręiuditium hęredis do
9 natoris, cui iam reperitur ius quæſitum per mortem donantis, cum in eũ
ſit translatum dominium bonorum, vt concludit Caſtr. in conſ. 195. nu.
2. vol. 2. & hæc deciſio præſertim debet eſſe vera in emphyteuſi non hære
ditaria, ſed ex pacto: quia in ea ceſſat ratio, vt hæres, qui repręſentat per-
ſonam defuncti, nõ poſſit facto donatoris contrauenire: per quam ratio
nem nonnulli impugnant dictũ Caſtr. vt eſt Iul. Clar. in §. donatio, quęſt
13. verſ. Tertius eſt caſus, lib. 4. ſent. recept.

LIMITATIO XIIII.

EMPHYTEVTA, alienando ſine conſenſu domini in vltima
1 *voluntate tit. inſtitutionis, vel iure legati, non cadit a iure ſuo.*
LEGATVM eſt donatio in teſtamento relicta.
2 *QVAEDAM cum vniuerſitate tranſeunt, quæ per ſe non*
3 *tranſirent.*
4 *VASALLVS, teſtans de feudo ſine conſenſu domini, feudum non*
perdit, licet perderet, ſi inter viuos illud alienaret, & quæ ſit ratio.

1 LIMITATVR decimo quarto, quando em-
phyteuta alienauit in vltima voluntate tit.inſti-
tutionis vel iure legati:nam per hanc alienatio
nem ab emphyteuſi non cadit,Spec.in §.nunc
aliqua.quęſt.112.num.138.tit.de loc.Salic.nu.
11.Bald.num.11.Alberic.col.2.Iaſ.num.75.&
ſeq.verſ.ſucceſſiue iuxta prædicta,in d.l. fin. de
iure emphyt.&ibidẽ cõmuniter doct. vt teſta
tur Alciat.conſ.258.num.4.Bald.communiter
receptus contra Bart.in l.ſi domus.§.fi.de leg.1.vt eo loci teſtantur Paul.
de Caſtr.num.4.Alex.num.6.&Iaſ.num.34.quam opinionem amplecti-
tur Abb.in conſ.75.duo principalia,ſub num.3.verſ. quid ergo dicendũ,
vol.1.Aret.conſ.35.ſub num.2.Narta conſ.117.num.4.Alex.conſ.120.nu.
5.vbi & hanc communem opinionem eſſe affirmat,vol.1.vt etiam teſta-
tur Guliel. Reod.in tract. de reb. eccl. non alienand.de caducitate ob rei
alienationem,verſ.Emphyteuta quoq; num.24.&ante ipſum Iul.Clar.in
§.emphyteuſis,quęſt.15.lib.4.ſent.recept.Imol.num.18.& ſeq.& commu
2 niter alii in d.c.potuit.de locato:quia legatum eſt donatio in teſtamento
relicta,l.legatum,de leg.2.& fit propter meritum l.nec adiecit.ff. pro ſoc.
Ideo non requiritur conſenſus domini,ſicut non requiritur in donatio-
ne,vt ſupra eſt dictum,&in ea poteſt etiam hęres extraneus inſtitui: quia
hæredem inſtituendo,vel legando non dicitur alienare, pro vt eſt expreſ
ſum,quantum ad edictum.ff.de alien.mutand. iudic. cauſa facta.l. ex hoc
edicto.§.alienatio,nam & aliàs quædam cum vniuerſitate tranſeunt,quæ
3 per ſe non tranſirent,vt inquit Spec.in d.§.nunc aliqua,quęſt.113. num.
139.per tex.in c.ex litteris, de iure patronat.& quamuis emphyteuta hæ-
redem inſtituendo videatur alienare l.peto.§.fratre.de leg.3.l.ſi ita quis.§
ea lege.ff.de verb.oblig.nihilominus,cum fiat inſtitutio ob benemerita,
& iſto caſu dominus non habeat arbitrium offerendi, concludendum
eſt,vt poſſit emphyteuta abſq; domini conſenſu de ea in vltima volunta-
te diſponere, & vt ea, quæ dicta ſunt ſupra de donatione,habeãt locum
in legato,& hæredis inſtitutione:& tanto magis dicta in donatione ha-
bent locum in legato emphyteuſis,& hęredis inſtitutione,quia vaſallus,
ſi teſtatur de feudo ſine domini conſenſu,feudum non perdit, ſicut face
4 ret, ſi inter viuos illud alienaret: ſed diſpoſitio quo ad feudum eſt nulla.
c.1.de ſucceſſ.feudi.& ex diſpoſitione iuris feudum accipiunt illi, qui acci
perent,ſi teſtamentum factum non eſſet, & ſi nemo adſit, qui ſuccedere
poſſit,

poſſit,reuertitur ad dominum , qui hæredem inſtitutum inueſtire non
cogitur,vt not.gl.in c.imperialem,in verbo Seu alienare,& ibidem Bald.
nu.4.de proh.feud.alien.p Friderich.Alex.conſ.2.col.4.n.10.vol.5.Ruin.
conſ.143.in fine.vol.3.Afflict.deciſ.385.num.5.Bald.conſ.275.col.1.vol.
2.vt eos refert,& ſequitur Hier.Gab.conſ.83.nu.31.inquiens,hanc opinio
nem ea ratione optime confirmari:quia nec alienatione quidem inter vi
uos feudū amittitur,niſi traditio ſequatur,d.c.imperialē.§.callidis.& ibi
Iſern.& alii,ſicuti etiam non amittitur emphyteuſis,vt ĩ dicam in trigeſi
ma octaua limit.huius cauſæ priuationis.Ergo pp alienationē in teſtamē
to non poteſt amitti:quia ante mortem effectus aliquis ex eo non ſequit̃,
nec bona tradūtur:& ſi aliquis adſit,qui ſuccedere poſſit,ille admittitur:
aliàs ad dominum reuertit̃,ſicut ſi teſtamentū factū non eſſet, nec opor-
tet diſtinguere,an is,cui emphyteuſis relinquitur iure legati,vel tit.inſti-
tutionis,ſit eccleſia,vel perſona prohibita,aut comprehenſa in inueſtitu
ra,vel emphyteuſis ſit hæreditaria,vel ſimpliciter conceſſa,vt multi vidē
tur diſtinguere,quia hæc non reſpiciunt quęſtionem noſtram,an pp alie
nationem in vlt.voluntate emphyteuſis amittatur, cum poſſit cuicunq;
legari,& relinqui:ſed an teneatur legatarius,vel hęres nouam inueſtiturā
accipere,& laudemium ſoluere: de qua re tractat Specul. in d.§.nunc ali-
qua,quæſt.114.nu.140.& Gul.Reod. in tract. de reb. eccl. non alienand.
quæſt. 11. de laudemiis pro alienationibus, & inueſtituris ſoluendis. verſ.
Iſta autem quinquageſima,nu.13.pag.385.& nos dicemus ĩ vbi de lau-
demiis tractabimus,& an dominus teneatur eum inueſtire, de quo dictū
eſt s̄ nu.4.& an legatario debeatur ab hærede rei æſtimatio, de qua re tra
ctat.Spec.in d.§.nuncaliqua,quęſt.117.nu.143.Bart.in l.quod in rerum.
§.1.de leg.1.& in l.vxor patrui,& ibidem Iaſ.C.de legat.Corn.conſ.84.vol.
2.Andr.de Beſſetis in repet.l.habeat.nu.123.poſt Bald. ibidem.C. de ſacro
eccl.Franciſc.Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum lib.9.tit.11.
num.3.Burſ.conſ.199.nu.31.& ſequentibus.vol.2.& nos latius diximus ſu-
pra lib.5.de auctoritate emphyteutę in re emphyteutica,

& de differentiis inter emphyteuſim hęreditariam , & ex pacto, dif-
ferentia

LIMITATIO XV.

1 *EMPHYTEVTA vxoris,alienans emphyteuſim de licentia*
ipſiꝰ mariti,pœnā priuationis nō incurrit,& quō hoc intelligendū n. 4.
2 *SERVVS, filius , & Prælatus eccleſiæ poſſunt præiudicare*
domino,patri,& eccleſiæ in acquirendis,non autem in acquiſitis.
3 *DE iure quaſito iudicatur , vt de damno.*

1 LIMITATVR decimoquinto, quando em-
phyteuta vxoris alienauit de conſenſu eius ma
riti: nam cum fuerit denunciatum marito, p-
inde eſt, ac ſi ipſi vxori denunciatum fuiſſet,
vt tradit Iaſ. in d. l. fin. C. de iure emphyt. p tex.
notab. in l. aut qui aliter, §. ſed & ſeruis, iuncta
gl. in verbo, Et ſi forte. ff. quod vi, aut clam. p
not. per Angel. & modernos in l. de pupillo. §.
ſi quis prætori, & not. per Bart. in l. non ſolũ.
§. morte. in 3. col. ff. de no. oper. nunciat. quem Iaſ. ſequitur Gul. Reod. in
tract. de reb. eccl. non alienand. de caducitate ob rei alienationem, verſ.
emphyteuta quoq; num. 46. pag. 523. De hac tamen re dubitauit poſtea
idem Iaſ. in d. l. non ſolum. §. morte. num. 23. ff. de no. oper. nunciat. quia
tex. in d. l. aut qui aliter. §. 1. & 2. procedit in ſubſidium, quando non adeſt
principalis, cui denuncietur: vnde limitatio hæc noſtra ſecundum illos
terminos eſt intelligenda in ſubſidium, quando vxori denunciari nõ poſ-
ſet. Item quia ſupra adductæ doctrinæ, vt ipſe Iaſ. conſiderat, procedunt,
quando proteſtatio ſolum fit ad exonerandum, & denunciatio, quam
debet facere emphyteuta, priuſquam vendat, fit ad alium finem, vt domi-
nus præferatur cæteris, ſi vellit ipſe emere, d. l. fin. de iure emphyt. Item
quia Bart. in d. l. aut qui aliter. §. & ſi ſeruus. intelligit illum textum, quòd
ſufficiat proteſtationem fieri marito pro vxore, vt procedat quantum ad
hoc, vt denuncians excuſetur a dolo, non autem quantũ ad aliquod præ-
iuditium mulieris, cum factum mariti non debeat præiudicare vxori, ro
to tit. C. ne vxor pro marito. & licet Iaſ. ibidem dicat, quòd poteſt dici, ꝙ
iſtud præiuditium eſt in omittendo acquirere, & ex cauſa oneroſa, obla-
to pretio; Ideo poteſt maritus vxori præiudicare, ſicut ſeruus, & filius,
poſſunt præiudicare domino, & patri in acquirendo, non autẽ in quæ
ſitis. l. fin. C. de acq. poſſeſſ. l. 3. C. de hæred. inſtit. & Prælatus eccleſiæ l. iu-
bemus nullam, & ibi gl. C. de ſacr. eccl. Hæc tamen conſideratio ſecundũ
Hermonat. Det. qui contrarium tenuit in d. §. morte. num. 90. non ſatisfa
2 cit: quinimo fieret præiuditium vxori in iure quęſito: quia perderet ius
ꝓlationis, & qñ ius eſt q̃ſitũ, de eo iudicat̃, vt de dãno, vt in l. 1. §. ꝑterea. &
ibi gl. ff. de aqua quotidiana, & ęſti. vt ẽt ſentit. Ant. Rub. in d. §. morte. nu.
328. licet poſtea nu. ſeq. dicat poſſe in hac q̃ſt. conſiderari tres caſus, & pri
3 mus eſt, qñ fundus emphyteuticus fuit datus in dotem marito, & iſto ca
ſu ſufficiat, vt ſit denunciatũ marito, quia põt dici dñs l. in rebus. C. de iu
4 re dot. Secundus caſus eſt, vbi maritus, & vxor habitant ſimul, & vide-
tur, quòd ſufficiat, vt denuncietur domui l. ſcire oportet. §. oportet, il
primo. ff. de excuſ. tut. ſicut ſufficit denunciare marito, vbi vxor non

repe-

reperitur. Tertius caſus eſt, vbi maritus, & vxor non habitant ſimul, & nunc tenet, quòd non ſufficiat denunciare marito per rationes, quas ponit numeris antecedentibus, quas breuitatis cauſa non refero. De qua re vide etiam Caſſan. in conſuetud. Burgund. Rubrica 4. §. quinto. num. 2. fol, 558.

LIMITATIO XVI.

1 *EMPHYTEVTA alienans de licentia caſteldionis, qui habebat ad hoc mandatum a domino, vel diu ſe geſſerat in concedendis huiuſmodi licentijs, iure ſuo non priuatur.*

2 *PRAESVMITVR de præterito in præſenti in his, quæ ſolo curſu temporis non mutantur.*

LIMITATVR decimo ſexto, quando emphyteuta alienauit de licentia caſteldionis, qui habebat ad hoc mandatum a domino, vel diu ſe geſſerat in concedē-
dis huiuſmodi licentiis, ita Ancar. conſ. 63. motiua iu-
1 dicis, num. 3. & 4. verſ. quo ad quartum: nam qui pro tanto tempore ſe geſſit in præteritum pro caſtaldione domino ſciente, & patiente, etiam hodie caſteldio prçſumendus eſt, allegat l. qui patitur. ff. mandati. & quod not. Innoc. in c. ex parte decani, de reſcriptis. poſtquam. n. ſemel conſtat de voluntate dñi, quòd paſſus fuerit eum lõgo tempore ſe gerere pro procuratore generali, voluntas domini non præſumitur mutata, niſi probetur c. maiores. de Baptiſmo. l. ſancimus. C. de teſtam. nam in his, quç ſolo curſu temporis non mutantur, præſumitur de prçterito in præſenti: vnde olim excommunicatus prçſumitur hodie excommunicatus, c. ſicut nobis, & ibi
2 Abb. de ſent. excommunicat. gl. in c. propoſuit. de clerico excommunicato miniſtr. vbi Abbas, & doct. eam communi conſenſu ſequuntur, vt teſtatur Didac. Couar. in cap. alma mater. part. 1. §. 2. numero. 6. vbi multos alios in hanc ſententiã citat. Ioſeph. Maſcard. de probat. concluſ. 170. nu. 8. vol. 1. & concluſ. 704. vol. 2. & olim dominus hodie præſumit᷑ dominus l. ſiue poſſidetis. C. de probat. Alc. de præſumpt. reg. 2. præſũpt. 20. Ioſeph Maſcard. de prob. concluſ. 550. vol. 1.

LIMITATIO XVII

1 *EMphyteuta alienãs ẽphyteuſim irreqſito dño, eo tñ præſente, ſciẽte, & tacẽte, a iur̃ ſuo nõ cadit ſm̃ quoſdã. quorũ tñ opinio latere ꝓbat̃. nu. 2. 3. 4. & 5.*

2 *CONSENSVS domini de alienando debet eſſe expreſſus.*

3 *DOMINVS, qui eſt certus, quòd emphyteuta vult vendere pro tali pretio, non debet amplius de pretio ab emphyteuta certificari.*

4 *EMPHYTEVTA requirens dominum, an velit emere pro tali pretio, ſi dominus taceat, & nihil reſpondeat, cadit a iure ſuo. ſi vendat, & per duos menſes dominum non expectet.*

5 *OPINIO eorum, qui voluerunt, emphyteutam alienantem præſente domino, ſciente, & tacente, a iure ſuo non cadere, quo caſu poſſit defendi.*

1 LIMITATVR decimo ſeptimo, vt nõ cadat emphyteuta ob alienationem irrequiſito domino factam, quando alienatio fuit facta domino præſente, ſciente, & tacente: quia eius taciturnitas habetur pro conſenſu, & emphyteata alienans eſt tutus ad ſimilitudinem feudatarii: qui, ſi alienat præſente, ſciente, & tacente domino, iure ſuo non priuatur, cum eius taciturnitas inducat conſenſum, vt tenet gl. in c.1. in verbo Permiſſiue. de prohib. feud. alien. per Loth. communiter receptã, vt teſtantur Dec. conſ. 144. in princ. Hier. Schurf. conſ. 134. num. 3. inter conſ. feudalia Bruni, Altarot. in c.1. §. præterea. num. 4. Quib. mod. feud. amittatur. Curt. Iun. in tract. de feud. in 4. parte, in vltima cauſa priuationis feudi, in 2. reg. principali, col. 1. & teſtantur alii, quos recenſet, & ſequitur Iul. Clar. in §. feudum. quæſt. 31. verſ. præterea quæro, & ita in terminis in emphyteuſi loquens ſupradictam limitationem ponit Gul. Reod. in tract. de reb. eccl. non alienãd. de caducitate ob rei alienationem, verſ. emphyteuta quoq; num. 23. pag. 518. quam tamen ego nec puto veram, nec tenendam, cum gl. in d. l. fi. C. de iure emphyteut. in verbo Conſenſũ,
2 declaret cõſenſum domini debere eſſe expreſſum, & licet gl. nihil alleget: eius tamen opinio probatur, quòd ſcientia domini videtur ſolum operari, vt ei non ſit denunciandum, an velit emere pro tali pretio: nam, cũ ſit
3 certus, quòd emphyteuta vult vendere pro tali pretio, videtur non requiri amplius, vt ab emphyteuta certificet, ad not. p Bart. in l. itẽ veniunt. §. petitũ. ff. de pet. hęred. & p Tiraq. de retract. cõlang. §. 36. gl. 2. n. 24. ſed q̃madmodũ emphyteuta, vbi expreſſe dño denunciauit, an velit emere pro tali
4 pretio, ſi dominus taceat, & nihil reſpondeat, cadit a iure ſuo, ſi vendat, & illum non expectet per duos menſes, Iaſ. in d. l. fin. num. 14. C. de iure emphyteut.

4 phyteut.ita debet iure ſuo priuari,ſi vendat præſente, ſciente, & tacente
domino,cum ſcientia domini,quòd emphyteuta vult vendere, non poſ
ſit, nec debeat plus operari,quàm expreſſa denunciatio emphyteutæ, q̃
debet facere domino ex diſpoſitione d.l.fin.C.de iure emphyt. nec taci-
turnitas domini ei obeſt: quia non tenetur proteſtari,ex quo ſcit ius ſu-
um duraturum,& ita in terminis,quòd dominus præſens.ſciens, & tacẽs
5 non præiudicet ſibi in iure emphyteutico, quando emphyteuta ſimpli-
citer vendit rem emphyteuticam,tenent Petr.& Cin.in d.l.fin.C. de iure
emphyt.& ibidem Alberic.col.1.Angel.col.fin.Iaſ.col.pen.in 23.quæſt.vt
eos refert Tiraq. de retract.conſanguin.§.1.gl.9.num. 152. quamuis ſe-
cus eſſe dicant,ſi emphyteuta rem expreſſe venderet pleno iure præſente
domino:quia tunc,ſi non contradicat,ſibi præiudicat, nec id,quod di-
cit gl.quòd in alienatione feudi præſentia domini,& taciturnitas conſe
ſum inducat;procedit ſine difficultate,cum Andr. & Afflict. num. 46.&
ſeq.& multi alii in d.c.1.de prohibit.feud.alienat.per Loth.contrarium
ſenſerint,& poſſito etiam quòd gl.ibidem ſit vera,non videtur procede
re eius dictum in emphyteuſi ob rationis diuerſitatem:quia feudi aliena
tio ſine conſenſu domini prohibetur,ne ſeruitia diminuantur, vt per Af
flict.n.14.& alios in d.c.imperialis.de prohibit.feud.alienat.per Loth.&
poteſt omnino impediri a domino, cum ſine eius conſenſu valide fieri
non poſſit d.c.imperialis.& c.imperialem,de prohib.feud.alien.p Fride.
Ideo dño imputandum eſt,ſi non contradicat,ad not.per Bart.& alios in
l.q̃ dotis.ff.ſol.matr.q̃ rõ ceſſat in emphyteuſi:quia dominus eius aliena-
tionẽ omnino impedire non põt:quia requiſitus,an velit emere,aut tene
tur emere intra duos menſes,aut licentiam alienandi emphyteutę conce
dere,& ſi nihil reſpondeat,emphyteuta poſt duos menſes habet a lege li-
centiam alienãdi d.l.fi.C.de iure emphyt.Ideo cũ non poſſit abſolute vẽ-
ditionẽ emphyteuſis impedire,ei imputandũ non eſt, ꝙ tacuerit,& con-
ſequẽter ius quo ad caducitatẽ,& prędationem in emptione debet ei eſſe
ſaluum,& illæſum:poſſet tñ ſupradicta declaratio Reod. vt emphyteuta
alienans pręſente,ſciente,& tacente domino non cadat a iure ſuo defen-
di,vbi alienatio fieret in contractu cũ dño,vel ad eius vtilitatẽ ex his, quæ
tradit Marin.Frecc.de ſubfeud.Baron.lib.2.quæſt.31. cogita.

6

LIMITATIO XVIII.

1 *EMPHYTEVTA proprium ſuũ fundum in emphyteuſim reci-*
piens,& poſtea illũ irrequiſito domino alienans,a iure ſuo non cadit.
3 *INVESTITVRA erronea rẽ allodialẽ emphyteuticã nõ facit.*

1 LIMITATVR decimooctauo, quando quis proprium fundum in emphyteuſim recepit: nam ſi poſtea illum alienat irrequiſito domino, a iure ſuo non cadit, Bart.in l. ſi aliquam rem, num.9.verſ.habuiſti in hac ciuitate. ff.de acquir.poſſeſſ.ratio eſt,quia quis recipiendo rẽ ſuam in emphyteuſim,tanquam rem eccleſię, dominium,quod prius habebat, non perdit, nec illa inueſtitura erronea facit deſinere rem eſſe allodialem,vt prius erat,vt ibidem docet Bart qui eſt communiter receptus, vt teſtatur Alex.in conſ.29.num.25.& rurſus conſ.69.num.10.vol.5.Bero.conſ.114.ſub num.37.vol.1.Ruin.conſ.155.num.6.vol.1.& ſequitur Corn.in conſ.301.ſub num. 1. verſ. hoc tamen non obſtante, vol. 1. Dec.conſ.564.num.6.Iaſ.in l.2.num.177.C.de iure emphyt.Ang.in l. qui rem.C.locati.Bald.in l.ad probationem.num.8.C.eod.idem Bald. in l. cũ falſa nu.5.verſ.ſuper hoc quęro poſt Bart.ibidem,C.de iure,& facti,ignor. Cuman.conſ.165.Gaſpar per totum.Spec.& alii in locis quos citant Bero,& Alex.in locis ſupra citatis.

LIMITATIO XIX.

DISPOSITIO l.fi.C.de iure ẽphyt.nõ habet locũ in datione in ſolu-(tum.
1 *EMPHYTEVSIS priuati,quæ põt tranſire in extraneos,*
2 *põt dari in ſolutum non ſolum quo ad ius percipiendi fructus,duraturum,donec emphyteuſis durat in perſona debitoris,ſed ẽt quo ad vtile dominium,dummodo is,cui res data eſt in ſolutũ,ſit perſona,in q̃ potuiſſet fieri alienatio requiſito prius dño:& quomodo hoc ſit intelligendum.*

EMPHYTEVTA ob dationem in ſolutum,quæ fit pecuniæ debitæ,
3 *& ab ipſo voluntarie domino irrequiſito, cadit a iure ſuo.*

DATIO in ſolutũ,quæ fit volũtarie pecuniæ debitæ,dicit̃ vera vẽditio.

4 *EMPHYTEVSIS inæſtimata, poteſt voluntarie ab emphyteuta*
5 *in ſolutum dari alteri ſpeciei debitæ.*

IVDEX exiſtẽtibus alijs bonis,in quibus poſſit creditori, eſſe ſatiſfactũ
6 *nõ poteſt dare in ſolutum emphyteuſim ex pacto,etiam quo ad commoditatẽ percipiendi fructus in vita debitoris: ſed in ſubſidium hoc facere poteſt.*

CRE-

7 *CREDITOR, qui obtinuit in ſubſidium ius percipiendi fructus videns tenuitatem fructuum, & quòd a debitore alienando, vel delinquendo poteſt fraudari, an poſſit petere a domino, vt licentiam interponat ſuper adiudicatione ſibi facienda, vel venditione: & an dñs debeat concedere & ſi concedatur. an huiusmodi licētia praiudicet alijs, vt non reſoluatur adiudicatio vel venditio per mortem debitoris, remiſſiue.*

1 LIMITATVR decimo nono, vt diſpoſitio l. fin. C. de iure emphyt. non habeat locum in datione in ſolutũ, cum hæc alienatio ſit neceſſaria: quoniam iuditium redditur in inuitum, l. inter ſtipulatem. §. Stichum. ff. de verb. obligat. & poſſit fieri in iuribus ipſius emphyteutæ, ſaluo iure canonis, vt habetur per doct. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infecto. ita in terminis Bald. in c. imperialem, in principio, nu. 11. de prohibita feud. alien. per Friderich. Iaſ. in d. l. fin. num. 113. quæſt. 5. Alciat. conſ. 343. num. 3. Afflict. deciſ. 191. in 1. dubio. Grat. conſ. 333. num. 9. & ſeq. vol. 1. vbi teſtatur, hac eſſe communem opinionem: quam amplectitur Reodan. in tract. de reb. eccl: non alienand. de caducitate ob rei alienationem, verſ. emphyteuta quoq; num. 32. pag. 520. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 14. nu. 10. Dec. conſ. 160. col. 2. verſ. & hoc ſaltem videtur habere locum.

2 AMPLIATVR, vt non ſolum poſſit dari in ſolutum quo ad ius percipiendi fructus, duraturum, donec emphyteuſis durat in perſona debitoris, vt loquitur Bart. num. 8. Alex. num. 17. Caſtr. num. 6. in d. §: ſi de vectigalibus. l. ſi finita. ff. de dam. infecto. Alex. conſ. 124. ſub num. 9. vol. 4. & intelligunt multi alii, quos more ſuo congerit Tiraq. de retract. lig. §. 1. gl. 7. nu. 49. ſed ẽt poſſit dari in ſolutum quo ad vtile dominiũ, ſi emphyteuſis ſit non eccleſiaſtica, & ex pacto; ſed talis quæ poſſit tranſire in extraneos: nam tunc poteſt fieri hęc datio in ſolutum: quia alienatio eſt neceſſaria, & id fit ſaluo iure domini, ideſt vt habeat laudemium, ſiue ius pręlationis ſm̃ Salic. in auth. ei qui, verſ. 3. eſt videndũ. C. de bon. auct. iudic. poſſid. & Bald. conſ. 306. verba inueſtiturę. vol. 1. quos refert. & ſequitur Ale. in d. conſ. 343. nu. 3. & ſeq. dummodo is, cui res eſt data in ſolutum, ſit perſona, in quam poterat fieri alienatio requiſito prius domino, vt declarat Grat. in d. conſ. 133. num. 10. vol. 1. ex ſententia eiusdem Salic. qui, licet in hoc reprehendatur ab Alex. in d. §. ſi de vectig. nu. 17. verſ. Item in quantum Salic. quaſi hoc ſit contra mentem Bart. & omnium ſcribentium eodem loco: poteſt tamen defendi, vbi emphyteuſis eſt hęreditaria, vel conceſſa cũ pacto, vt vnusquisq; cõprehenſorum poſſit hypothecare, &

alienare, etiam in preiuditium alterius comprehenſi, vt communiter hodiernis temporibus fiunt inueſtituræ in patria mea Vrbini: quia, vbi eſt hæreditaria, datio in ſolutum non reſoluitur, ex morte emphyteutæ, qui eum obligauit, vt reſoluitur, quando emphyteuſis erat ex pacto, ad notat. per Marin. Frecciam de ſubfeud. Baron. lib. 3. de differentiis inter feuda ex pacto, & hereditaria in quinta differentia, Burſat. cõſ. 44. num. 26. & licet hæc datio quo ad dominum directum ſit nulla, ſi vult ipſe præferri, & ratam nolle habere dationem in ſolutum, vt dictum eſt: tamen ſatis eſt. quòd emphyteuta per hanc dationem in ſolutum cũ tranſlatione vtilis dominii emphyteuſim non amittit. quia non conſenſit, cum iudicium reddatur in inuitum, & alienatio hæc ſit neceſſaria, vt docet Bald. in d. c. imperialem, nu. 11. verſ. puto tamen, de prohibit feud. alienat. per Friderich. & vbi eſt conceſſa cum pacto, vt vnus poſſit hypothecare, & alienare in prçiuditium etiam alterius comprehenſi, datio in ſolutum tenet, etiam quo ad vtile dominium, cum tàm reſpectu comprehenſorum, quàm reſpectu domini potuerit fieri alienatio, cum hoc ſit ex pacto cautum, ad tradita in fortioribus terminis a Marino Freccia de ſubfeud. Baron. lib. 2. quæſt. 18. vbi inquit ſub num 4. pro hac parte in iudicio obtinuiſſe, niſi in eodem inſtrumento etiam actum eſſet, vt conductor, ſi voluerit vendere, alienare, vel in alium aliquo modo emphyteuſim trãſferre, teneatur primum requirere dominum, & ei denunciare, & notificare, & dare per minus, & potius ei, quàm alicui perſonæ: quia tunc, vt datio in ſolutum ſit irreuocabilis, neceſſe eſt, vt prius ſecundũ conuentionem requiratur dominus, vt docet. Bald. in d. conſ. 306. verba inueſtituræ. lib. 1. Et diligenter conſideranda ſunt verba conuentionis: nam ſi cautum eſſet, vt vnus ex comprehenſis poſſit alienare, & hypothecare, etiam in præiuditium alterius comprehenſi, non tamen poſſit vendere, niſi prius requiſito domino: tunc datio in ſolutum facta per iudicem teneret fortaſſe irreuocabiliter, etiam quo ad vtile dominium, cum per primum pactum ſit conceſſa licentia alienandi irrequiſito domino, & per ſecundum ſit actum, vt non poſſit vendere irrequiſito domino: quæ prohibitio non comprehendit dationem in ſolutum, vt late docet Corn. in conſ. 166. ferè per totum, vol. 2. Ideo, vt pacta in eodem inſtrumento non ſint contraria, & ad inuicem ſe compatiantur, ad not. in l. fin. C. de nouat. vbi Bald. col. 1. per Dec. conſ. 463. num. 6. Ruin. 47. col. fi. vol. 3. & per Hier. Gabriel. conſ. 88. num. 2. intelligitur a domino emphyteutæ conceſſa licentia alienandi, præterq̃ tit. venditionis, & conſequenter valet irreuocabiliter datio in ſolutum per iudicem facta, cum emphyteuſis poſſit alienari iſto tit. etiam in præiuditium alterius comprehenſi, & reſpectu domini ex pacto in inueſtitura appoſito.

DE-

3 DECLARATVR ſupradicta decima nona limitatio, vt non ſit
vera in datione emphyteuſis in ſolutum, quæ fit pecuniæ debitę, & vo-
luntarie ab emphyteuta: quia, ſi hęc fiat irrequiſito domino, emphy-
teuta iure ſuo priuatur, vt tradunt Iaſ. in d.l.fin.num. 113. quæſt. 5. verſ. in
telligo tamen. C. de iure emphyt. Afflict. deciſ. 191. Abbas Ruffilus num. 1.
Dec. conſ. 160. Burſat. conſ. 44. num. 29. verſ. at ſecus, vol 1. vbi citat mo-
dernos hiſpanos in l. filiusfamilias. §. diui. num. 85. de leg. 1. Tiraq. de re-
tract. lignag. §. 1. gl. 14. num 8. cũ ſeq. Caſſan. in conſuetud. Burgund. Des
retractu, rubr. 10. §. 6. fol. 341. num. 5. & modernos Pariſ. in conſuetud. Pa
riſ. §. 13. gl. 3. num. 46. cum ſeq. & Riminald. conſ. 254. num. 32. cum ſeq. in
2. volumine idem tenentes. Ratio eſt, quia datio in ſolutum, quę fit vo-
lũtarie pecunię debitę, dicitur vera venditio, Ludouic. Bologninus cõſ.
4 21. & conſ. 25. num. 4. Afflict. deciſ. 335. num. 18. & deciſ. 368. num. 2. Aret.
conſ. 160. ſub num. 15. & ſeq. Ideo dominus debet ab emphyteuta hanc
dationem in ſolutum voluntarie faciente requiri, ſicut debet requiri, qñ
vult vendere, (niſi hoc ſit ei permiſſum ex pacto inueſtituræ) d.l.fin. de
iure emphyt. licet ſecus eſſet, ſi alterius ſpeciei debitę emphyteuſis in ſo-
5 lutum ineſtimata voluntarie ab emphyteuta daretur: quia huiuſmodi
datio ad venditionem non accedit: ſed potius quædam permutatio eſt,
cum ſoluatur ſpecies pro ſpecie, & non ſpecies pro pecunia, gloſ. in l. ſi
quis aliam, & ibi Bart. qui hoc optime declarat col. 1. ff. de ſolut. gloſ. Cin.
Bart. Bald. & alii in l. libera. C. de ſent. & interlocut. omnium iudicũ, quos
refert, & ſequitur Tiraq. de retract. lignag. d. §. primo gloſ. 14. num. 7. Ideo
ſicut permutatio fieri poteſt irrequiſito domino abſq; priuatione em-
phyteuſis, vt dictum eſt ſupra in duodecima limitatione, pariter poteſt
fieri hæc datio in ſolutum.

DECLARATVR ſecundo id, quod dictum eſt, emphyteuſim
poſſe in ſolutum dari per iudicem quo ad commoditatem percipiendi
6 fructus, duraturam in vita debitoris, ſi ſit ex pacto, & non hæreditaria,
vt ſupra eſt dictum, procedere in ſubſidium non exiſtentibus aliis bonis.
in quibus poſſit creditori ſatis factum eſſe, vt declarat Alex. in d.l. ſi finita,
§. ſi de vectigalibus num. 16. de dam. infecto, & ibidem Bart. num. 5. & alii
Grat. d. conſ. 133. num. 12. vol. 1.

AN autem creditor, qui obtinuit in ſubſidium ius percipiendi fru-
7 ctus, videns tenuitatem fructuum ex emphyteuſi prouenientium, &
quòd a debitore alienando, vel delinquendo poſſet fraudari, petere a
domino poſſit, vt licentiam interponat ſuper adiudicatione ſibi facien-
da, vel venditione: & an dominus illam debeat concedere, & ſi conce-
datur, an huiuſmodi licentia pręiudicet aliis, vt non reſoluatur datio in
ſolutum, vel venditio per mortem debitoris: poteris decidere ex his, quę

tradit

tradit Marin.Frecc.de ſubfeud. Baron.lib.2.verſ.pluribus autem modis, n.9.& ſeq.pag.mihi 110.

LIMITATIO XX.

1 *EMPHYTEVTA, ſiue conſenſu domini poteſt in dotem emphyteuſim filiæ ſuæ inæſtimatã dare: non tamen poteſt hoc pro dote eccleſiæ facere.*

2 *EMPHYTEVSIS inæſtimata poteſt irrequiſito domino in dotem dari, etiam fœminæ, quæ non ſit de perſonis comprehenſis in inueſtitura.*

3 *MVLIER tamen debet inueſtituram accipere, antequam poſſeſſionẽ capiat, aliàs cadit a iure ſuo.*

4 *EMPHYTEVSIS in dotem data an ſit eodem iure apud dotatam, quo erat apud dotantem, an vero poſt mortem dotantis remaneat apud dotatam excluſis alijs perſonis in inueſtitura comprehenſis, & quo caſu.*

5 *DOS ſuccedit loco alimentorum.*

DECLARATVR vigeſimo, quando res em-
1 phyteutica eſt data in dotem inæſtimata: nam emphyteuta ſine domini cõſenſu põt emphyteuſim in dotẽ dare filiæ ſuę ſine periculo priuationis iuris ſui, vt tradit Spec.in §.nũc aliqua nu.133.quæſt.109.de locato, & ibidem Ioan. Andr.per tex.in §.emphyteuſim; de non alien. aut permutand. reb. eccleſiaſt. quem ſequunt Salic.nu. 10.Iaſ.nu.107.in d.l.fin.C. de iure emphyt.& in auth.res quæ.in 17. ampliatione, C.cõmunis de legat.Imol.in c.potuit.de locato.nu.17.Caſtr.in l.vſufructu, nu.6.ff.ſol.matr.& ibidem Alex.in fine, Hoſt.in ſumma tit.de loc.§.fi.verſ.nunquid ergo res emphyteutica põt in dotem dari, Bertrãd.conſ.180.vol.2.late Moder.Pariſ.2.parte conſuet.feud.§.56.gl.1.n.37.quos ambos refert Burſ.conſ.80.n.30.vol.1.Tiraq.de retract.lign.§.1.gl.14.nu.95.poſt Ioan.Rayn.in c.i.§.habitæ, chart.4.in paruis, verſ.quid aũt ſit, ſi in re emphyteutica, de ꝓhib. feud. alien.p Frid.Guid.Pap.deciſ.48.& Ioan.Berber.in ſuo viatorio, tit.de loc.ad finem, & alios, quos idem Tiraq.recenſet, Ruin.conſ.148.num.ult.uol.1. Aym conſ.215.n.6.Soc.cõſ.25.n.9.vol.1.Ferd.loaz.in repet.l.filiusfamilias, §.diui.nu.141.de leg.i.Bald.de Bart.in repet.l.i.nu.363.ff.ſol. matr. Bald. Nouel.in tract.de dote in ſexta parte, priuilegio 55. Guliel. Reodan. in

tract.

tract.de reb.eccl.non alienand. de caducitate ob rei alienarionem, verſ. emphyteura quoq; num.34. pag. 520. Soc.in ſuis regulis, & fallentiis, reg.12.ampliatione vltima, Alex.conſ.173.viſo themate,num.4. vbi hanc communem dicit,vol.2.Hier.Grat.qui & ipſe hanc communem fatetur, conſ.76.nu.23.vol.1.Supradicta tamen limitatio non procedit, ſi res daretur pro dote eccleſiæ, vt tradit Cæſar Lambert. de iure patronat. lib. 1. part.1.5.quęſt.principali,articulo 4.nam emphyteuta, qui habet licẽtiã alienandi non poteſt in eccleſiam, & alios potentiores alienare, vt docuimus ſupra hac eadem cauſa priuationis, ampliatione duodecima.

AMPLIATVR ſupradicta limitatio, vt procedat non ſolum, quãdo pater dat emphyteuſim in dotem filiæ, vel nepti, quę ſit de perſonis in inueſtitura comprehenſis,quia tunc poteſt ei dari fundus emphyteuticus in dotem, etiam eſtimatus,vt declarat Aym.d.conſ. 215. ſub num. 8.quoniam inter eoſdem eadem inueſtitura comprehenſos permiſſa eſt omnis alienatio,irrequiſito domino, vt dixi ſupra in 6.limitatione:ſed vt
2 ſit etiam vera,quando emphyteuſis datur in dotem ineſtimata fœminæ, quæ non ſit de perſonis in inueſtitura comprehenſis:nam quòd res emphyteutica ineſtimata poſſit in dotem dari abſq; licentia domini, illa eſt ratio, quia nòn poteſt dominus iſto caſu interpellari,an velit rem pro eodem pretio,iuxt.l.fin.C.de iure emphyt.quia pretium non interuenit, & eſt quædam donatio, vt dicunt Imol.in d.c.potuit.num.17.& Ruin.in d.conſ.148.ad finem,vol.1.& Iaſ.in d.l.fi.num.108. de iure emphyt. Ideo ſicut donatio poteſt fieri irrequiſito domino,quia in donatione dominus non habet offerẽdi arbitrium:ita poteſt res tradi in dote fœminę nõ comprehenſæ ſine domini licentia abſq; periculo caducitatis, dummodo mulier faciat ſe confirmari, & inueſtituram capiat, antequam poſſeſſionem ingrediatur, vt dictum eſt ſupra de donatione, limitatione 13. præſertim ſi pater habuiſſet alia bona allodialia, ex quibus potuiſſet filiã dotare:quia tunc etiam neq; ex prætextu,quòd alienatio hæc fuerit neceſſaria, excuſaretur a caducitate,vt declarat Aym.d.conſ.215.ſub num.8. ſi autem emphyteuſis in dotem data viro, ei confirmetur per dominum, qualiter ſoluto matrimonio reſtituatur mulieri, cum non poſſit fieri alienatio, niſi conſentiente domino, vide per Bart.in l.vſufructu.num. 5. ff. ſoluto matr.& Ioan.Campeg.in tract.de dote, in 3.parte,quæſt.189.

AMPLIATVR antecedens ampliatio, vt non ſolum emphyteuſis
4 in dotem data ſit eodem iure apud dotatam, quo erat apud dotantem,vt cenſuit Spec.in d.§.nunc aliqua,quæſt.109.num.133.de locato per tex.in c.nuper,extr.de donat.inter virum, & vxor.& quòd mortuo dotante emphyteuſis reuertatur ad dominum,vel ad alios in inueſtitura comprehenſos, Caſtr. in l.vſufructu.nu.6.ff.ſol.matr.Iaſ.in d.l.fin.nu.107.& eo loci

Salic.

Salic.num.10.C.de iure emphyt.Ruin.conſ.165.num.3.& 6. vol. 1. Alex.
d.conſ.173.num.1.vol.2.Bald.de Bartolin.in d.l.1.num.363.ff.ſol.matrim.
ſed ēt vt ſit apud eius filios,vel nepotes,vel hæredes,pro quibus fœmina
dotata fecit ſe de nouo inueſtiri, excluſis aliis perſonis comprehenſis in
inueſtitura facta dotanti,ſi dotans ſit talis,qui potuerit eis alienando prę
iudicare: de qua re diximus ſupra lib.5.de auctoritate emphyteutę in re
emphyteutica,auctoritate nam quando dotans poteſt in em
phyteuſi aliis præiudicare, ſimpliciter dando rem in dotem,videtur de-
diſſe omne ius,quod poterat dare,& ſic cum prę iuditio aliorum compre
henſorum:aliàs enim non dediſſet ſimpliciter rem in dotem, ſed in vi-
ta tantùm ipſius dantis,ſi illud voluiſſet:& dando ſimpliciter in dotem,
eo ipſo cenſetur reuocaſſe,vt poterat, ab aliis in inueſtitura comprehen-
ſis,& eo, quia dedit in dotem, & ſic in patrimonium filiæ,l.Pomponius.
ff.famil.erciſc.& pro oneribus matrimonij, quæ poterant durare etiam
poſt mortem dotantis,ſuperuiuente fœmina in matrimonio cauſa alen
di ſe, & filios.l.pro oneribus.ff.de iure dot.l.dotis fructus.ff.eod.tit. Ideo
videtur voluiſſe dotans,attēta cauſa dotis, quòd in dotatam transferatur
emphyteuſis ſecundum cauſas prædictas,& conſequenter, vt duret etiā
poſt mortem ipſius dotantis,ex quo poterat hoc facere aliis prę iudican-
do:nam,cum dos ſuccedat loco alimentorum ſecundum ea, quæ haben
5 tur per Din.in reg.indultum,de reg.iur.in 6.& in l.Titio centum.§.Titio
genero.ff.de condit. & demonſtrat. non videtur dotans pater poſt eius
mortem voluiſſe illa euaneſcere,cum naturali ordine debeat præmori pa
ter.l.ſcripto.ff.vnde lib.l.ſi parētibus.ff.de inoff. teſtam. Quod prę ſertim
procedit,ſi dotans ſtipulatus ſit in caſu dotis reſtituēdę dotem fœminæ,
& eius hæredibus reſtitui, aut cui ipſa ius ſuum conceſſerit, vel ſi dotauit
cum clauſula, Ad habendum,tenendum,poſſidendum, & quicquid ipſi
dotatę placuerit faciendum: quia tunc certum eſt, dotantem voluiſſe
aliis prę iudicare, & emphyteuſis ſemel ab aliis comprehenſis abdicata,
amplius ad eos non reuertitur,vt in terminis concludit Capra inter conſ.
Corn.conſ.51.num.5.vol.3.& eodem conſ.Ioan.de Monte Sperello ſub
num.6.verſ.ſed his non obſtantibus,& ibidem Corn.num.11.quorum di
cta abſq; dubio procedunt in Ciuitate Vrbini, in qua hodiernis tempo-
ribus communiter fiunt inueſtituræ cum pacto, vt vnusquiſq: poſſit alie
nare emphyteuſim in præiuditium alterius comprehenſi:ſecus autem eſ
ſet,ſi ex pacto,aut ex diſpoſitione iuris communis dotans non poſſet aliis
comprehenſis præiudicare: quia tunc reſoluto iure dotantis, reſolueret
ipſa dos l.lex vectigalis.ff.Quib.mod.pig.vel hypoth.ſoluitur.& in iſtis ter
minis procedit dictum Spec. & aliorum doct. qui dixerunt, emphyteu-
ſim eſſe apud dotatam eo iure,quo erat apud dotantem: nam parum in
tereſt,

tereſt,quòd dotans voluerit aliis in inueſtitura comprehenſis præiudicare, ſi non potuit hoc facere l. multum intereſt.C.ſi quis alteri, vel ſibi, cum ſimilibus.

LIMITATIO XXI.

1 EMPHYTEVTA *vendens de conſenſu domini, & poſteà recuperans emphyteuſim ex remedio l.2. C. de reſcind. vendit. non eget noua licentia, ſicut quando dat in dotem emphyteuſim de conſenſu domini,& poſtea ei fit reſtitutio.*

2 CONSEQVENS *velle uidetur, qui conſentit ſuo antecedenti.*

1 RESTRINGITVR vigeſimo primo diſpoſitio l. fin.de iure emphyt.vt non habeat locum, quando emphyteuta vendidit de cõſenſu domini, & poſtea recuperat ex remedio l.2.C.de reſcind.vẽdit. vel qñ dedit emphyteuſim inæſtimatam de conſenſu domini,& poſtea fit reſtitutio dotis:nã vtroq; caſu nõ requirit̃ noua licentia,arg.l.ab emptione.ff.de pact. hoc enim fit ex miniſterio iuris, & non ex nouo facto hominis, & quia vnum ex altero inſurgit,& vnum eſt præludiũ,& aliud executio,ita Bald. Nouell.in tract.de dote.in 8.parte, priuilegio,6.num.11.Bald.de Bartol. in repet.l.1.num.288.ff.ſol.matrim.& poſt ipſos Marin.Frecc.de ſubfeud. Baron.lib.2.quæſt.2.num.16.& ſeq.nam ex quo a principio dominus cõ ſenſit in datione dotis, neceſſariò etiam videtur conſentire ſecundę alienationi faciendæ poſtea in mulierem ſoluto matrimonio propter naturam contractus dotis, prout iura diſponunt, arg.l.ſi vno.ff.locat.& quia
2 ille vr̃ velle conſequens, qui conſentit ſuo antecedenti l.quamuis ſimpl̃r, C.de fideiuſſ.

LIMITATIO XXII.

1 EMPHYTEVTA *ob alienationem irrequiſito domino factam, a iure ſuo non cadit, ſi alienatio fuit nulla.*

a Man-

2 *MANDATVM generale ad vendendum non comprehendit facultatem alienandi bona emphyteutica, per quam alienationem conſtituens incideret in pœnam priuationis.*

3 *EMPHYTEVSIS communitatis, irrequiſito domino alienata nõ a repræſentantibus conſilium, vel communitatem, ob talem alienationem ad dominum non reuertitur.*

4 *MINOR, irrequiſito domino alienans emphyteuſim abſq; decreto iudicis, & alijs ſolennitatibus a iure requiſitis, a iure ſuo non cadit.*

5 *MVLIER, quæ irrequiſito domino emphyteuſim vendidit ſine mundualdo, vel ſine præſentia conſanguineòrum, ſine quibus ex forma ſtatuti non poterat contrahere; ab emphyteuſi non cadit.*

6 *PROCVRATOR, conſtitutus ad vendendum a minore, vel a muliere cum ſolennitate iuris, aut ſtatuti, an teneatur in vendendo ſeruare eandem ſolennitatem, quam ipſe minor, aut mulier ſeruare tenebatur.*

7 *STATVTVM diſponens, vt minor non poſſit contrahere ſine præſentia duorum conſanguineorum, non excludit alias ſolennitates, quæ de iure cõmuni requiruntur. Ideo minor vendens emphyteuſim irrequiſito domino ſeruata forma ſtatuti, non cadit a iure ſuo, ſi in venditione non interuenit decretum iudicis, & aliæ ſolennitates, quæ de iure communi requiruntur.*

8 *OB diuiſionem factam cum minore irrequiſito domino, antequàm iudex cognouerit, an cauſa diuiſionis ſit iuſta, & pronunciauerit, bona eſſe diuidẽda; emphyteuſis non amittitur, licet emphyteuſis obuenerit ſocio, qui non erat in inueſtitura comprehenſus, & poſſeſſionem apprehenderit, antequàm inueſtituram a domino recipiat.*

9 *EDICTVM de non alienandis rebus minorum ſine decreto, procedit etiam quo ad diuiſionem rerum communium cum altero, vel fratre, vel ſocio.*

1 DECLARATVR vigeſimo ſecundo, quando venditio rei emphyteuticæ fuit nulla: nam verbum poſitum in d.l. fin. C. de iure emphyteut. quòd emphyteutæ non liceat ſine conſẽſu domini meliorationes ſuas alijs vẽdere, vel ius emphyteuticum transferre, non comprehendit venditionem, ſeu alienationem nullã, arg. l. 4. §. condemñatum. ff. de re iudicat. per quem tex. ita in terminis noſtris tenet Iaſ. in d. l. fin. num. 139. & ſeq. Ripa in d. §. condemnatum num. 5. & in conſ. 81. nu. 22. Alciat.

22. Alciat.conſ.258. num. 5. Cotta in ſuis memorialibus, in verbo Actus
nullus, verſ. tamen ſi mulier: Ferdinand. Loazes in repet. l. filiusfamilias.
§. diui. num. 116. de leg. 1. Franciſ. Curt. in repet. l. vbi pactum, ad finem. C.
de tranſact. Guliel. Reod. in tract. de rebus eccleſiaſt. non alienand. de ca
ducitate ob rei alienationem verſ. emphyteuta quoq; num. 45. & multi
alii, quos citat, & ſequitur Tiraq; de retract. lignag. §. 1. gl. 2. num. 6. Ex
hac concluſione infertur primo, emphyteutam iure ſuo nō priuari ob
2 alienationem factam a ſuo procuratore, qui habebat generale manda-
tum ad vendendum: nam in illo generali mandato non comprehendi
tur facultas alienandi bona emphyteutica, per quam conſtituens incide
ret in pœnam, ad tradita per Bart. in l. ſi procurator, in principio, & ibidē
per doct. ff. de cond. indebiti. & per eundem Bart. in l. 3. §. ſi procurator.
ff. quod quiſq; iuris, per Alex. conſ. 17. num. 3. vol. 6. Barthol. Socin. conſ.
120. ſub num. 6. vol. 1. verſ. ſecunda ratio, per Cardinal. Alban. conſ. 7. nu.
12. & in terminis ex communi doct. ſententia tradit Burſat. conſ. 44. nu-
mero 1. & ſeq. volum. 1. & probatur ex eo, quòd eadem ratione ſub ge
nerali bonorum venditione non veniūt bona emphyteutica & feudalia,
quæ non poſſunt irrequiſito domino alienari, Alex. conſ. 16. ad finem.
vol. 4. & conſ. 41. vol. 6. Bero. conſ. 127. num. 18. vol. 1. quod extenditur
etiam, ſi conſtituens procuratorem ad vendendum bona, non haberet
alia bona, quàm emphyteutica: quia, licet tunc bona emphyteutica ve
niant in generali venditione, & obligatione, vt late docet Hipp. Marſ.
in rubr. ff. de fideiuſſ. quęſt. 27. num. 223. & ſeq. & videantur venire in mā
dato generali ad vendendum: mandatum tamen non intelligitur factū,
vt alienet irrequiſito domino, & eo modò, quo pœnam incurrat, ſed cū
domini licentia ad not. per Bart. in d. l. ſi. procurator, in princ. ff. de con-
dit. indebiti. & procurator aliter alienando dicitur excedere fines man-
dati, & alienatio eſt nulla. arg. l. diligenter. ff. mandat. cum ſimilibus.

SECVNDO infertur, emphyteuſim communitatis alienatam a nō
3 reprę̈ſentantibus conſilium, ſeu communitatem, ob alienationem non
reuerti ad dominum, vt conſultus reſpondit Alex. conſ. 99. num. 27. vol.
5. Tertio infertur, emphyteuſim alienatam a minore vigintiquinq; an
4 nis abſq; decreto iudicis, & abſq; aliis ſolennitatibus a iure, vel a ſtatuto
requiſitis, non incidere in commiſſum, cum fundus emphyteuticus a
minore ſine decreto alienari non poſſit. l. 3. §. ſi ius. ff. de reb. eorum. l. etiā
C. de prędiis min. Pariſ. conſ. 85. num. 33. & 35. lib. 3. quem refert, & ſequi
tur Menoch. de arbitr. iudic. quęſt. lib. 2. centur. 2. caſu 171. num. 56. verſ.
extenditur vndecimo, ita in terminis noſtris tradit Bald. conſ. 9. factum
tale eſt, numero quinto, uolumine primo, Tiraq. de ll. conubialibus
gl. 8. numero 210. & ante ipſos Specul. in §. nunc aliqua, quæſt. 99: num.

122.de locato.& alii multi,quos refert, & ſequitur Octau. Simoncell. in tract.de Decret.lib.2.tit.6.inſpect.3.num.30. Quod tamen eſt intelligendum, niſi minor alienauerit fundum emphyteuticum abſq; auctoritate curatoris, & abſq; decreto iudicis, vel non ſeruata forma ſtatuti cum iuramento, auth. ſacramenta puberum. C.ſi aduerſ.vendit.quę ſecundum intellectum Mart.communiter approbatum habet locum etiam, quando minor contraxit ſine curatore, & decreto iudicis,vt teſtantur ibidem Paul.de Caſtr.num.14.inter repet.& Ioan.Igneus num. 4.& alii,Ideo in omni caſu,quo iuramentum validat alienationem factam a minore ſine decreto , & auctoritate curatoris,& non ſeruata forma ſtatuti, de qua re per doct.& præſertim repet.in d.auth.ſacramenta puberum,per Ant.Gabriel.in ſuis communibus opinionibus, lib.2. de minoribus,concluſ. 5. & per Octau.Simoncell.in d.tract.de Decret.lib.3.tit.8.inſpectione 18.numero 133.cum pluribus ſequentibus,ſibi locum non vendicat ſupradicta declaratio.

5 QVARTO infertur, mulierem, quę vendidit emphyteuſim ſine mundualdo , vel ſine præſentia conſanguineorum , ſine quibus ex forma ſtatuti non poterat contrahere; illam non amittere, nec a iure ſuo cadere, Bald.in l.2.num.3.verſ.ex prędictis, C. de epiſcop. audientia. Iaſ. d.l.fin.num.139.quæſt.22.C.de iure emphyt.Curt.in l.vbi pactum , ad finem.C.de tranſact.Tiraq.de retract.lignag.§.1. gl. 2. num. 6. Ferdinand. loazeſ in l.filiusfamilias.§.diui.num.116.de leg.1.quod pariter eſt intelligendum,niſi mulier alienauerit cum iuramento, & verba ſtatuti ſint taliter concepta,vt ſtatutum non habeat locum, quando mulier contraxit cum iuramento: de qua re videndus eſt Corn. in repet. d. authenticæ Sacramenta puberum,num 110.cum ſequentibus,& ibidē Iaſ.num.80.vſq; ad finem,Franciſ.Curt. num.58.Alex.conſ.196. num.4.cum ſeq. & conſ. 151.per totum,lib.7.Buttigel.in repet.l. is, cui bonis, num.43.ff. de verb. obligat.Soc.Iun.conſ.3.num.37.vol.2.Ruin.conſ.103.num.6.vol. 4. Paris.conſ.96.num.100.& ſeq.vol.1.& alii multi,quos recenſet Antonius Gabriel.in ſuis communibus opinionibus, lib.2.de iureiurando, concluſ.5. verſ.quarto infertur,num.14.& ſeq.Tobias Nonius.conſ.14.num.1.& numero 5.vſq; ad num.8.

6 QVINTO inferri poſſe videtur,fundum emphyteuticum alienatū a procuratore conſtitutū a minore, vel muliere cum debita ſolennitate a iure, vel a ſtatuto requiſita ad vendendum bona emphyteutica,etiam irrequiſito domino , non cadere in commiſſum , ſi procurator vendat nō ſeruata eadem ſolennitate iuris, vel ſtatuti, quam minor , vel mulier cōſtituens ſeruare tenebatur, ad not.per Caccialup.in repet.l. cunctos populos, num.95.C.de ſum.Trinitate, & fid. cathol.per Iaſ.& Soc.nu.11.

in

in l. 1. §. item acquirimus. ff. de acq. poſſeſſ. Soc. conſ. 112. num. 16. vol. 1. Veruntamen hoc non tranſiret ſine difficultate, cum procurator minoris, aut mulieris, conſtitutus cũ ſolennitate iuris, ſeu ſtatuti non teneatur cõtrahendo ſeruare eãdem ſollennitatem, vt late docet Alex. in conſ. 189. vol.
7 7. & ibidem modern. Pariſ. in addit. Sexto infertur, minorem, qui fundum emphyteuticum vendidit cum præſentia duorum conſanguineorum, vt requirebatur ex forma ſtatuti, iure ſuo non priuari, ſi in dicta venditione non interuenit decretum iudicis, & aliæ ſolennitates, quæ de iure communi requiruntur in alienatione bonorum minoris: quia ſtatutum diſponens, vt minor non poſſit contrahere ſine præſentia duorum conſanguineorum, non excludit alias ſolennitates, quæ de iure communi requiruntur, Caſtr. conſ. 106. num. 3. vol. 2. latiſſime Dec. conſ. 110. per totum. Pariſ. conſ. 12. num. 43. vol. 2. Cephal. conſ. 137. num. 26. verſ. quemadmodum, lib. 1. Ploт. conſ. 13. num. 23. niſi tamen contraxerit cum iuramento, vt ſupra eſt dictum.

8 SEPTIMO infertur ex diuiſione facta cum minore, antequàm iudex cognouerit, an cauſa diuiſionis ſit iuſta, & pronunciauerit, bona eſſe diuidenda, emphyteuſim non amitti, licet emphyteuſis obuenerit ſocio, qui non erat in prima inueſtitura comprehenſus, & poſſeſſionem apprehenderit, antequàm fecerit ſe a domino confirmari, & inueſtituram acceperit: quia diuiſio eſt nulla, cum prohibitio de non alienandis bonis mi-
9 norum ſine decreto procedat etiam quo ad diuiſionem bonorum communium cum altero, vel fratre, vel ſocio. l. 1. §. 1. & l. ſi pupillorum, in princip. ff. de reb. eorum, & l. pen. C. de præd. minorum. Bart. in l. ſi res pignori. num. 7. ff. famil. erciſ. & l. iubemus. in princ. C. de ſacr. eccl. Aym. conſ. 268. in fine. Dec. conſ. 349. num. 2. & 3. & multi alii, quos recenſet, & ſequitur Menoch. de arbitr. iudic. q̃ſt. lib. 2. centur. 2. caſu 171. nu. 34. vſq; ad 39.

LIMITATIO XXIII.

1 EMPHYTEVTA, *irrequiſito domino ſimulate vendens, a iure ſuo non cadit.*

2 *INSTRVMENTVM ſimulatum non eſt inſtrumentum: ideo exceptio ſimulationis poteſt opponi, etiam ſtante ſtatuto, vt nulla poſſit opponi exceptio contra inſtrumentum.*

LIMITATVR vigeſimo tertio in emphyteuta, qui
2 ſimulate emphyteuſim vendidit: nam is non incidit
in pœnam l.fin.C.de iure emphyt.Paul.de Caſtro in l.
1.§.ſi rem depoſitam.num.2.ff.depoſiti.Ferdin.loaz.in
repetitione l.filiusfamilias.§.diui.num.117.verſ.ſecun
do ſupradicta.de leg.1.Tiraq.de retract.lignag.§.1.gl.
2.num.12. vbi ad confirmationem adducit,quod tra-
dit Bald.in l.vltima §.in computatione,col.vlt.C.de iure deliber.inquiés,
instrumentum ſimulatum non eſſe inſtrumentũ,& inferens,quòd,ſi ex
2 ſtatuto nulla poteſt opponi exceptio aduerſus inſtrumentum, poteſt ta-
men opponi exceptio,quòd ſit ſimulatum,& multa alia num.ſeq. addu-
cit,quę ad propoſitum faciunt; vide apud eundem Tiraq.& intellige hác
declarationem,quando alienatio eſt omnino ſimulata; ſecus ſi ſit ſimu-
lata ad fraudandum dominum in prælatione emptionis;quia partes intẽ
debant facere venditionem:ſed finxerunt donationem, aut permutatio
nem,vt dominus non poſſet prelatione vti quia tunc emphyteuta iure
ſuo priuatur,vt dixi ſupra in ſuis locis.

LIMITATIO XXIIII.

1 *EMPHYTEVTA ob locationem ad modicum tempus irrequiſito, domino factam a iure ſuo non cadit.*

1 LIMITATVR vigeſimo quarto in ſimplici locatio-
ne ad modicum tẽpus: quia ex iſta locatione emphy-
teuta nec vtile dominium, nec poſſeſſionem tráſfert:
ideo poteſt eam facere irrequiſito domino , Specu-
lat.in §.nunc aliqua, quęſt.123. num. 149. de locato.
Iaſ.d.l.fin. numero 112. quæſt. 4. C. de iure emphyt.
Imol.in c.potuit.numero 22.de locato.

LI-

LIMITATIO XXV.

1 *EMPHYTEVTA, ignorans rem eſſe emphyteuticam, ſi alienat irrequiſito domino, a iure ſuo non cadit, vel ſaltem reſtituitur in integrũ aduerſus alienationem factam ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, vt rem non amittat.*

1 LIMITATTR vigeſimo quinto in eo, qui alienauit irrequiſito domino, ignorans rem eſſe emphyteuticam: nam is, aut a iure ſuo non cadit, arg. tex. in c. 1. de controuerſ. inter domin. & emptoré feudi. p qué tex. ibidé Bald. num. 4. notat, quòd in omnibus alienationibus, in quibus alienás cadit a iure ſuo; debet intelligi in ſciente, non in ignorante rei qualitatem, vt tradit in terminis Iaſ. in d. l. fin. num. 127. C. de iure emphyt. Corn. conſ. 67. num. 6. vol. 2. Grat. conſ. 79. num. 10. vol. 1. Afflict. in c. 1. §. ſi vaſallus. num. 13. ſi de feud. fuerit controuer. inter domin. & agnat. Gul. Reod. in tract. de reb. eccl. non alienandis, de caducitate ob rei alienationem, verſ. emphyteuta quoq; num. 39. pag. 521. Franciſ. Burſat. conſ. 26. num. 1. in fine, vol. 1. aut ſaltem ipſa caducitas non eſt cũ effectu, cũ ſit reſtituendus in integrum aduerſus alienationem factam ex clauſula, Si qua mihi iuſta cauſa, vt rem non perdat, vt dicam ĩ de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem in vigeſima limitatione: vbi etiam habebis, quot modis dominus poſſit probare, emphyteutam ſciuiſſe bona eſſe emphyteutica, & an ipſe dominus teneatur probare ſcientiam emphyteutæ.

LIMITATIO XXVI.

1 *EMPHYTEVTA alienans commoditatem percipiẽdi fructus duraturam tempore eius vitæ, iure ſuo non priuatur.*

2 *ARGVMENTVM de feudo ad emphyteuſim valet; vbi eadem eſt ratio.*

1 LIMITATVR vigeſimo ſexto, quando emphyteuta alienauit commoditatem percipiendi fruct⁹, duraturá tépore eius vitæ: ná ꝓhibit⁹ védere ré, nó ꝓhibet védere fruct⁹ illi⁹ l. codicillis. §. inſtituto, de leg. 2. l. pater, ĩ princ. de leg. 3. vt ĩquit Card. Alex. col. 4. verſ. quæro, an Vaſallus poſſit, de prohib. feudi alienat. per Frider: & in terminis noſtris tradunt Grat. conſ. 22. n. 3. & ij. vol. 1. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gl. 7. nu. 41. vbi quamplures alios doct. in feudo idem tenentes citat, & eſt communis doct. ſententia, vt teſtatur Ruin. in conſ. 176. num. 13. vol. 1. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remedio. 9. num. 261. & cum hoc ſit clarum in feudatario, idem debet eſſe in emphyteuta, cum vigeat eadem ratio, &
2 valeat iſto caſu argumentum de feudo ad emphyteuſim, vt inquit Roland. a Valle conſ. 59. num. 13. & ſeq. vol. 2. vbi in fortioribus terminis cẽſuit, emphyteutam ſine conſenſu domini poſſe conſtituere vſumfructũ in re emphyteutica: quod an ſit verum, dixi ſupra de auctoritate emphyteutæ in re emphyteutica, auctoritate.

LIMITATIO XXVII.

1 *EMPHYTEVTA, concedens emphyteuſim irrequiſito domino in feudum, à iure ſuo non cadit.*

1 LIMITATVR vigeſimo ſeptimo, quando emphyteuta alienauit rem emphyteuticam, concedendo illam in feudum: ná, licet tráſferat vtile dominium in feudatarium, cap. primo cum ibi not. de inueſtit. facta de re aliena. & alienare dicatur: hoc tamen poteſt facere irrequiſito domino, tum quia res ſua

ſua domino directi; ei ſeruire non poteſt, tum quia vult dare in feudum alicui, qui eſt de ſe benemeritus, & ad quem cogitur ipſe emphyteuta feudum dare. Ideo non tenetur dominum requirere, ſicut non tenetur, quando vult donare, ita Imol. in d.c. potuit. num. 21. de locato. Spec. in §. nunc aliqua. quæſt. 129. num. 155. de locato. Iaſ. in d.l. fin. quęſt. 3. nu. 111. C. de iure emphyt. Gul. Reod. in tract. de reb. eccl. non alienand. de caducitate ob rei alienationem, verſ emphyteuta quoq; num. 35. verſ. ſexto fal lit, pag. 520.

LIMITATIO XXVIII.

1 *EMPHYTEVTA poteſt ſuper emphyteuſi ſine domini conſenſu tranſigere, dummodo emphyteuſim, quæ erat apud ipſum, pro ſe retineat.*

2 *EMPHYTEVTA an poſſit irrequiſito domino de emphyteuſi tranſigere, dimittendo emphyteuſim apud aduerſarium, ſicut antea erat.*

DECLARATVR vigeſimo octauo in tranſactione: quia emphyteuta poteſt ſuper emphyteuſi ſine domini cōſenſu trāſigere, dūmodo emphyteuſim, quæ erat apud ipſum emphyteutam; pro ſe retineat: nam licet ſoluat pecuniam aduerſario, hæc non dicitur alienatio, vt
1 eſt gl. notab. & ibi pulchre Bart. in l. nulli. ff. de trāſact. & in terminis noſtris tradit Iaſ. in l. iuſiurandum. §. pupillus. nu. 4. ff. de iureiur. & d. l. fin. num. 121. & ſeq. quęſt. 10. C. de iure emphyteutico. poſt Bald. in c. 1. in princ. in ſexta col. de prohib. feud. alien. p Friderich. Gul. Reod. in d. tract. de reb. eccl. non alien. de caducitate ob rei alienationem, verſ. emphyteuta quoq; nu. 37. ſicut non dicit̃ alienare, quando emphyteuſis erat apud aduerſarium, & emphyteuta apud illum eam dimittit aliquo recepto: nā & hęc tranſactio permiſſa eſt ſine domini conſenſu, cum dimiſſio rei exi
2 ſtentis penes aduerſarium nullam inducat translationē dominii, vel alienationem, vt dicunt Iaſ. & Reod. in locis ſ' citatis p tex. in l. ſi pro fundo. vbi Bart. C. de tranſact. & p gl. in l. penul. C. de vſuc. pro empt. & Caſſan. ſuper cōſuet. Burg. Rubr. 3. tit. des fieſz. §. 8. in verbo, En alienation, & trāſport. col. 8. verſ. nunquid aūt. Ferron. in conſuet. Burgund. tit. de feudis. §. 16. in princ. quos refert Tiraq. de retract. lign. §. 1. gl. 14. nu. 66. licet ibidē ab ipſis diſcedat in caſu, quo ēphyteuta ēphyteuſim apud aduerſariū eā poſſidētē dimittat, cū ēt iſto caſu cenſeat̃ transferre, & alienare, p l. quędā

mulier.ff.de rei vendicat.l.ſi ſponſalib.§.ſi mulier.ff.de iur.dot.l.qua ratione.§.interdum.ff.de acq.rerum domin.§.interdum.inſtit.de rerum. diuiſione,& doctr.Salic.in l.1.ad finem.C.de act. & obligat. quod dicit ſatis eſſe de mente Din.in c.poſſeſſor,de.reg.iur.in 6.& Bart.in l.ſi culpa. ff. de rei vendic.quę ſententia comprobatur ex aliis multis, quæ adducit idem Tiraq.loco citato num.67.cum pluribus ſequentibus.Ideo cogita,an dictum Iaſ.ſit verum, quando emphyteuta tranſigēdo dimitit emphyteuſim apud aduerſarium, apud quem prius erat: nam, ſi tunc etiam dicitur alienare, vt docet Tiraq.non poteſt hoc modo ſine domini conſenſu tranſigere.

LIMITATIO XXIX.

EMPHYTEVTA, imponens rei emphyteuticæ aliquam ſeruitutem irrequiſito domino, a iure ſuo non cadit.

1 VIGESIMO nono limitatur, quando emphyteuta imponit rei emphyteuticæ aliquam ſeruitutem duraturam tempore vitæ illam imponentis: quia id poteſt facere ſine domini conſenſu, & ſine periculo caducitatis, vt concludit Bald.in l.in prouinciali, num.3.C.de ſeruit. & aqua.Iaſ.in d.l.fin.num.117.& ſeq.C.de iure emphyr.Afflict.deciſ.380.nu.2.& ſeq. Ripa in c.cum eccleſia Sutrina,nu.122.de reſcript.Boer.deciſ.181. num.1. cum duobus ſeq.Natta conſ.516.num.12.Roland.a Valle conſ.59.nu.10. & 13.vol.2.Gul.Reod. in d.tract.de reb.eccl.non alienand. de caducitate ob rei alienationem, verſ.emphyteuta quoq; num.38.pag.521. & eſt cōmunis doct.ſententia,vt teſtatur Roland.a Valle.d.conſ.59.num. 12. vol. 2.& ante ipſum Cæpol.de ſeruitutibus vrb. pręd. cap.14.num.2. vbi multos alios in hanc ententiam citat,& ſequuntur alii,quos refert, & ſequitur Ant.Padilla in d.l.in prouinciali,num.6.vbi & ipſe teſtatur, hanc eſſe cōmunē opinionē.

LIMITATIO XXX.

1 *EMPHYTEVTA alienans ex neceſſitate, quia vigore indulti apoſtolici ſciebat ſe poſſe compelli ad vendendum, a iure ſuo non cadit.*

LI-

1 LIMITAT.TR trigeſimo, quando emphyteuta alienauit ex neceſſitate: quia vigore indulti apoſtolici ſciebat ſe poſſe compelli ad vendendum, Hier. Gabr. conſ. 92. præſertim num. 5. & 6. nam dicitur neceſſaria venditio, quæ fit ab illo, qui ſcit ſe poſſe compelli, allegat. l. nouiſſime. Quod falſo tut. auct. fact. Bald. in l. fideicõmiſſa. §. ſi rem. de leg. 2. Dec. in auth. præterea. nu. 12. C. vnde vir, & vxor. & cum ſit neceſſaria, non requiritur conſenſus domini, Bart. in l. & ideo: ff. de condict. furt.

LIMITATIO XXXI.

1 *LICENTIA domini in alienatione, quam fecit emphyteuta, præſumitur interueniſſe ex curſu decem annorum.*

1 LIMITATVR trigeſimo primo in alienatione ab emphyteuta ob hinc decem annos facta: quia ex diuturnitate temporis, & ex longa patientia decem annorum præſumitur, licentiam domini de alienando interueniſſe, Iaſ. in l. 1. num. 16. C. qui admitti, Dec. conſ. 409. num. 11. Soc. Iun. conſ. 22. nu. 15. vol. 1. Alex. conſ. 113. viſo, ac diligenter conſiderato, nu. 10. vol. 4. Grat. conſ. 121. nu. 11. vol. 2. Dec. conſ. 486. nu. 10. Hier. Gabr. conſ. 88. nu. 14. Ant. Gomez de contract. cap. 11. tit. de qualitatibus contractuũ, ſub n. 17. verſ. 3. infertur, Ioſeph Maſc. de probat. concl. 417. n. 4. vol. 1. Vaſq. de ſucc. reſolut. §. 7. n. 28.

LIMITATIO XXXII.

1 *CONSVETVDO, vt emphyteuta alienet irrequiſito domino, excuſat emphyteutam abſq; domini licentia alienantẽ a caducitate.*

2 *CONSVETVDO, permittens alienationem emphyteuſis irrequiſito domino, non operatur, vt vnus ex comprehenſis poſſit alienare in præiuditium alterius comprehenſi.*

3 *CONSVETVDO, vt emphyteuta poſſit irrequiſito dño alienare, nõ defendit emphyteutam ſine licentia domini alienantem, quando in inueſtitura*

ſuit actum, vt non poſſit irrequiſito domino alienare ſub pœna priuationis iuris ſui.

4 *QVANDO plura obſtant, vno ſublato, aliud ſublatum non videtur.*

1 DECLARATVR trigeſimo ſecundo, quando adeſt conſuetudo in loco, vt emphyteuta alienet abſq; requiſitione domini; nam tunc per venditionem irrequiſito domino factam emphyteuta a iure ſuo non cadit: valet enim huiuſmodi conſuetudo, & emphyteutam a priuatione iuris ſui defendit, Ioan. Raynal. in c. imperialem. §. habito. col. 24. de prohi. feud. alien. quẽ refert, & ſequitur Gul. Reod. in tract. de reb. eccl. nõ alienand. de caducitate ob rei alienationem, num. 13. pag. 513. Roch. in c. fin. extr. de conſuetud. ſect. 6. num. 2. poſt Bald. in conſ. 9. num. 6. vol. 1. Curt. Iun. qui teſtatur hãc eſſe communem opinionem, cõſ. 158. num. 8. Dec. conſ. 208. num. 4. & rurſus conſ. 586. num. 6. & eſt de mẽte Spec. in §. nunc aliqua. quæſt. 125. verſ. de conſuetudine tamen quorun
2 dam locorum, tit. de locato. Hæc tamen conſuetudo, permittens alienationem emphyteuſis irrequiſito domino, non operatur, vt vnus ex comprehenſis poſſit alienare in præiuditium alterius comprehenſi, nec vbi
3 adeſt pactum in cõtrarium in inueſtitura, vt emphyteuta non poſſit ſub pœna priuationis iuris ſui domino irrequiſito alienare, Dec. d. conſ. 208. num. 7. & ſeq. Ioan. Baptiſta Ferrett. conſ. 178. num. 15. ad not. per Ancar. conſ. 427. ſub num. 4. nam, licet conſuetudo tollat prohibitionem l. fi. C. de iure emphyt. non tamen aufert prouiſionem hominis, & tenorem in
4 ueſtituræ: quia, quando plura obſtant, vno ſublato aliud tolli non videtur, vt not. Bald. in l. 1. C. de furt. & quod notat Bart. per illum tex. in l. ſi domus. ff. de ſeruit. vrban. prædiorum, & in terminis ſuper capitulis inter Reuerendum Clerum, & Commune Vrbini tradit Caſtr. conſilio 244. Viſo, & examinato, ſub numero tertio in tertio dubio, volumine ſecundo, Gozadin. conſ. 75. num. 6. verſ. ſeptimo videſ obſtare.

LIMITATIO XXXIII.

1 EMPHYTEVTA *poteſt inſcio domino emphyteuſim pignorare, & hypothecare.*

2 *RES hypothecata in bonis illam obligantis remanet.*

3 *EMPHYTEVTA eccleſiæ poteſt & ipſe ſecundum communem opinionem inſcio domino emphyteuſim hypothecare.*

4 *RESOLVTO iure obligantis, reſoluitur hypotheca.*

5 *EMPHYTEVTA, propter pignus, aut hypothecam ſine domini conſenſu contractam, iure ſuo non priuatur, etiam ſi promiſerit in inueſtitura cum iuramento illam non obligare, ſeu hypothecare ſine domini conſenſu: condemnatur tamen ad id, quod intereſt, & hypotheca eſt ipſo iure nullà.*

6 *EMPHYTEVTA, hypothecans emphyteuſim pro tanta quantitate, vt non ſit ſpes luitionis, dicitur alienare, & propter talem hypothecã, irrequiſito domino factam, cadit a iure ſuo, ſi rem tradidit.*

LIMITATVR trigeſimo tertio, vt non procedat diſpoſitio d.l.fin.C.de iure emphyt.quã
1 do emphyteuta pignorat, aut hypothecat emphyteuſim: nam hoc poteſt facere ſine domini conſenſu, & abſq; periculo priuationis iuris ſui, vt tenet gl. in d.l.fin.in verbo Aliis vendere, verſ.Item an pignorare, per tex.in l. tutor.§.fin.ff.de pignor.act.& in l.lex.ff. de pign. quam gl.ſequuntur omnes, vt teſtatur Iaſ. d.l. fin.num.78.& poſt ipſum Grat.conſ.54.num.5.vol.1.Ripa in l.filiusfamilias.§.diui,num.90.de leg.primo, Iul.Clar.in §.emphyteuſis.quęſt.18.lib.4.ſent.recept.Gul.Reod.in tract. de reb.eccl.non alienand. de caducitate ob rei alienationem, verſ.emphyteuta quoq; num.31.pag.520.Afflict.deciſ.191.num.3.Boer.deciſ.181.numero ſecundo, Salic.in d.l. fin.numero

6.Ioan.

6.Ioan.Crot.in l.ſi conſtante,num. 94.ff. ſol. matr. & ibidem Bart. in 3.
quæſt.quintæ principalis,Caſtr.& Bald. in d. l. tutor. §. fin. ff. de pign.
actione.Neguſant.de pignorib.in ſecundo membro ſecundę partis, nu.
28.& ſeq.Spec.in §.nunc aliqua,quæſt.122.num.148.tit. de locato. Ant.
Gab.communibus opinionibus de reg.iur. 12. concluſione,num.18.Soa-
rez in ſuo theſauro recept.opin.in verbo Emphyteuta, num. 105: illa eſt
2 ratio: quia d.l.fin.non prohibet alienationem;ſed prohibet, vendi ius ē
phyteuticum, & illud in alium transferri: per pignus autem non fit hu-
iusmodi translatio : quia obligatio iſta nihil transfert, cum pignus in bo
nis obligantis remaneat, l. pignus.C. de pignorat.act. & illud non mu-
tat cauſam dominii,l. ſicut.§.ſi debitor.ff.quib.mod.pign. vt tradiderūt
DD.de Rota in deciſ.manuſcriptis,in vna Romana domorum Sancti Ro
chi coram D.Lancellocto, die 3.Iunii 1577.poſt Salic. in d. l. final. num.
82.Imol.in c.potuit.num.15.verſ.in ea gl.col.7.& Bero,num.94. de loca
to, & alios, quos citant.Et licet Spec.aſſerat,quòd poteſt emphyteuta, ſi
vult, ad cautelam domino denunciare, an ſibi velit tantam pecuniā mu
tuare,quantam a b alio inuenit:non tamen tenetur eum requirere,vt tra-
dit Ripa in l.1.num.11.ff.de pignor.& in tantum eſt vera opinio gl.vt nō
3 ſolum procedat eius dictum in emphyteuſi priuati, vt omnes cōcedunt:
ſed etiam in emphyteuſi eccleſiæ, vt tenet Salic.in d.l.fin.num.6.C. de iu
re emphyt.Negus.in d.tract.de pign.in ſecundo membro ſecundæ par-
tis,num.28.Bald.in l.lex vectigali.ff.de pignor.& poſt ipſum Grat. conſ.
55.num.13.vol.1.aſſerens ita communiter tenere doct.in l. ſi conſtante,
in 3.quæſt. tertię quæſt.principalis,ff.ſol.matr.vt etiam teſtantur Burſat.
conſ.56.num.1.vol.1.& Bero.conſ.127.ſub numero 10.in fine, & nume
ro 11.volumine primo, licet ibidem Bero.nu.12.ſentiat,bona emphyteu
tica eccleſiæ non venire in generali obligatione bonorum,niſi appareat
aliter emphyteutam voluiſſe illa obligare : de qua re diximus ī de differē
tiis inter emphyteuſim,quæ eſt priuati, & illam, quę eſt eccleſiæ, differē
tia. ratio eſt,quam aſſignat Bald.in d.l.lex vectig. quia ius, ſu-
per quo contrahitur hypotheca, eſt ius priuatum ipſius, & non ius ec-
cleſiæ, ideo non eſt ius priuilegiatum,arg.l.licitatio.§.fi. ff. de publican.
neq;hoc præiudicat eccleſię,cum reſoluto iure obligantis, reſoluatur ēt
4 hypotheca,vt inquit Bald.in d.l.lex vectigali,& tradūt alii ſupracitati do
ctores.Et in tantum vera eſt hęc communis doct.ſententia,vt emphyteu
5 ta pp pignus,ſeu hypothecam in emphyteuſi irrequiſito domino con-
tractam,non priuet iure ſuo,vt procedat ēt,ſi in inueſtitura promiſit illā
non obligare,aut hypothecare ſine domini conſenſu,ēt cum iuramēto:
quia,ſi poſtea contrafaciat emphyteuta,nec promiſſionē ſeruet:nō pro-
pterea cadit a iure ſuo:ſed condemnatur in id, q̄ intereſt iuxta communē
opi-

opinionem doct. in l.ſi quis ita.§.ea lege·p illũ tex.ff.de verb.obligat. & ẽphyteutæ imponi debet pœnitẽtia pp piuriũ. c.ſicut ex lrĩs, de ſpõſal. & quod habetur in c.præterea.eod.tit.& hypotheca, ſeu pignus impoſitum eſt ipſo iure nullum, ſeu nulla, vt tradit Alciat.in conſ.258.num.3.& 14.dicens eſſe caſum in l.ſi creditor.§.fi.ff.de diſtract.pignor.ibi, Nullam eſſe venditionem: cum enim dominus haberet ius in re, per talem promiſſionem actus annullatur, vt eſt ibi communis omnium ſcribentium ſententia, vt teſtatur Alciat.referens, quòd Bart.& Bald.in reportatis antiquis intelligunt illum tex.etiam in pacto inter dominum, & emphyteutam, allegantes d.l.fin.C. de iure emphyt.quod dicit tenuiſſe etiam Fulgoſ.in conſ.213.vbi intelligit dictum tex.procedere non ſolum in venditione, pro vt loquitur, ſed etiam in quocunq; alio onere, vel hypotheca: quia ratio differentię inter hos caſus nulla poteſt aſſignari: quam opinionem, vt emphyteuta, qui promiſit emphyteuſim non obligare, non cadat a iure ſuo propter hypothecam in ea factam cõtra promiſſionem, & ſi hypotheca ſit nulla, tenet etiam Negus: in tract.de pignor.in tertio membro ſecundæ partis, num.78.& ſeq.vbi hoc ampliat etiam, ſi emphyteuta ſub pœna priuationis emphyteuſis promiſerit emphyteuſim domino irrequiſito non hypothecare: nam per ſimplicem hypothecam nudo verbo factam non intelligitur veniſſe contra prohibitionem, niſi proceſſerit ad traditionem, quamuis aliàs hypotheca nudo conſenſu conſtituatur, per doctrinas, & iura, quæ allegat: quod diligenter nota: quia prima fronte quiſq; contrarium reſponderet, & pondera etiam diligenter verba, quibus emphyteuta promittit non obligare: quia ſi non ſint ſimpliciter prolata, ſed cum aliqua conditione, & modificatione, tunc hypotheca etiam tenet, & valida eſt, præterquam in illo caſu ſpecifico, in quo eſt prohibita, & modificata, vt tradit Grat.d conſ.54.num.8.& ſeq.& conſ.ſeq.num.16.& ſeq.vol.1.& DD.de Rota in ſupradicta deciſione coram D.Cantuccio die 21.Februarii 1575. tenuerunt, quòd prohibitio hypothecæ, vel obligationis ſub pœna intelligatur in iis caſibus, in quibus quis conſtituit hypothecã ex quacunq; cauſa, ſcilicet obligatoria, ex qua eſſet debitor, etiam ſi foret fauorabilis dotis, non autem intelligatur prohibita hypotheca, quando quis rem non ex cauſa obligatoria, ſed ex cauſa, vt adimpleantur promiſſa, in contractu conductionis hypothecaret: & ideo voluerunt, quòd pactum, vt melioramenta nõ poſſent hypothecari ſub pœna deuolutionis, non habeat locum in hypotheca melioramentorum facta ad finem, vt melioramenta fieri poſſint ad quæ facienda conductor ſe obligauerat.

6 DECLARATVR ſupradicta limitatio, vt non procedat, quando emphyteuſis fuit pro tanta quantitate hypothecata, et obligata, vt non ſit

ſit ſpes luitionis: quia tunc dicitur alienatio. l. legata §. inutiliter, & ibi Bart.ff.de ſupellect.legat.& l.qui habebat, in princ.de leg.3.per quam legem, & not.per Iaſ.in l.1.§.per ſeruũ corporaliter. ff. de acquir. poſſeſſ. ita in terminis tradit Alciat.in d.conſ.258.ſub num.1.& Gul. Reod. in tract. de reb.eccl.non alienand.de caducitate ob rei alienationem, verſ. Emphyteuta quoq. num.31.pag.520.& corroboratur ex his, quæ tradit Neguſant.in d.tract.de pignor.in primo membro tertię partis, num.27.vſq; ad 31.vbi ad multa infert, ex quibus oſtenditur, hanc hypothecam eſſe alienationem, & conſequenter, cum ſit alienatio, debet emphyteuta, hoc modo emphyteuſim hypothecans irrequiſito domino, ab ea cadere, ſi proceſſerit ad traditionem.

LIMITATIO XXXIIII.

1 EMPHYTEVTA *propter alienationem, irrequiſito domino factam cum pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem a principio contractus, a iure ſuo non cadit.*

1 LIMITATVR trigeſimo quarto, quando emphyteuſis fuit vendita cum pacto legis cõmiſſorię, vel adiectionis in diem a principio contractus, & per euentum conditionis contractus fuit reſolutus: nam tunc tale pactum excuſat emphyteutam a caducitate: quia ipſo iure reſoluitur contractus, & ipſo iure transfertur dominium, & fingitur non contractũ, ita Bald.poſt Gul.de Cun.in l.ab ẽptione, ſub num.4.ff.de pactis & ibidem Paul. de Caſtr.num.11.Iaſ.in l.fi.num.138. quæſt.21.C.de iur.emphyteut.Curt.Sen.conſ.8.viſo inſtrumento, num. 8.verſ.Sicut quãdo dicitur, Cotta in ſuis memorialibus in verbo Emphyteuta alienãs, Tiraq.de retract.conuent.§.1.gl.7.num.4.Ferdinand.Loazes in repet.l.filiusfamilias.§.diui.num.195.de leg.1. Gul. Reod. in tract. de reb.eccl.non alienandis, de caducitate ob rei aliẽnat.verſ.Emphyteuta quoq; numero 40. pag.521.

LIMITATIO XXXV.

1 *EMPHYTEUTA, irrequiſito domino alienans ſubc onditione, ſi dominus non reuocauerit, aliàs quòd res ſit inempta, iure ſuo non priuatur.*

2 *EMPHYTEUTA vendens irrequiſito domino cum pacto, vt ſi dominus non conſenſerit, teneatur venditor ad tot alia bona propria, a iure ſuo non cadit.*

1 TRIGESIMO quinto, limitatſ, qñ ẽphyteuta alienauit ſub conditione, ſi dominus non reuocauerit, alſs quòd ſit inempta, ita Iaſ. in d. l. fin. num. 145. quæſt. 27. C. de iure emphyt. Gul. Reod. in tract. de reb. eccl. non alien. de caducitate ob rei alienationẽ, verſ. Emphyteuta quoq; num. 44. pag. 523. per doctr. Bart. in l. ſi quis locuples. ff. de manumiſſ. teſtam. qui tñ Bart. in meo codice nihil de hac re loquitur. Sicuti etiam non cadit, quando actum fuit, vt, ſi dominus non conſenſerit, teneatur venditor ad tot
2 alia bona propria, Ioañ. Maria Riminald. conſ. 340. in fine. vol. 2.

LIMITATIO XXXVI.

1 *EMPHYTEUTA alienans ſine conſenſu domini ſub conditione, ſi domino placuerit, vel ſub conditione, ſi domini conſenſus acceſſerit, vel ſub alia conditione, iure ſuo non priuatur, & num. 3. & quid ſi ſequuta fuerit traditio, num. 4.*

2 *PENDENTE conditione ſupradicta, an poſſit pars vna a contractu diſcedere, & an poſt mortem vẽditoris poſſit emptor licentiã impetrare ad validandũ contractũ, remiſſiue.*

1 LIMITATVR trigeſimo ſexto, quando emphyteuta alienauit ſine domini conſenſu ſub conditione, ſi domino placuerit, vel ſub conditione, ſi domini conſenſus acceſſerit, vel quando alienauit, ſi, & in quantum de iure poteſt, & non aliter: nam per adiectioné huius conditionis excuſatur emphyteuta a caducitate, vt tenuit Alberic. in l. fin. num. 10. C. de iure emphyt. nam cum hęc fuerit conditionalis venditio, perinde eſt, ac ſi domino fuerit denunciatum, & eius cóſenſum habuiſſet, arg. l. fin. C. de fund. patrimonil. lib. 11. & l. qui abſenti §. 1. ff. de acq. poſſ. ſequuntur Ripa in c. cum M. Ferrarienſis, ſub num. 80. extr. de conſtit. Curt. Sen. conſ. 8. num. 8. Iaſ. in d. l. fin. quæſt. 26. num. 144. C. de iure emphyt. poſt Bald. quem citat, in c. 1. §. hoc quoq; in vltima col. de ſucceſſ. feud. & Aluarot. in c. 1. in princ. in vltima col. de prohib. feud. alienat. per Friderich. Gul. Reod. in tract. de reb. eccl. non alienandis, de caducitate ob rei alienationem, verſ. Emphyteuta quoq; num. 42. & 43. pag. 522. Menoch. conſ. 38. num. 17. vol. 1. Roland. a Valle conſ. 7. num. 7.
2 & 8. vol. 3. & rurſus in conſ. 63. num. 16. & 24. vol. 4. in quo conſilio habes etiam duas alias quæſtiones huc pertinentes, ſcilicet an pendente conditione pars vna poſſit a contractu diſcedere, & an poſt mortem venditoris poſſit emptor licentiam a domino impetrare ad validandum contractum. Et id, quod dictum eſt de venditione facta ſub conditione, ſi domino placuerit, vel ſi domini conſenſus acceſſerit, intelligitur etiam in
3 venditione facta ſub alia conditione, puta ſi nauis ex Aſia venerit, Bald. conſ. 9. factum tale eſt, ſub num. 1. verſ. item ſi vaſallus, vol. 1. & in l. hæc venditio, verſ. dico, quòd ſi emphyteuta. ff. de contr. empt. vbi inquit, quòd ſi emphyteuta vendidit irrequiſito domino pro pretio declarando per tertium, illo tertio non declarante, non cadit a iure ſuo: quia venditio eſt imperfecta, ſicuti etiam eſt imperfecta conditionalis venditio emphyteuſis, antequam exiſtat conditio, l. non ſolum. ff. de act. & obligat. l. cedere diem, de verb. ſignificat. & tradit etiam Tiraq. in terminis noſtris de retract. lignag. §. 1. gl. 2. num. 22. vbi alios in hanc ſententiam citat, & idē dicendum eſt de emphyteuſi vendita ad menſuram, quæ conditionalis eſt, & imperfecta ante menſurationem, Soc. Iun. d. conſ. 26. col. fin. uol.
4 1. Roland. d. conſ. 7. num. 24. uol. 3. de qua re pleniſſime tract. Didac. Cou.

lib.practi.reſolut.cap.3.Ideo emphyteuta a iure ſuo non cadit, etiam ſi
rem tradiderit conditione pendente, cum non poſſit dici dominium
4 translatum; quia per conditionis pendentiam alienatio adhuc non di-
cebatur valida,ſeu perfecta,vt docet Roland.d.conſ.7.num.12. vol. 3. per
tex.in c.ſuper eo.de condit. appoſ. & ibi doct.& per doctr. Soc. Iun. in
conſ.94.num.17.vol.2.& in conſ.26.col.fin.vol.1.Quod tamen eſt intel-
ligendum,niſi res tradita eſſe locus munitiſſimus,vel difficilis recupera-
tionis propter potentiam aduerſarii:nam tunc emphyteuta ob rei tradi-
tionem,conditione pendente factam,caderet a iure ſuo, cum per tradi-
tionem ſit facta durior domini conditio, & præſumatur in fraudem, &
ad illuſionem domini alienatio conditionaliter concepta, Bald.conſ.95.
mortuo Gregorio,ſub num. 1.vol.3.cum aliis, quos citat Tiraq.d.§. 1.gl.
2.num.32.de retract.lignag.cuius dictum hoc modo intelligendum eſt
cum doct.quos citat,in iſtis terminis loquantur iuxt. doctr. Bart. in l. nõ
ſolum.ff.de lib.legat.& faciunt, quæ dicam in ſeq.limitatione.

LIMITATIO XXXVII.

EMPHYTEVTA *alienans ſaluo, & reſeruato conſenſu domini cum clauſula, Nec aliter, nec alio modo, a iure ſuo non cadit ſecundum communem, etiam ſi rem tradiderit, niſi emphyteuſis alienata, & tradita ſit difficilis recuperationis propter potentiam aduerſarii, vel niſi res alienata ſit locus munitiſſimus.*

LIMITATVR trigeſimo ſeptimo,quan-
1 do emphyteuta alienauit ſaluo,& reſeruato
conſenſu domini cum clauſula, Nec aliter,
nec alio modo: quia per talem proteſtatio-
nem emphyteuta a priuatione iuris ſui de-
fenditur,etiam ſequuta traditione vera,vel p
conſtitutum,ita tenet Bald.loquens in vaſal-
lo,in c.1.§.fin.num. 5. in fine, Quæ fuerit
prima cauſa beneficii amittendi. quem
etiam in emphyteuta tali modo alienante ſequũtur communiter doct.

vt

vt teſtatur Ripa in c.cum.M.Ferrarienſis,ſub num.80.verſ. ſecundo intellige,extr.de conſtit.Roland.a Valle conſ.51.nu. 30.vol.2. Menoch.cõſ. 38.num.21.& 22.vol.1.Burſat.conſ.26.num.1.vſq; ad 4.vol.1. Iul. Clar. in §.emphyteuſis,quæſt.13.verſ.item quæro.lib. 4.ſent.recept: quam ſentẽtiam amplexi ſunt etiam Iaſ.in d.l.fi.de iure emphyt.num.143.quæſt.25. Cotta in ſuis memor.in verbo Emphyteuta alienãs irrequiſito domino, Soc.conſ.251.ſub num.4.col.5.vol.2.Pariſ.conſ.6.nu.24.vol.4.Gul.Reod. in d.tract.de reb.eccl.non alienandis,de caducitate ob rei alienationem, verſ.emphyteuta quoq;,num.41.pag.522.Felin.in c.quæ in eccleſiarum, num.85.& 86.extra,de conſtit.Guid.Pap.deciſ.163.Curt.Sen.conſ.8.nu. 4.Hermonat.Det.in repet.l.non ſolum.§.morte,num.97.ff.de no.operis nunciatione.& ibidem Rub.Alex.ſub num.321.Afflict.in c.1.de prohib. feud.alienat.per Friderich.notab.24.num.56.in fine, & num. ſeq. Neuiz. conſ.12.col.11.verſ.facit,Abbas in capitulo ſecundo, numero 10. extra, de feud.Alex.conſ.3.in primo vol.quem refert Grammatic. deciſ.49. nu. 5.licet atteſtetur ibidem,per conſilium fuiſſe deciſum,emphyteuſim alienatam ſaluo conſenſu domini, & cum clauſula, Nec aliter, nec alio modo,fuiſſe deuolutam,cum in illo caſu tradita fuerit poſſeſſio:quod etiam tenuit Pariſ.conſ.86.num.14.& ſeq.vol.1.Bero.conſ.120.num.3.vſq;ad 8. vol. 1. qui ſentit,emphyteutam,qui ſupradicto modo alienauit, cadere a iure ſuo,ſi venditionem domino non denunciauit antequàm tradat poſſeſſionem,cuius ſententiam ſequuntur etiam alii, quos citat Roland. d. conſ.51.num.30.vol.2.quę ſententia videtur confirmari ex not. a Tiraq. de retract.lignag.§.1.gl.2.num.32.ſed in iuditio difficile eſſet ſecundum hác opinionem obtinere,cum communis opinio ſit in contrarium,& ſecundum ipſam etiam in Rota Mantuana fuerit iudicatum, vt affirmat Burſat.d.conſ.26.num.3.vol.1.Obtineret tamen locum hæc poſterior opinio, quando emphyteuſis alienata cum dicta clauſula, Saluo,& reſeruato conſenſu dñi Nec alr,nec alio mõ,fuerit vere tradita, & eſt difficilis recuperationis propter potentiam aduerſarii, vel ſi res alienata ſit locus munitiſſimus: quia tunc domini deterior conditio facta eſt, vt declarat Ripa in d.c.cum M. Ferrarienſis, ſub numero 80. de cõſtit. Felin. in d. capitulo quæ in eccleſiarum, numero 85. de conſtit. Ant. Rub. in d. §. morte, numero 320. Grat. conſilio 147. numero 16. volumine ſecundo, Roland. a Valle conſilio 51. numero 36. volumine ſecundo.

LIMITATIO XXXVIII.

1 EMPHYTEVTA *vendens irrequiſito domino, & non tradens, a iure ſuo non cadit ſecundum communem doct. ſententiam, quæ tamen declaratur num. 3. & 4.*

2 *AB opinione communi in iudicando, & conſulendo recedendum non eſt.*

DECLARATVR 38. qñ ẽphyteuta vẽdidit ſed nõ tradidit ẽphyteuſim. nã tunc, ſi non ſit ſequuta traditio, emphyteuta iure ſuo non priuatur, licet celebrauerit contractum alienationis: quia verbum, Vende-
3 re cum effectu eſt accipiendum l. 1. ff. Quod quiſq; iur. c. relatum. extra de cleric. nõ reſident. de pœn. diſtinct. 1. §. hæc autem verba. Nec dicitur perfecta venditio ante traditionem. §. venditæ, inſtit. de rerum diuiſ. c. cum Ioannes, prope principium, extra, de fide inſtrument. per quæ iura ita tenet Spec. in §. nunc aliqua, quæſt. 95. num. 118. de locato, ſequitur Iaſ. in d. l. fi. num. 132. quæſt. 19. C. de iure emphyt. & ibidem Alberic. in fine, & Salic. num. 19. qui rationem aliam addit: quia, vbi non interuenit traditio in contractu venditionis, nudo conſenſu ab ea receditur, & pro non facta habetur, l. ab emptione, in principio. ff. de pact. quorum ſententię accedit Boer deciſ. 112. num. 5. Ruin. conſ. 7. num. 5. vol. 2. Hier. Gab. conſ. 83. n. 13. & ſeq. Curt. Sen. conſ. 8. num. 10. Alc. conſ. 479. nu. 44. Alex. conſ. 173. n. 2. vol. 2. Tiraq. de conſtituto, 26. limit. n. 1. Ferd. Loazeſ in repet. l. filiusfamilias. §. diui. n. 115. de leg. 1. Bald. conſ. 9. factũ tale eſt, col. 2. ſub n. 1. vol. 1. Caſtr. in l. 1. §. ſi rẽ depoſitã. ff. depoſ. Guid. Pap. deciſ. 101. & 162. Dec. conſ. 460. col. 3. verſ. non obſtat. Rub. Alex. in repet. l. non ſolum. §. morte. num. 318. ff. de no. oper. nunciat. Ruin. conſ. 160. in fine, vol. 4. & in conſ. 57. col. 2. vol. 5. Fulgoſ. conſ. 11. num. 1. Ioan. Andr. Paul. de Liazar, & Ant. de Butrio in c. potuit, extr. loc. quos vna cum multis aliis recẽſet, & ſequitur Tiraq. de retract. lign. §. 1. gl. 2. num. 45. inquiens vniuerſam prope ſcribentium cohortem tenere, emphyteutam ex ſola venditione non cadere, niſi proceſſerit ad traditionem: ex quibus auctoritatibus conſtat, hanc eſſe cõmunem opinionem, quam etiam communem teſtantur Alex. in l. ſi a me ſub num. 4. uerſ. ſecundo limitari, ff. ad l. falcid. Iaſ. in d. l. fin. nu. 132. Curt. Sen. in d. conſ. 8. numero decimo, Marſil. ſingulari 412. plures ſunt Iul.

Clar.in §.emphyteuſis,quæſt.13.verſ.ſed nunquid Imol.in d.c.potuit nu.
49.de locat.Neguſant.in tract.de pignor.in primo membro ſecundæ par
tis,num.79.Roland.a Valle conſ.51.num.21.vol.2.Gul.Reod. in tract. de
reb.eccl.non alienand.de caducitate ob rei alienationem,verſ.Emphyteu
ta quoq; num.6.pag.515.Quamuis Imol.in d.c.potuit,& Roland.d.conſ.
51.num.18.verſ.quia tota vis,vol.2.& non nulli alii,quos refert Tiraq. de
retract.lignag.d.§.1.gl.2.num.44.contrariam opinionem,quòd emphy-
teuta ex ſola venditione cadat a iure ſuo etiam,ſi non ſit ſequuta traditio
ſectati ſint,freti ea ratione,quia l.fin.de iure emphyt.loquitur de vendi-
tione,nec declarat neceſſariam eſſe traditionem:Ideo, cum hoc non ex-
prexerit,ſtandum eſt in ſimplici diſpoſitione iuris,& eò præſertim, quia
venditio ſatis dicitur facta cum effectu,ex quo pure facta eſt,cum ſolo cõ
2 ſenſu perficiatur,inſtit.de oblig.quæ ex conſenſu, circa principium. Sed
retenta communi opinione;a qua in iudicando,& conſulendo receden-
dũ non eſt,vt per doct.in c.1.extr. de conſtit. & in l. vnica. ff. de offic. q̃ſt.
per Bart.& alios,in l.2.C.de pen.iudic.qui male iudic.& per multos alios,
quos citat Alphan.in ſuis collect.120; declara primo,eam non procede-
3 re, vbi venditio facta eſt cum clauſula conſtituti,vel precarii:quia tunc,
cum in emptorem per conſtitutum tráſferatur poſſeſſio, emphyteuta iu
re ſuo priuatur, vt diximus ſupra in trigeſima ampliatione huius cauſæ
priuationis intelligendo,vt ibidem. Secundo declara non procedere,
4 vbi inſtrumentum venditionis factum eſſet in domo,vel in fundo aliena
to,& ſic in conſpectu rei,cum clauſula,dedit,vendidit, & tradidit: quia
tunc in emptorem transfertur dominium,& poſſeſſio,vt docet Bart.in l.
prædia,in 2.oppoſitione,& ibi Alex.col.pen.verſ.nota.ff. de acquir. poſſ.
Bart.in l.2.C.de acquir.poſſeſ.Angel.in §.actionum.col.5.inſtit. de actio-
nib.Corn.conſ.142.col.2.verſ.non obſtant,vol.3.Ideo emphyteuta ob di
ctam alienationem iure ſuo priuatur, vt poſt Aret. in conſ. 41. col. pen.
verſ.ſecundo præmitto,& Fulgoſ.in conſ.2.verſ.& dato quod conſtitutũ,
tradit Roland.a Valle d.conſ.51.num.31.vol.2.

LIMITATIO XXXIX.

EMPHYTEUTA, ſi poſt alienationem, irrequiſito domino factã,
1 *requirit de conſenſu emptoris dominum, an velit emere pro eodem pre*
tio, & obtinet licentiam ab eo vendendi, cuicunq; voluerit, pro eodem
pretio, pœnam euitat, & quomodo hoc ſit intelligendum.

LIMITATVR trigeſimo nono, quando em-
phyteuta alienauit irrequiſito domino, & poſt
alienationẽ de conſenſu emptoris requiſiuit
1 dñm, an velit emere ꝑ eodẽ ꝑtio, & ipſe dedit
licentiã, ut ꝑ dicto ꝑtio, cuicũq; vult, vendat:
nã ex quo cõſenſit, vt poſſit vẽdere, videt̃ ẽt cõ
ſenſiſſe, vt poſſit vẽditionẽ factã retinere, arg.
l. ſi qs. §. irritum. ff. de iniuſt. irrit. teſtam. quod
ibidem Caſtr. num. 4. dicit eſſe verum, ſi ipſe
dominus tempore, quo conceſſit licentiam, ſciebat venditionem eſſe fa-
ctam: quia tunc videtur renunciare pœnæ commiſſæ, arg. l. 2. in princ. ſi
quis caut. & l. penult. de lege commiſſor. ſecus ſi ignorabat: quia non eſt
verisimile, quod ſi ſciuiſſet dominus, pœnam iam commiſſam remiſiſſet
cum facilius quis pœnam incurrendam, quàm iam commiſſam remittat
ſequitur Alex. in conſ. 146. num. 8. vol. 5. Marin. Frecc. de ſubfeud. Baron.
lib. 2. quæſt. ii. Pro qua diſtinctione facit id, quod dicam de cauſa priua-
tionis ob non ſolutum canonem, uigeſima prima limitatione, in prima
declaratione illius limitationis.

LIMITATIO XXXX.

DOMINVS poſt alienationem ab emphyteuta, ipſo irrequiſito factã
1 *recipiendo ſcienter canonem ab emptore, dicitur caducitatem remitte-*
re, niſi prius inſteterit coram iudice, declarari bona eſſe deuoluta ob
dictam cauſam, vel aliter ipſe hoc declaraſſet.

LIMITATVR quadrageſimo, quando poſt alienationem, ir
1 requiſito domino factam, dominus ſcienter recepit canonem
ab emptore, quia priuatio emphyteuſis ob alienationem, ſine
licentia factam, incurritur domino volente, Alex. conſ. 106. nũ.
4. uol. 4. Corn. conſ. 115. uol. 1. Ruin. conſ. 143. nu. 14. uol. 1. & dñs, ita re-
cipiendo canonem ab emptore, dicitur declaraſſe, nolle eſſe locum ca-
ducitati ob alienationẽ, abſq. eius licentia factam, ut docet Alex. in conſ.
113. nu. 3. uol. 4. & ſequuntur Berò. conſ. 116. numero 12. uol. 1. Curt. Sen.
conſ. 81. col. fin. Riminald. conſ. 249. n. 49. quẽ refert Ceph. conſ. 222. nu.
2. uolumine 2. niſi tamen dominus prius inſteciſſet coram iudice, decla-

rari bona eſſe deuoluta ob alienationem, vel aliter declaraſſet velle em phyteuſim eſſe deuolutam: quia tunc poſtea concedendo licentiam alienandi, non dicitur priuationem incurſam ob alienationem remiſiſſe, vt declarat Ceph.d.conſ.222.num.16.cum ſeq.& num.22.& ſeq. cum nō ſit veriſimile, vt poſt ius quæſitum voluerit ſibi præiudicare arg.l. cum de indebito.ff.de probat.

LIMITATIO XXXXI.

1 EMPHYTEVTA *propter alienationem, irrequiſito domino factam, quamuis cadat ab emphyteuſi, non tamen cadit a pacto eam redimendi.*

1 DECLARATVR quadrageſimo primo, vt ēphyteuta propter alienationem, irrequiſito domino factam, non cadat a pacto redimendi, quamuis cadat ab emphyteuſi, item vt nō cadat a naturali eius poſſeſſione, vt dicam infra de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem in trigeſima octaua, & trigeſima nona limitatione diſtinguendo, vt ibidem, cum paria ſint canonem non ſoluere, & emphyteuſim irrequiſito domino alienare, c.potuit.de locato: vbi Ancar.num.8.Soc.conſ.208.num.5. vol.2.Alex.conſ.106.ſub num.4.vol.4.Ruin.conſ.166.nu.13.vol.1.

LIMITATIO XXXXII.

1 HAERES *poteſt alienare ſine conſenſu eccleſiæ fundum, ſuper quo teſtator legauit 12. denarios annis ſingulis ſoluendos.*

1 DECLARATVR, 42.qñ aliquis legat eccleſiæ 12.denarios annis ſingulis ſoluendos ſuper aliquo ꝑdio: qa hęres pōt prædiū illud alienare ſine conſenſu, & requiſitione eccleſiæ: qa nō habet ab eccleſia l. nihil.§.1.de leg.1.l. libert.§.1.ff.de ānu.leg.p q̄iura ita tradit Spec.in §.nūc aliqua, q̄ſt.118, n. 144. de loc.& ſequit Alber.in d.l.fin.num. 13.C.de iure emphyt.

LI-

LIMITATIO XXXXIII.

1 *EMPHYTEVTA inueſtitus de pluribus rebus vno, & eodem inſtrumento, & ſub vno canone, ſi denunciat domino, & ipſe reſpondeat, ſe nolle emere totum tenimentum, ſed vnam rem particularem, poteſt totum tenimentum impune vendere.*

1 LIMITATVR quadrageſimo tertio, quando emphyteuta fuit inueſtitus ab vno, vel pluribus dominis de vno tenimento plurium rerum, in quo ſunt quàmplurimæ, & diuerſæ poſſeſſiones vno, & eodem inſtrumento, & ſub vno canone, & poſtea denunciauit domino, vel dominis, an velit, ſeu velint emere illud tenimentum, & ipſe ſeu ipſi reſpondent, ſe nolle emere totum tenimentum, ſed vnam rem particularem: nam tunc impune vendere poteſt, cũ non teneatur in illa ſola re particulari dominum pferre, vt docet Guid. Papa. deciſ. 508. per totam illam deciſionem, quæ incipit, Pone aliquis.

1 *EMPHYTEVTA ob alienationem, irrequiſito domino factam, a iure ſuo nõ cadit, ſi fuit initũ pactũ inter dominũ, & emphyteutã, vt pp hoc nõ poſſit expelli.*

1 DECLARATVR quadrageſimo quarto, quando fuit initum pactum inter dominum, & emphyteutã vt ipſe ob alienationem, irrequiſito domino factam, non poſſit expelli: quia huiuſmodi pactum valet, & emphyteuta ſine licentia alienando a iure ſuo non cadit, Specul. in §. nunc aliqua, quæſt. 89. num. 112. tit. de locato, & ibi Ioan. Andr. in addit. Iaſ. in l. 2. num. 118. C. de iure emphyteut. & faciunt, quæ dicam infra de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem, limitatione ſecunda.

QVAESTIO PRIMA.

DOMINVS facta alienatione ab emphyteuta, qui erat vltimus in linea, an teneatur emptorem renouare pro ſe, filijs, & nepotibus, an vero non poſſit cogi ad renouandum, niſi pro tempore, quo erat emphyteuſis apud venditorem duratura.

1 *NEMO plus iuris poteſt in alium transferre, quàm ipſe habeat.*

2 *FINITO iure datoris, finitur ius ſucceſſoris.*

3 *MVLTA ſponte fiunt, quæ poſtea non arctant inuitum.*

4 *DOMINVS tenetur nouum emphyteutam inueſtire pro ſe, filijs, & nepotibus, vt fuerat inueſtitus alienans.*

5 *RECIPIENS emphyteuſim ob eccleſia ſua pecunia, cenſetur illam recipere, vt poſſit eum vendere alteri (niſi eccleſia voluerit pro eodem pretio) cui fiat renouatio pro ſe, filijs, & nepotibus, & ſecundum formam conſuetam.*

6 *ACTVS interpretatur factus ſecundum conſuetudinem facientis.*

CERTI iuris eſt, quòd facta alienatione tit. donationis, aut premutationis, aut venditionis de conſenſu domini, dominus non poteſt emphyteutæ nouo inueſtituram denegare. Ideò quęro primò, ſi alienat emphyteuta, cuius ius non erat duraturum, niſi vſq; ad eius mortem, quia alienans eſt vltimus in linea, an dominus teneať nouum emphyteutam renouare pro ſe, filiis, & nepotibus vſq; in tertiam generationem iuxta conſuetudinẽ eccleſię, quomodo acquirens vult renouari, an vero nõ poſſit cogi ad renouandũ, niſi pro tẽpore, quo erat ẽphyteuſis apud alienantẽ duratura: prima fronte videť reſpondendũ, dominũ nõ teneri ad renouandũ, niſi ꝓ illo tẽpore, quo erat ẽphyteuſis duratura apud ipsũ alienantẽ: nã, licet poſſit ẽphyteuta donare, ꝑmutare, & de dñi cõſenſu ẽphyteuſim vẽdere: tñ nõ põt plus iuris in acq̃rentẽ trãsferre,
1 q̃ ipſe habeat, l. nemo plus iuris, de reg. iur. l. traditio. ff. de acquir. rerũ domin. cũ ſimilib⁹, idcirco, cũ ius alienãtis nõ ſit duraturũ, niſi vſq; ad ei⁹ mortẽ, licet alienatio iure ꝑmittẽte ab ẽphyteuta fiat: nõ videť tñ, vt poſſit, aut debeat producere effectũ, niſi vſq; ad tẽpus mortis alienãtis: nã fini

2 to iure datoris,finitur ius ſucceſſoris,l.lex vectigali.ff.de pignor.l.4.§.ſed
& Marcellus.ff.de in diem adiect. & lex iniungit domino, vt conſentiat
emphyteutæ alienanti, & recipiat in emphyteutam acquirentem, recce-
pta quinquageſima parte prætii,non autem vt concedat ius pinguius, q̃
haberet venditor,ſeu ius duraturum longiori tempore,quoniam hoc nõ
cauetur in l.fin.C.de iure emphyteut. neq; in c. potuit. de locato, idcirco
videtur,vt dñs non teneať acquirentẽ renouare pro ſe,filiis,& nepotibus
vſq; in tertiã generationẽ:quia eſſet veriſimiliter emphyteuſis longiori
tẽpore duratura apud ipsũ:nã acquirens forte eſt iuuenis, & habet mul-
tos filios,& alienans eſt vltimus in linea,& ſenex:& licet dñs cõſuetus ſit
de hac emphyteuſi inueſtire acquirentes,pro ſe filiis,& nepotibus:tamen
non videť trahenda eius cõſuetudo ad casũ,quo nollet inueſtire: quoniã
multa fiunt,q̃ nõ arctãr inuitũ poſtea,ad not.per Bart,& alios in l. ſi cer-
3 tis annis.C.de pact.per gl.Bart.& doct.in l.ſolent,in fine. ff. de offic. Pro-
conſul.Sed prædictis non obſtantibus cõmunis obſeruantia, & veritas,
eſt,vt eccleſia,ſeu dñs teneať emphyteutã nouũ inueſtire pro ſe, filiis, &
nepotib. vt fuerat inueſtitus alienãs,& vt ſolet emphyteuſis alienata aliis
concedi,vt in terminis tradit Corn.conſ.250.in hac conſultatione,vol.3.
& poſt ipſum Rot.Bononienſis deciſ.87.aſſerens,hoc idẽ voluiſſe Bene-
dict.de Benedict.in c.potuit.de locato.& Bald.in auth. ſi quas ruinas, C.
de ſacr.eccl.& Gozad.conſ.75.nu.18.nã ſtãte q eccleſia eſt cõſueta inue-
ſtire de hac emphyteuſi pro ſe,filiis,& nepotibus,illa conſuetudo ab ipſa
eſt ſeruanda,cum contractus ceſeantur geſti ſm̃ ea,quæ ſunt cõſueta fie-
ri,& ita interpretanť, vt in eis cõſueta intelligantur. Ideo ille, qui recipit
5 emphyteuſim ſua pecunia ab eccleſia,cenſetur illam recepiſſe, vt poſſit
eam vendere illi, cui per eccleſiam fiat renouatio pro ſe filiis, & nepoti-
bus ſm̃ quod eſt conſuetũ arg.l.quòd ſi nolit. §.aſſidua.ff.de ædil.edict.l.ſi
prius.ff.de aq. quotid.& æſti.l.licet.C.locati.ſua enim intereſt ita contra
here:quoniã poterit emphyteuſim lõge plus vẽdere,q̃ alius poſſet: nã em-
6 ptor recuſat emere,niſi renouatio hoc mõ fiat,vt experiẽtia docet,& act⁹
interpretať factus ſm̃ conſuetudinẽ facientis,l.ſi ſeruus plurũ.§.fi.de leg.
1.l.cũ alimẽta.in princ.ff.de aliment.leg.Nec obſtat, q non reperiať iure
cautũ,vt debeat fieri ſimilis renouatio,& vt reſoluto iure datoris, finitus
ſit ius accipientis,vt fuit ſ͠ in contrariũ dictũ: qm̃ nõ procedunt vbi cõ-
ſuetudo eſt in contrariũ,& dñs ex plurib⁹ cauſis cogitur renouationẽ fa
cere,& inter alias cauſas renouandi oritur neceſſitas renouandi ex conſue
tudine,vt poſt Bald.cõſiderat Rot.Bonon.d.deciſ.87.in fine.Nec obſtat,
q id, q fit gratis, & ſponte, nõ debet trahi ad neceſſitatem,quia eodem
mõ reſpõdeť,q nõ ꝓcedit,vbi adeſt cõſuetudo, ex qua interp̃tať cõtract⁹
q ceſeť celebrat⁹ iux.cõſuetudinẽ diſponẽtis,vt inqt Cor.loco ſ͠ citã fine.

col.penultima, verſ.verum quia dixi, & Franciſ. Curt. in tract. eodem de feud. in 4. parte principali, verſ. quinto & vltimo: pro qua re Titaq. dicit etiam facere tex. in c. porrò. ibi. Æquali pretio, tit. Qualiter olim feud. alien. poterat. vbi dominus, qui poteſt redimere feudum alienatum, debet reddere idem pretium, & quod & ibi notant, Bald. Martin. Laudens. & alii, id limitantes, niſi appareret de fraude: multi enim (inquit Bald.) vt
3 Tiraq. refert, pretio confingunt in fraudem aliorum: quę etiam limitatio colligitur ex d.l.fin.C.de iure emphyt. ibi Re vera: & id, quod dictum eſt, emphyteutam non teneri minuere de pretio, quod ab alio offertur, intelligitur, niſi aliter fuerit conuentum, vt not. Salic. in d.l. fin. de iure
4 emphyt. num. 3. & docet Bald. in conſ. 306. verba inueſtituræ, vol. 1.

QVAESTIO III

1 EMPHYTEVTA *poſt venditionem celebratam pro tanto pretio, an poſſit ante traditionem illud minuere, vel augere ad præiuditium domini.*

1 TERTIO q̄ro an, emphyteuta poſt venditionē celebratam pro tanto pretio, poſſit ante traditionem illud minuere, vel augere ad prę iuditium domini, vel vt minus laudemii conſequatur, vel vt maius pretium ſoluat, ſi ipſe vult emere, & prę ferri: & breuiter reſpondeo: neutro caſu fieri poſſe prę iuditium domino, cui iam quęſitum ius erat, vt docet Tiraq. in tract. de retract. lignag. §. 1. gl. 18. num. 57. poſt Gul. de Cun. & Alber. quos citat in l. iuriſgentium. §. adeo. ff. de pact. licet alii aliter diſtinxerint, vt eſt videre apud Tiraq. loco ſupra citato.

QVAESTIO IIII.

1 S*I emphyteuta affirmat, ſe alienaſſe de licentia domini, & dominus hoc neget, emphyteutæ onus hoc probandi incumbit.*

1 QVÆRO quarto, ſi emphyteuta affirmet, ſe
alienaſſe de licentia domini, & dominus hoc
neget, cui incumbat onus probandi. & quo-
modo probetur. Reſpondeo emphyteutæ hoc
onus incumbere: quia licentia alienandi eſt
2 quid facti, q̃ facta nõ pſumunt̃ niſi ꝓbent̃, l. ve
rius, ff. de probat. l. ſi emancipati. C. de collat. &
in l. quęſitum. §. conſilio. ff. de curat. furioſi. l. q̃-
cunq; §. 1. ff. de public. action. l. 1. C. de probat. l.
in bello. §. factæ. ff. de capti. & poſt limin. reuerſis. quę ſolita eſt ab omnib.
ad hoc propoſitum allegari, licet hoc non probet ille tex. vt Soc. Iun. ſcri-
bit in rubr. de no. oper. nunciat. num. 83. & in conſ. 67. num. 37. in fine
vol. 2. Et poterit emphyteuta per duos teſtes, & omne aliud genus proba
3 tionis idonæ hoc probare, ad tradita per Bald. in c. 1. in principio. num.
3. de conſuet. recti feud. Afflict. in c. 1. num. 53. de prohib. feud. alienat. per
Lothar. per Fulgoſ. conſ. 11. num. 2. & Alciat. conſ. 136. ſub num. 2. vbi etiã
4 numero quarto, inquit, hoc probari, ſi in libro licentiarum domini re
periatur licentia annotata, vt tradit etiam Frãciſ. Burſat. conſ. 44. numero
24. vol. 1. & licet licentia debeat præcedere alienationem, ne emphyteu-
5 ta iure ſuo priuetur ad not. ſupra in trigeſima nona limitatione: tamen
mea quidem ſententia ſatis erit ad excuſandum emphyteutam a caduci-
tate, ſi emphyteuta probet ſimpliciter, ſe obtinuiſſe licentiam a domi-
no alienandi, ſi e contra dominus non doceat, licentiam fuiſſe datã poſt
alienationem factam: quia cum poſſit eſſe, vt licentia fuerit ante aliena-
tionẽ & poſt alienationẽ cõceſſa, pſumit̃ in dubio, ꝙ licẽtia vendẽdi alie
nationẽ pceſſerit, ad notata per Bart. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de
no. oper. nunciat. vbi vult, quod ſi in certo loco, vel tempore actus põt
6 eſſe licitus, & factus impune, præſumitur geſtus eo tempore, quo pote-
rat fieri licite, & impune: de quo etiam per doct. in capitulo auditis. de
præſcrip. per Corn. conſ. 119. num. 7. vol. 3. per Alex. conſilio 70. volumi-
ne primo, numero quarto, & Alciat. de præſũpt. reg. 3. præſumpt. prima
7 numero ſecundo. Veruntamen hæc alienandi, ſeu hypothecandi licen
tia emphyteutę conceſſa ex dicto domini illam concedentis ad tertii pręｰ
iuditium non probaretur: nam, ſi emphyteuſis, quæ ex pacto, aut ſta-
8 tuto non poteſt hypothecari ſine domini licentia, fuerit obligata pluri
bus diuerſo tempore, dummodo accedat conſenſus domini, quo caſu
ſe-

ſecundus creditor, qui prius impetrauit licentiam a domino, præfertur
primo creditori, cui emphyteuſis fuit prius obligata, ſed poſt ſecundum
creditorem impetrauit licentiam, ad not. per Marin. Frecciam in tract.
de ſubfeud. Baron. quæſt. 30. lib. 2. vt etiam late docet Burſat. conſ. 44. nu.
21. verſ. ſexto loco vſq. ad finem illius conſilii, & conſ. ſeq. vol. 1. & primus
creditor vellet ex dicto domini probare, ſibi prius fuiſſe datam licentiã
obligandi emphyteuſim, nihil ageret, vt tradit Alciat. d. conſ. 136. ſub nu.
2. & ſeq. per id, quod notant doct. Angel. & Paul. de Caſtr. in l. 1. & 3. ff. de
10 ſolut. vbi, ſi debitor ſoluit creditori, non poteſt ex poſt facto declarare
intentionem ſuam, in quam cauſam velit illam ſolutionem venire in pre-
iuditium tertii, & quia non debet admitti teſtimonium domini in præ-
11 iuditium conductoris, cum alioquin non admittatur inueſtiens in teſtẽ
in cauſa feudi, c. 1. §. ſi duo. de pace tenend. vbi Bald. in vſib. feud. & dicit
facere, quod dicitur de donatore in l. & ſi ad te, C. de falſiſ. vbi Petr. Cyn.
12 Angel. & Salicet. & de venditore, qui non admittitur ad perhibendum
teſtimonium in cauſa rei uenditæ, quamuis non teneatur de euictione,
ut per Ant. Abbat. & alios in c. inſuper. extr. de teſtib. ſicuti etiam non ua
13 let confeſſio cedentis ad præiuditium ceſſionarii, cui iam ius quæſitum
eſt, vt notatur in l. facta. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. Spec. in §. primo. num. 4.
verſ. ſed nunquid ſola confeſſio, tit. de ceſſione act. Alex. conſ. 46. nu.
14 4. vol. 5. Quinimo iſta licentia ad prejuditium ſecundi creditoris, qui
plene, & per teſtes probat, ſe impetraſſe licentiam ſibi hypothecandi
emphyteuſim, non probaretur ex ſimplici chyrographo domini illam
concedentis, ad not. per Paul. de Caſtr. in conſ. 134. in cauſa ſer Ludouici
Bertini, vol. 1. & per Neguſant. in tract. de pignorib. in ſecundo membro
quintę partis. num. 47. De qua re vide etiam Burſat. d. conſ. 44. num. 23. &
ſcito, illud certum eſſe, quòd, ſi primus creditor aſſerat prius ſibi de li-
centia domini fuiſſe emphyteuſim obligatam, & agat aduerſus ſecun-
dum creditorem, cui pariter de licentia domini res fuit obligata, tene-
tur non ſolum probare licentiam, ſed prioritatẽ licentię, Alciat. d. cõſ.
136. ſub num. 4. nam qui agit, ſeu allegat prioritatem, ſeu poſterioritatẽ
tenetur illam probare Neguſ. de pignor. in d. ſecundo membro quintæ
15 partis, num. 43. verſ. quinto quęritur. Nec etiam probaretur licentia alie-
16 nandi ad prejuditium eccleſiæ ex dicto Prælati, qui ſolus non
habet adminiſtrationem, ſi prælatus diceret, ſe
emphyteutæ illam conceſſiſſe, vt
tradit Bero. conſ. 122.
num. 10. vol.
primo.

QVÆ.

QVAESTIO V.

1 *VERBA aſſertiua domini, aſſerentis emphyteuſim ad eum eſſe deuolutam propter alienationem irrequiſito domino factam, & inueſtientis alterum ex dicta cauſa, deuolutionem non probant, & num. 3. vbi hoc declaratur.*

2 *PRINCIPI non creditur, ſi atteſtetur per ſuas litteras, vel priuilegium, quod talis fuit proditor ſuus, & quòd propter hoc feudum, quod ipſe tenebat, ad ſe rediјt,*

QVÆRO quinto, an probetur, emphyteutam alienaſſe ſine licentia domini ex verbis aſſertiuis domini directi inueſtientis alterum ex dicta cauſa, & aſſerentis, bona ad eum eſſe deuoluta propter alienationem ipſo non requiſito factam. Reſpondeo, hoc ex dictis verbis aſ-
1 ſertiuis domini non probari, niſi aliter appareat, emphyteutam alienaſſe: nõ poteſt enim dominus per verba narratiua priuare emphyteutam iure proprio, niſi culpa probetur, ſicut nec Princeps poteſt ſine cauſæ cognitione feudum vaſallo ſuo auferre: alias eſſet in poteſtate Principis, aut domini priuare aliquem iure ſuo ſine cauſa ex ſola narratione: quod abſurdum videtur, vt tradunt Abb. in c. quę in eccleſiarum, in princip. & Felyn. pag. 6. ſecundũ quod eos refert, & ſequitur Dec. in conſ. 410.
2 num 11. vbi etiam ipſe nũ. anteced. ſcriptum reliquit, quòd nec Regi, nec Principi creditur, ſi atteſtetur per ſuas litteras, vel priuilegium, quòd talis fuit proditor ſuus, & quòd propter hoc feudum, quod ipſe tenebat, ad ipſum dominum rediit, & quòd illud alteri concedit, quia teſtificatur in cauſa propria, in qua nullus eſt idoneus teſtis, l. nullus. ff. de teſtib. cum ſimilibus. & facit quod tradit Ancar. conſ. 44. primo de viribus nu. 6. vbi
3 ſcriptum reliquit, quòd non pręiudicat aſſertiò domini directi in renouatione, quòd bona ſint deuoluta ob non ſolutum canonem, ſi in libris cenſualibus apparent ſolutiones vſq; ad tempus renouationis. Quamuis

autem

autem uerba aſſertiua domini inueſtientis non probent ad præiuditium tertii, bona eſſe ad ipſum deuoluta ob alienationem factam ipſo irrequiſito, ut ſupra eſt dictum, probãt tamen inter ipſum dominum, & inueſtitum: nam uerba narratiua probant inter partes contrahentes, l. optimá. C. de contrah. empt. l. Publia. §. fin. ff. depoſ. & ibi per Bart. l. quidam. de probat. & in terminis tradit Grat. conſ. 96. num. 23. & ſeq. uol. 1.

QVAESTIO VI.

1 *CVI permiſſum eſt, vt vendendo poſſit alteri præiudicare, videtur etiã permiſſum, vt poſſit hypothecando præiudicare.*

2 *NON debet ei, cui, quod plus eſt, licet: id, quod minus eſt, nõ licere.*

3 *PROHIBITA venditione intelligitur prohibita hypotheca.*

4 *CONTRARIORVM eadem eſt diſciplina.*

5 *PERMISSO fine videntur permiſſa, quæ tendunt ad finem.*

6 *VENDITIONIS appellatione non venit proprie hypotheca, ſed ex interpretatione.*

7 *VENDITIONE permiſſa ad præiuditium alterius, non intelligitur permiſſa hypothecatio.*

8 *VERBA in contractibus proprie accipiuntur.*

9 *LICENTIA alienandi eſt ſtrictiiuris, & ſtricte interpretatur, & ſolum locum habet in caſu expreſſo.*

10 *ARGVMENTVM a maioritate rationis non valet, vbi agitur de tollendo impedimento iuris prohibitiui.*

11 *DISPENSATIO facta cum aliquo, vt poſſit tranſire ad archiepiſcopatum, non habet locum in epiſcopatu.*

12 *DISPENSATIO circa vnum impedimentum, ad aliud non porrigitur.*

13 *LICENTIA alienandi non trahitur extra terminos, in quibus licentia alienandi conceditur.*

14 *IS, cui data eſt licentia vendendi feudum, non poteſt illud hypothecare.*

15 *CAVSAE cognitio pro vendendo diuerſa eſt ab obligatione.*

SEXTO

SEXTO quæro, ſi ex forma inueſtituræ conceſ
ſa eſt licentia vendendi emphyteutæ, etiam in
præiuditium alterius comprehenſi, vt hodier-
nis temporibus communiter fiunt inueſtitu-
ræ in ciuitate Vrbini, an emphyteuta poſſit rẽ
hypothecare in prȩiuditium alterius compre-
henſi, de qua re olim fui interrogatus, quia
quidam receperat emphyteuſim ab eccleſia
pro ſe, filiis, & nepotibus cum pacto, vt vnus
ex comprehenſis poſſit illam venderé in præiuditium alterius comprehẽ
ſi, & pater plura debita contraxit cum hypotheca ſuorum bonorum, de-
inde deceſſit relictis filiis ex inueſtitura vocatis, qui repudiata eorum pa-
tris hæreditate, nolebãt creditoribus de emphyteuſi ſatisfacere, ex aduer-
ſo allegantibus ipſis, potuiſſe patrem illam ad præiuditium filiorum com
prehenſorum obligare propter pactum in inueſtitura appoſitum. prima
fronte videbatur reſpondendum ad fauorem creditorum, ex quo cautũ
erat in inſtrumento, vt vnus ex comprehenſis in inueſtitura poſſit aliena
1 re in præiuditium alterius comprehenſi: nam cui permiſſum eſt, vt vendẽ
do poſſit alteri præiudicare, videtur etiam permiſſum, vt poſſit hypothe-
cando præiudicare, vt tradit gl. in l. 2. C. de patrib. q filios diſtrax. & Bald.
& Salic. ibidem, dum concludunt, quòd pater, qui poteſt ex diſpoſitione
2 illius legis filium vendere, multo magis poteſt illum pignorare, quia nõ
debet ei, cui, quod plus eſt, licet; id, quod minus eſt, non licere l. non de-
3 ber, de reg. iur. c. cui licet. tit. eodem, in 6. pro qua re facit, quòd ſicut
prohybita vẽditione intelligitur prohibita hypotheca, l. fin. C. de reb.
alien. non alienand. cum ſimilibus: ita permiſſa venditione ad præiuditiũ
4 alterius, debet intelligi permiſſa hypotheca, vt contrariorum eadem ſit
5 diſciplina, gl. & doct. in rubrica. ff. de acquir. poſſeſſ. l. fin. §. fin. de leg. ter-
tio, & vt, permiſſo fine, videantur permiſſa media, quȩ tendunt ad finem,
arg. l. Oratio. ff. de ſponſalib. ſed præmiſſis, & ſimilibus in contrarium ad-
ductis non obſtantibus reſpondi tunc, vt in præſentia quoq; reſponden
dum puto, filios, non hæredes patris obligantis emphyteuſim, non tene
ri creditoribus de illa ſatisfacere, cum illa non ſit hȩreditaria, ſed ex pa-
cto: quæ, licet poſſit etiam de iure communi hypothecari: nihilominus
reſoluitur hypotheca mortuo emphyteuta, qui illam obligauit, l. lex ue-
ctigali. ff. de pignorib. & ibidem Bald. & alii, ut dixi etiam ſupra de diffe-

ntiis

rentiis inter emphyteuſim hęreditariam, & illam, quæ dicitur ex pacto
lib.2.differentia Nec propter pactum, vt vnus poſſit vendere ad
præiuditium alterius, diſpoſitio iuris cōmunis erat alterata: quia permiſ-
ſum erat, vt vnus poſſit vendere in præiuditium alterius, & appellatione
6 venditionis proprie non venit hypotheca, ſed ex interpretatione, vt dicit
gl.in d.l.fin.C.de reb.alien.non alienand.& ibidem Cyn. & Bald. Salicet.
& communiter doct. vt teſtatur Soc.in conſ.75.num.2. vol.1. & poſt ipsū
Arius Pinel. in l.1.in 3.parte, num. 18. c. de bon. mater. vbi quāplures in
hanc ſententiam citat: quam etiam communem fatetur Vaſq; de ſucceſſ.
7 creat.§.10.ante num.73.verſ.Deniq; quod ſupra, licet eam damnet. Ideo
permiſſa venditione ad præiuditium alterius, non intelligitur permiſſa
hypothecatio, quę cum omiſſa ſit in pacto, non cenſetur permiſſa, l. cū
prętor.ff.de iudic.& remanet hypotheca in diſpoſitione iuris communis
arg.l.commodiſſime.ff.de lib.& poſthumiſ.& l.ſi extraneis ff. de condit.
8 inſtit. nec ſi permiſſum eſt, quod eſt maius, intelligitur permiſſum, quod
eſt minus, tum quia in contractibus verba proprie accipiuntur, l.quicqd
aſtringendę, vbi doct.ff.de verb.obligat.& proprie alienationis nomine
9 hypotheca non continetur, vt eſt dictum, tum quia licentia alienādi, vel
ſaltem eius executio, tanquam diſpenſatio, ſeu ſublatio impedimenti, eſt
ſtricti iuris, & ſtricte interpretatur, & ſolum habet locum in caſu expreſ-
ſo, vt docet Marin.Freec.de ſubfeud. Baron.lib.2.quæſt.7. & cōſtat ex ĭis,
quæ tradidimus ſupra in multis ampliationibus huius cauſę priuationis,
10 & præſertim ampliatione octaua, & anteced. & vbi tollitur impedimen-
tum iuris prohibitiui, ſeu ſit diſpenſatio ſuper iure prohibitiuo, non pro-
cedit argumētum a maioritate rationis, Abbas in c.atſi clerici §.de adulte
riis.col.3.de iudic.Hoſt.& Felin.in c.poſtulaſti. nu.9.de reſcriptis, & ſi id,
11 quod eſt maius permittatur, nō propterea intelligitur permiſſum, quod
eſt minus, arg.tex.in c.fin.de poſtulat.prælat.vbi diſpenſatio facta cū ali-
quo, vt poſſit tranſire ad archiepiſcopatum, non habet locum in epiſco-
12 patu: diſpenſatio enim circa vnum impedimentum ad aliud non porrigi
tur, vt not.Bart.in l.cum propter.de leg.præſtand.Ancar.in c.diligentia,
in 3.notab. de elect.quem refert, & ſequitur Dec.in conſ.610.num.5. li-
13 centia enim alienandi non trahitur extra terminos, in quibus licentia cō
ceditur, Dec. conſ. 395.num.2.etiam ex maioritate rationis Bero.in cōſ.
123.num 17.uol.1.& probatur ex aliis multis ſimilibus cōgeſtis ab Octa-
14 uian.Simoncel.in tract de Decretis. lib.1.tit.1.num.92.uſq; ad 96.& in ter
minis in feudo, ut is, cui data eſt licentia uendendi feudum, non poſſit
illud hypothecare, poſt Andr.in c.imperialem, in 4.col.num.5.& ſeq. de
prohib.feud.alienat.per Friderich.& ibidem Afflict.in 12.notab. nu. 10.

tradit

14 tradit Marin.Frec.de ſubfeud.Baron.lib.2.quæſt.9.ex forma enim verbo
rum,& ſonitu vocis,aliud eſt vendere,& aliud ē obligare,& cū ſit vtrūq;
prohibitum,non debet poſſe obligare, cui permittitur vendere:quia do
minus hoc non conceſſit:nam dum permiſit venditionē,cauſæ cogni
tionem adhibuit pro vēdendo,quæ diuerſa eſt ab obligatione,vt eſt tex.
in l.ſi pupillorum·§.ſi prętor.de reb eorum.vbi res pupilli obligari non
15 poteſt ex decreto prætoris permittētis, venditionem;namdiuerſa eſt cau
ſæ cognitio in vtroq;l.magis puto.§.item prætor:eod tit.ibi Item prætor
æſtimare debebit, vtrum vēdere,an obligare permittat:& tamen plus eſt
vendere,quàm obligare.Ideo pariter dicendum eſt ī propoſito quæſtio-
nis,quòd ex pacto,& facultate attributa,vt quis poſſit in præiuditium al-
terius comprehenſi alienare, non intelligatur conceſſa facultas hypothe
candi ad præiuditium alterius,ex inueſtitura vocati,concluſio igitur ſit,
quòd etiam vbi emphyteuſis fuit cōceſſa cum pacto,vt vnus poſſit alie
nare in præiuditium alterius,ſi fuit hypothecata,reſoluto iure obligātis
per eius mortem, reſoluitur, & ipſa hypotheca,niſi etiam ſit dictum,
vt poſſit vnus alienare, & hypothecare in præiuditium alterius com-
prehēſi,vt vidi cautum in multis inueſtituris in patria mea Vrbini :nam
tunc ſupradicta concluſio non procederet,ſi appareret,ꝙ obligans uo-
luerit etiam bona emphyteutica obligare ad pręiuditium alterius ad tra
dita per Bero.in conſ.127.num.11.cum pluribus ſeq.& ferre per totū cōſ.
vol.1.De qua re late dixi ſupra lib.5. de auctoritate emphyteutæ in re em
phyt.auctoritate. Vbi etiam admonui diligenter ꝑpendēda eſſe verba in
veſtiturę:qa in multis dicit quòd pater poſſit alienare, & hypothecare,
ad præiuditiū filiorum,& nepotum,& filii ad ꝑiuditiū nepotū:& iſto ca
ſu frater non poſset alienare nec hypothecare,ad ꝑiuditium fratris,nam
iſte caſus,tanquam omiſſus,remanet ſub diſpoſitiōe iuris communis.vt
dixi ibidem,vbi etiam habes aliam quæſtionē huc pertinētem,an hęres
illius, qui hypothecauit emphyteuſim,& potuit illā hipothecare ad præ
iudicium alterius comprehenſi,teneatur emphyteuſim a nexu pignoris
liberare:quam ponit Specul.in §.nunc aliqua. quæſt.143.num.170.tit.de
locato.& redeundo,vnde digreſſi ſumus,non obſtant ſupra in contrariū
adducta:quia permiſſa alienatione,non intelligitur permiſſa hypotheca
in materia ſtricte interpretanda,vt patet ex ſupra deductis:quę etiā ſicut
in materia reſtringibili,& pœnali alienatione prohibita nō intelligitur
ipſa prohibita,Negus.in tract.de pignorib.in tertio membro ſecundæ
partis num.73.ita in eadem materia reſtringibili non debet intelligi per
miſſa, alienatione permiſſa.nec iſto caſu habet locum d.reg.Non debet
cui,de reg.iur.vt ſupra eſt dictum.

X QVESTIO

QVÆSTIO SEPTIMA.

1 PActum in inueſtitura appoſitum, vt emphyteuta poſſit cuicunq; voluerit alienare, an ſicut operatur, ut emphyteuta poſſit domino irrequiſito alienare, operetur etiam, vt vnus ex comprehenſis poſſit alienare ad præiudicium alterius, ita vt alter emphyteuta ex inueſtitura uocatus poſt mortem illius, qui alienauit, non poſſit emphyteuſim uendicare.

2 LEX generaliter, & indiſtincte loquens, generaliter, & indiſtincte debet intelligi.

3 RES ſubiecta fideicommiſſo non poteſt alienari ad præiuditium fideicommiſſarij conditione pendente.

4 QVANDO grauato per fideicommiſſum datur licentia alienandi explicite, vel implicite, alienatio valet irreuocabiliter ad præiuditiū fideicommiſſ.

5 LICENTIA alienandi data a domino tempore contractus, non intelligitur data ad præiuditium alterius comprehenſi.

6 EMPHYTEVTA, & vaſallus poſſūt alienare requiſito domino tamē eorum alienatio non valet in præiuditium aliorum comprehenſorum, quin mortuo alienante poſſint emphyteuſim, vel feudum vendicare, præſertim vbi ſecundus receptor, non primus, alienauit.

7 EMPHYTEVTA poteſt donare, & permutare ſine conſenſu domini donatio tamen, ſiue permutatio alijs comprehenſis non præiudicat.

8 LICENTIA alienandi remittit requiſitionem, quæ debet fieri domino, ſed non operatur, quoad præiuditium aliorum.

9 IN ſtipulationibus in dubio id, quod minimum eſt, intelligitur cōceſſum.

10 FILII & nepotes ſtipulantis emphyteuſim pro ſe, filijs, & nepotibus, dicū tur habere emphyteuſim ab eccleſia, non ab ipſo ſtipulatore.

11 QVI non poteſt facere per ſe ipſum, nec poteſt per alium facere.

12 PACTVM continens idē, quod ius commune, ſeu ſtatuti diſpoſitio, nihil operatur cōtra ius commune, vel ſtatutum, ſed ſolum dicitur eorū admonitio.

13 EMPHITEVTICVS cōtractus nō habet propriam naturam, ſed illā, quā ex tenore inueſtituræ aſſumit.

QVÆRO ſeptimo, ſi in inueſtitura fuit ſimplr cautū vt ēphyteuta poſſit, cuicūq; voluerit, alienare, ā ſicut operatˀ iſtud pactū, vt ēphyteuta poſſit ēphyteuſim irreqſito dño alienare, vt dixi ĩ i prima limitatione huius cauſę priuationis, opereť ēt, ꝙ vnus ex cōprehē ſis poſſit alienare ad pręiudiciū alterius, ita vt alter ēphyteuta, ex inueſti-

tura vocatus, poſt mortem illius, qui alienauit, nõ poſſit ad emphyteuſim
admitti: Ruin. in conſ. 165. num. 7. cum ſeq. & in conſ. 213. num. 7. & ſeq.
vol. 4. ſcriptum reliquit, quòd ex huiuſmodi licentia emphyteuta poterit
alienare etiam ad præiuditium aliorum comprehenſorum, & inquit hoc
probari ex l. fin. C. de iure emphyt. & c. potuit, de locato. vbi dicitur indi
ſtinctè, quòd, ſi dominus requiſitus dixerit pro eodem pretio nolle eme
re, licebit alteri vendere, & quòd tunc non prohibetur alius acquirere, &
cum ibi non dicatur, vt per mortem alienantis reſoluatur alienatio, neq;
vt alius poſſit rem vendicare mortuo alienante, debet indiſtinctè intelli
2 gi: quia loquitur indiſtinctè l. 1. §. generaliter, de leg. pręſtand. nam ſecũ
dum ipſum Ruin. ſi ſolum duraret alienatio ad vitam alienantis, conſen
ſus domini non eſſet neceſſarius: quia ſolum eſt requirendus in alienatio
ne perpetua, & non in temporali, in qua locum non habet d. l. fin. sm̃
Caſtr. & alios, quos citat in l. vſufructu, in fine. ff. ſol. matrim: licet aliud ſit
in feudo ſecundum ipſos. & infert, quòd ipſi ſic volunt expreſſe, quòd,
vbi alienat emphyteuta cum conſenſu domini, ſit perpetua alienatio, &
quòd alienante mortuo, ceſſat reſolutio, & quòd ad vitam valeat, etiam ſi
conſenſus domini nõ interueniat: quod etiam perſuaderi ſatis inqt Rui.
ex eo, quòd dñs omnibus emere volẽtibus eſt præferẽdus, & hac de cau
ſa eſt requirendus d. l. fin. & c. potuit, quemadmodum ergo, ſi pro eodem
ptio dñs emeret, non videt̃ conſonum, quòd ab illo res poſſit auferri
alienante mortuo; quia ſi hoc eſſet, tex. veriſimiliter hoc expreſſiſſet arg. l.
vnicæ. verſ. ſin autem, C. de caduc. toll. ita in alijs emptoribus, qui in hoc
a domino non differunt. Mouetur præterea Ruin. quia, quando licentia
alienandi conceditur ab initio, & tempore receptionis, emphyteuſis dici
tur concedi cum hac modificatione, vt res poſſit libere alienari, & vt ad
alios tranſeat, ſi non ſequatur alienatio, & hoc poteſt fieri tempore cõceſ
ſionis, cum comprehenſis in inueſtitura nondum ſit aliquod ius quæſitũ
perfectè: quia tempore, quo conceditur alienandi licentia, contractus nõ
erat perfectus, l. ſi is, qui, & ibi per Bart. & doct. de teſtam. Ideo per hanc
licentiam non dicitur præiudicari alicui in iure quæſito re, vel ſpe; ſed ſti-
pulatio pro ſe, filiis, & nepotibus, & quòd deueniat de vno in alterum, di
citur veſtita, & informata a dicta licentia alienandi, ita vt acquiratur ius
ipſis filiis, & nepotibus ſub illa conditione, Si non alienabitur, ſicut vide
3 mus, quòd res ſubiecta reſtitutioni fideicõmiſſi nõ poteſt alienari in præ
iuditiũ fideicommiſſarii, cõditione pendente l. fin. §. ſed quia C. cõmun.
de legat. & tamen, ſi a principio, quando quis grauatur per fideicõmiſſũ,
4 det̃ grauato licẽtia alienãdi explicite, vl' ĩplicite, alienatio valet irreuocabi
liter ad p̃iuditiũ fideicõmiſſ. p ea, q̃ habẽt ĩ l. Titius ad Treb. & ĩ auth. cõ
tra cũ rogatus. C. eod. tit. q̃ p̃ſerti iqt Rui. p̃cedere ĩ ẽphyteuſi de nouo q̃-

ſita per plures,in qua adſit etiam pactum, vt de vno in alterũ reuertatur;
quia in hac emphyteuſi ex ſui natura ius accreſcendi locum non habet,c.
1.de duobus fratribus a capit. inueſtit. Bart. in l.ſi mihi,& Titio.ff.de ver.
obligat.& licet ex pacto hoc expreſſe ſit actum: iſtud tamen non eſt ex na
tura, ſed potius contra naturam ipſius actus. Vnde licentia alienadi non
poteſt intelligi,& ĩterpretari, vt fieri poſſit alienatio cõſentiẽtibus aliis,
ſicut interpretatur ex natura actus in emphyteuſi paterna, in qua inter fi
lios de ſui natura habet locum ius accreſcendi, etiã ſi non ſit dictũ; quia
iſto ſecundo caſu conſenſus aliorum non eſt ſecundum naturam actus
neceſſarius, quando per vnum alienatur emphyteuſis de conſenſu domi
ni,ex quo ex natura actus non habet locum ius accreſcẽdi, nec debet attẽ
di pactum, vt emphyteuſis de vno in alterum reuertatur.quia hoc non
contingit ex natura actus;ſed potius contra naturam, & per accidens, vt
conſiderat Ruin. Ideo, ſi licentia intelligitur sm̃ naturam actus, iſto ca
ſu poteſt fieri alienatio irreuocabiliter, quæ per mortem alienantis non
reſoluatur, & ſic vt præiudicet aliis:nam cum licentia concesſa a lege con
currit etiam licentia alienandi conceſſa ab homine tempore inueſtituræ,
& conceſſionis;ideo alienatio debet eſſe irreuocabilis;quæ aliàs reuocari
potuiſſet,ſi vna ſola licentia de alienando interueniſſet:quia fortior eſt du
plex,& geminata licentia, quàm ſimplex; ſicut e contra illud, quod non
eſt reuocabile,non reuocatur ex ſola voluntate hominis:ſed ex voluntate
illius mixta cum voluntate legis inducitur reuocatio, sm̃ Bart.in l. Titia,
la vlt.§.fin.de leg.2.& alios, quos idem Ruin.citat in d.conſ.213.num.8.
vol.1.Sed præmiſſis non obſtantibus contrariam ſententiam, vt per ſim
5 plicem licentiam alienandi tempore contractus,non intelligatur conceſ
ſa facultas alienandi ad præiuditium alterius comprehenſi amplectendã
cenſeo,vt in terminis tenuit Alex.in conſ.106.vol.4.& Ioãn.Baptiſta Fer
rett.conſ.78.ſub num.5.verſ.Circa ſecundum punctum, Ruin.ſibi con
trarius in conſ.169.verſ.ſed præmiſſis non obſtantibus.num.12.& ſeq.
vol.1.quorum sñia probatur primo quia licentia alienandi nihil aliud
operatur, niſi quòd emphyteuta volens alienare,non tenetur dominum
requirere, vt dictum eſt ſupra in prima limitatione huius cauſæ priuatio
nis,& ſic illa licentia alienandi a principio conceſſa,remittit ſolum requi
ſitionem,quæ requiſitio etiam ſi fuiſſet facta,etiam ſi a principio actum
nõ eẽt,vt poſſet alienare,ẽphyteuta poſſet alienare ẽphyteusĩ d.l.fi.de iu.
ẽphyt.ſed clari iuris ẽ,ꝙ, licꝫ ẽphyteuta,vł vaſallus poſſit alienare reqſito
dño:tñ talis alienatio nõ valet ad ꝑiuditiũ aliorũ cõꝑhẽſorũ, qn mortuo
6 alienãte poſsit ẽphyteusĩ vẽdicare,ẽt ſi alienatio ſit facta cũ cõſẽſu dñi,vt
ẽ caſus in c.1.de aliena.feud.paterni,ſaltẽ vbi ſecũdꝰ & nõ primꝰ receptor
aliẽat,Alex.d.cõſ.106.n.8.& cõſ. ſeq.uol.4.Soc.Iu.cõſ.72.n.35.vol.1.facul

tas ergo

tas ergo alienandi non efficit, quo minus mortuo alienante poſſint alij
comprehenſi emphyteuſim vendicare, cum valeat ſolum alienatio do-
nec viuit ipſe alienans. l. peto §. predium. de leg. 2. gloſ. in d. c. 1. de alienat.
7 feud. paterni. Quod ẽt probatur ex eo, quòd emphyteuta pōt, donare, &
permutare ſine conſenſu domini, doct. cōiter in d. l. fin. de iure emphyt.
& in d. c. potuit. de locato, & in l. ſi domus. §. fin. de leg. 1. nam emphyteu-
ta dictis caſibus habet licentiam a lege, & tamen per hoc non pōt com-
8 prehenſis in inueſtitura præiudicare. Ideo licentia alienandi remittit re-
quiſitionem, quæ fieri debet domino. ſed non operatur quo ad præiudi-
tium aliorum ſecundum Imol. & Alex. in d. l. ſi domus. §. fin. de leg. 1. ſi-
cut ergo, quando emphyteuta habet licentiam alienandi a lege, non pōt
alienando aliis èx inueſtitura vocatis præiudicare. ità non debet poſſe
preiudicare, quando habet licentiam alienandi a domino, nam dicta li-
centia alienādi eſt ſtricti iuris, & ſtricte interpretatur, vt dixi ſupra in ante
cedenti quæſtione Ideo cum poſſit duobus modis intelligi, uno mo-
do, vt poſſit emphyteuta ſine requiſitione domini alienare, alio modo,
vt poſſit ẽt ſine conſenſu uocatorum alienare, interpretanda eſt, vt intel-
ligatur conceſſa primo modo, vt in dubio in hac ſtipulatione, quod mi-
9 nimum eſt, intelligatur conceſſum. l. ſemper in ſtipulationibus. de reg.
iur. & arg. l. 2. §. ſi quis a principe. ff. ne quid in loco publico. cum ſimili-
bus, & vt interpretatio fiat contra alienantem, qui ſe fundat in licentia ſi
bi conceſſa, l. veteribus. ff. de pact. & etiam, vt illa licentia reſtringatur
ex natura rei, & actus, ſuper quo interponitur, & intelligatur, vt valeat tā-
tum in vita alienantis, ſi fiat ſine conſenſu aliorum comprehenſorum, vt
10 declarat Alex. in d. conſ. 106. ſub. num. 3. Quæ ſententia confirmatur ex
eo, quòd filij, & nepotes dicuntur habere emphyteuſim ſtipulatam ab
eorum p̄re pro ſe, filijs, & nepotibus ab eccleſia, ſeu domino concedente,
& non ab eorum p̄re, vt tenet Specul. in tit. de locato. §. nunc aliqua. verſ.
78. Federic. de ſen. conſ. 228. Bald. in l. item videndum. §. nunc videamus. ff.
de petit. hęredit. Dyn. Alberic. Angel. & paul. de Caſtro in l. apud Iulia-
num. §. ſi quis alicui. de leg. 1. quos oēs una cum multis alijs refert, & ſe-
quitur Dydac. Couar. idem affirmans cap. 18. ſub num. 2. verſ. tertio con
cluſio lib. 2. uariarum reſolut. ſi ergo dominus, qui conceſſit emphyteu-
ſim non ſolum patri ſtipulatori, ſed filiis, & nepotibus, dedit illam ipſis
ita, vt propter alienationem ab ipſis, domino irrequiſito factam, non poſ
ſit auferri, vt potuiſſet, niſi conceſſa eſſet alienandi licentia in inueſtitura,
d. l. fin. C. de iure emphyt. pariter dicendum eſt, quòd ita uoluerit filiis, &
nepotibus dare, vt propter eandem alienationem pater filio, nec filius
nepoti poſſit auferre, cum non ſit ueriſimile, quòd velit alium poſſe, q̄
ipſe concedens non vult poſſe, & quòd reuocationem rei conceſſę pro-

pter alienationem, quam a ſe abdicat concedens etiam reſpectu filiorum,
& nepotum, & omnium vocatorum, dando licentiam alienandi, velit in
manu alterius ponere, vt vnus alienando poſſit alteri rem ab eo conceſsã
auferre, arg. not. in c. poteſt quis per alium, de reg. iur. in 6. nam ſicut qui
11 non poteſt facere per ſe ipſum, non poteſt facere per alium. ita quod non
vult per ſe ipſum poſſe fieri, non videtur per alium velle poſſe fieri, arg. l.
multum intereſt. C. ſi quis alteri, vel ſibi. Nec obſtat, quòd, quando conce
ditur a principio licentia alienandi, concurrat licentia legis cum licentia
hominis, ideo alienatio debet eſſe irreuocabilis, quæ alias reuocari potu
iſſet, ſi vna ſola licentia alienandi interueniret: quia fortior eſt duplex, &
geminata licentia, quàm ſimplex, vt conſiderat Ruin. d. conſ. 213. num. 8.
vol. 1. quia, cum licentia hominis ſit idem cum licentia legis, licentia ho-
minis, non dicitur hominis licentia, ſed expreſſio licentia legis, arg. l. qui
mutua. C. de pact. pign. ſicut per d. l. inquit. Roland. a valle in tract. de lu-
cro dotis. queſt. 96. num. 17. quod pactum continens idem, quod ius cõ
12 mune, ſeu ſtatuti diſpoſitio, nihil operatur vltra ius comune, vel ſtatutũ.
ſed ſolum dicitur eorum admonitio. Et quamvis res, quæ prohibita eſt
alienari per legem, poſſit certis caſibus alienari; non tamen poſſit, ſi cum
prohibitione legis concurrat prohibitio hominis, vt conſiderat Ruin.
hec tamen ratio non vrget: nam illud eſt ex eo quia conſtat, hominem, &
legem noluiſſe poſſe alienari; ſed in propoſito noſtro eſt ſecus: quia tan
tum abeſt, vt conſtet, vt ſit permiſſa alienatio ad præiuditium comphre
ſorum, vt non ſit veriſimile, quod intelligatur permiſſa, vt ex ſupra addu
ctis conſtat. Non obſtat aliud argumentum Ruin. ſumptum ex d. l. fin. ad
probandum, quod alienatio in dominum non eſſet perpetua, & quòd
idem dicendum eſt in aliis emptoribus, qui a domino in hoc non diffe
runt: quia hoc non exprimitur in d. l. fin. C. de iure emphyt. ſed ſolum di-
ſponitur, vt emphyteuta teneatur dominum requirere, & ei vendere pro
illo pretio, quod ab alia re vera offertur, ſi dominus velit emere. ideo, an
alienatio ſit reuocabilis, vel non remanet in diſpoſitione aliarum legum
arg. l. commodiſſime de lib. & poſthum. & ſi verum eſſet argumentum
Ruini, ſequeretur, quòd ſemper alienatio eſſet irreuocabilis contra omnes
doct. Ad alias rationes Ruini ex ſupradictis patet reſponſio. ideo ãplecten
dã cẽſeo opinione Alex. q̃ ẽt puto verã in ẽphyteuſi a plurib. recepta cũ
pacto iuris accreſcẽdi. qa pactũ illud inducit naturã in ẽphyteuſi, cũ con
tractus ẽphyteuticus nõ habeat ꝓpriã naturã: ſed illã, q̃ ex pacto, & teno
13 re iueſtituræ aſſumit l. 1. & 2. C. de iure emphy. §. adeo. inſtit. locat. & vtro-
biq; p doct. Natt. cõſ. 49. nu. 18. & eadẽ rõnes militãt in iſto caſu, q̃ mili-
tãt ĩ ẽphyteuſi paterna, ĩ qua loqͥͭ Alex. d. cõſ. 106. vol. 4. vt ẽt ſibi cõtrarius
tenuit Rui. d. cõſ. 169. nu. 12. & ſeq. iũctis iis, quę ib. tradit nu. 2. & ſeq. uol. 1.

Poſſet

Poſſet tamen amplecti contraria opinio, ubi ex uerbis licentiæ alienandi colligi poſſet, actum eſſe, ut ſequentes comprehenſi admittantur ad emphyteuſim, ſi illa tempore, quo debent admitti, non reperietur alienata per ea, quæ tradit Corn. conſ. 140. vol. 2. ſecundum cuius dicta intelligendus eſt. Gozad. in conſ. 25. num. 19. & Ant. Gabr. lib. 3. de iure emphyt. concluſ. 2. num. 54. iuxta doctr. Bart. in l. non ſolum. §. ſi liberationis. num. 7. ff. de liber. legata.

AN aūt dominus poſt alienationem factam eo irrequiſito, & priuationem incurſam poſſit propria auctoritate poſſeſſionem bonorum deuolutorum apprehendere, dicam in ſequenti cauſa priuationis ob non ſolutum canonem in fine, quæſt, 12. cum alijs ſequentibus. Vbi vide, & ſcias, quòd, vbi emphyteuſis alienatur ab emphyteuta non reſeruato canone, nec iure directi dominij, & eius poſſeſſio traditur, competit domino remedium l. final. C. de acquir. poſſeſſ. quia poſſeſſio ciuilis exiſtens penes dominum interuertitur, vt firmauerunt DD. de Rota in vna Romanæ domus coram D. Blanchetto, ſub die 25. Octobris. 1574. allegant Bald. in titulo de contr. inter dominum, & empt. feudi. numero ſecundo. Alex. conſil. 85. numero 2. volumine ſexto. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem. numero 47. inſtit. de act. etiam ſi ab alienante ſoluatur cenſus, arg. l. Pomponius. ff. quemadmod. vſusfr. amit. quo caſu ſemper cōpetit remed. d. l. final. Corn. conſil. 228. per totum, vol. 2. & allegant etiam Caſſad. in ſpetie. qui loquitur in emphyteuta.

DE CAVSA PRIVATIONIS OB NON SOLVTVM CANONEM.

EMPHYTEVTA *priuati ceſſans per triennium, & emphyteuta*
1 *eccleſiæ per biennium in ſolutione canonis, cadit a iure, quod in emphyteuſi habet.*

DECIMA QVINTA ex cauſa emphyteuta
iure ſuo priuatur ob non ſolutionem canonis, nam receptiſſima, & notiſſima eſt concluſio, quòd emphyteuta tenetur domino directo canonem, ſeu penſionem illi debitam ſol-
2 uere. Ideo, ſi emphyteuta priuati per trienniū, & emphyteuta eccleſiæ per biennium integrum ceſſauerit in ſolutione canonis, cadit a toto iure, quod habet in re ſibi in emphyteu-

ſim conceſſa, ita vt vtile dominium conſolidatur cum directo, & domino directi applicatur, vt ſunt tex. aperti in l.2. C. de iure emphyt. & in auth. qui rem. C. de Sacr. eccleſ. & in c. potuit. extr. de locato. quibus in locis ordinarie tractatur materia, & tradit Iaſ. in d. l.2. num. 96. Corn. in conſ. 187. ſub num. 1. vol. 1. qui hanc communem teſtatur. Soc. iun. conſ. 111. in princ. vol. 2. Cotta in ſuis memorialibus in verbo emphyteuta priuati, Cagnol. in d. auth. qui rem. num. 18. Alex. conſ. 120. num. 2. vol. 5. Ruin. conſ. 110. num. 1. & conſ. 167. num. 10. lib. 1. Soc. conſ. 118. in principio vol. 4. Ioán. Faber Inſtit. de locato. & cond. §. adeo. ſub num. 5. Ferrat. cautela 20. num. 1. Ant. Rub. in repet. l. non ſolum. §. morte. num. 290. ff. de no. operis nunciatione. Hippol. Riminald. conſ. 94. num. 1. Matth. de Afflict. in tract. protomiſeos in ſeptimo notabili num. 22. Roman. conſ. 127. poſito quod, in princ. Didac. Couar. variarum reſolutionum lib. 3. cap. 7. ſub num. 1. verſ. ex hac vero differentia, Iul. Clarus in §. emphyteuſis. quæſt. 8. lib. 4. ſent. recept.

AMPLIATIO PRIMA.

1 EMPYTEVTA *ceſſans in ſolutione canonis cadit a iure ſuo, etiam ſi ſuper hoc nullæ pactiones inter ipſum, & dominum interuenerint.*

1 PRIMO ampliatur, vt emphyteuta iure ſuo priuetur ob non ſolutionem canonis, etiam ſi ſuper hoc nullæ pactiones interuenerint inter ipſum, & dominum. nam propter canonem per biēnium, aut triēnium non ſolutum emphyteuſis redit ad dominum directum, etiā citra omnem conuentionem ex ſola natura emphyteuſis, vt notat Iaſ. in d. l.2. C. de iure emphyt. in 4. notab. num. 4. & ibidem Salic. in princ. & Albericus num. 1. Corn. conſ. 219. ex duplici capite, in princ. vol. 2.

AMPLI-

AMPLIATIO SECVNDA.

1 EMPHYTEVTA *propter non ſolutum canonem iure ſuo priuatur, etiam ſi dominus in emphyteuſim concedens ſimpliciter, & generaliter promiſſerit emphyteutam non expellere.*

1 SECVNDO Ampliatur, vt emphyteuta per non ſolutionem canonis iure ſuo priuetur, etiam ſi dominus in emphyteuſim cōcedens ſimpliciter, & generaliter promiſerit emphyteutā non expellere: nam iſta promiſſio generalis de non expellendo emphyteutam, intelligitur eo ſoluente, & ſeruante ea, ad quæ ex natura cōtractus tenetur, & dicitur habere in ſe tacitā conditionē, ſi emphyteuta nō fecerit tale qd, propter quod licitum ſit domino eum expellere, arg. l. quæro. §. inter locatorem ff. locati. per quem tex. ita in terminis noſtris notat Iaſ. in d. l. 2. in 8. notab. numero trigeſimo quarto & Salic. numero tertio & Alberic. numero quinto C. de iure emphyteut. Signorell. de Homod. in repetit. l. vbi ita donatur. numero vndecimo ff. de donat. cauſa mortis. Imol. in dicto capitulo potuit: extr. locati. numero quinquageſimo ſeptimo prope finem illius numeri, & ibidem Anton. de Butrio numero vndecimo.

AMPLIATIO TERTIA.

1 EMPHYTEVTA *propter non ſolutionem canonis iure ſuo priuatur, etiam ſi a domino directi non fuerit interpellatus, vt canonem ſolueret.*

2 DIES *tacita a lege ſubintellecta ita interpellat, & conſtituit in mora, ſicut dies expreſſa.*

AMPLIA-

1 AMPLIATVR quarto, vt emphyteuta per nõ ſolutionem canonis a iure ſuo cadat, etiam ſi res in emphyteuſim conceſſa eſſet magni valoris, & penſio eſſet minima, puta vnius nummi. Bald.num.3.Bart.num.5.Iaſ.num.16.vbi teſtatur ita tenere doctores comuniter in d. auth. qui rem.C.de ſacr.eccleſ.Ripa in l.fin.C.de reuocand.donat.num.130.qui pariter hanc comunem teſtatur, vt etiam affirmat Dec.in d. auth. qui rem num.18.Iaſ.in d.l.2.num.53.C. de iure emphyt.Ruin.cõſ. 167.num.10.vol.1. Tiraq. de retract.conuentionali.§.4.gloſ.6. num.26. in fine Barbat.conſ.26.in fine.vol.2.Afflict.deciſ.80.num. 2. Socin. conſ. 167.non inutile.num.7.in fine,vol.2.Guliel.Reodan. in Tract.de reb. eccleſ.non alienand.quæſt.24.de caducitate ob non ſolutionem, cap.2. num.6.Gulielmus Mainer:in l.imaginaria venditio.num.2.de reg.iur. Iul Clar.in §.emphyteuſis.quæſt.8.verſ.ſed pone.lex enim priuans ẽphyteutam ob non ſolutum canonem indiſtincte loquitur, nec diſtinguit de quantitate canonis; ideo generaliter debet intelligi,preſertim cum ille nummus ſubrogetur loco totius cenſus legalis de conſuetudine,Bald.in d.auth.qui rem,& in conſtituenda penſione,quæ ſoluitur ab emphyteuta,potius habeatur in conſideratione recognitio directi dominii,quam
2 emolumentũ;iõ cũ eadem ratio militet in parua penſione,quę in magna, idẽ ius ſtatuendum eſt,l.a Titio.vbi doct.ff.de verb. oblig. ad quod faciũt ea,quæ traduntur per Iaſ.num.16.& Dec.num.18.in d. auth.qui rem.

3 DECLARATVR ſupradicta ampliatio,vt non procedat, quando res,quæ fuit ſubmiſſa ſub natura emphyteutica valebat ducatos mille, & dominus in naturam emphyteuticam ꝓ ducatis tercentis, quos recepit, ſubmiſit illam pro ducatis quindecim annuatim in naturam emphyteuſis:nam,ſi ceſſetur in ſolutione canonis, res non cadit in comiſſum in totũ;ſed ſolũ ꝓ illis ducatis tercẽtis,& ſic ꝓ illa parte,ꝓ rõnes, quas adducit Afflict.in dicta deciſ.80.verſ.ſed in contrariũ vſq; ad finẽ dictæ deciſionis.

AMPLIATIO QVINTA.

1 EMPHYTEVTA *ob non ſolutum canonem cadit a iure ſuo, etiam ſi nõ in totum, ſed in parte ſolutionis canonis, & in uno nummo ceſſauerit.*

2 CONDITIO *omnis regulariter eſt indiuidua.*

3 DELICTVM *non ſolutionis canonis non reſpicit rem, ſed perſonam, cui penſio ſoluenda erat, & eſt pœna contemptus, non pœna ſuccedens loco rei.*

PACTO

4 *PACTO appoſito, vt, ſi certo tempore pretium non ſoluatur, res ſit inẽpta, etiã ſi minus in vno nummo pretium ſolutum fuerit, res erit inempta.*

5 *SYNDICVS, qui vnum ex pluribus ſimul delinquentibus non denũciauit, æque punitur, ac ſi neminem denunciaſſet.*

6 *ACCOMODANS tacitã fidem in vno nummo, cenſetur indignus tota hæreditate.*

7 *OPINIO Guid. Papæ, & aliorum, qui exiſtimauerunt, emphyteutam non priuari iure ſuo, quando deficit in ſolutione canonis in paruo, quia canon erat librarum decem, & vnius par caponis, & emphyteuta ſoluit libras decẽ ſed non capones, reprobatur.*

8 *ACTVM aliquid non dicitur, donec ſupereſt aliquid ad agendum.*

9 *MINIMVM attenditur, vbi illud debetur ex pacto expreſſo, aut tacito.*

10 *VBI adeſt pœna, quis non liberatur vnum ſoluendo: quia pœna committitur pro toto.*

11 *CREDITOR, qui appoſuit pœnam, ſi non ſoluatur principale, recipiendo poſtea partem principalis, renunciare videtur toti pœnæ per ipſum appoſitæ, & quomodo hoc procedat.*

12 *DISPOSITIO c. ſuam, extra de pœnis: in conditionibus, aut ſtipulationibus indiuiduis locum non habet.*

13 *SOLVTIO preſumitur facta in duriorem cauſam.*

14 COMPENSATIO *non fit de vna re ad aliam diuerſi generis.*

15 CREDITOR, *qui non tenetur ſolutionis partem recipere, tenetur ab vno ex heredibus debitoris, volente ſoluere partem ſuam, illã recipere.*

16 DOMINVS *directi non tenetur ab heredibus receptoris partem ſolutionis canonis recipere, ſicut nec a primo receptore.*

17 MVTATIO *voluntatis domini non preſumitur.*

18 DOMINVS *in dubio non præſumitur canonem ante commiſſionem pœnæ, ita recipere, vt caducitatem incurrendam remittat.*

19 EMPHYTEVTA *recipiens plures res ſub diuerſis penſionibus, puta, domum ſub canone vnius nummi, & fundum ſub penſione alterius nummi, ſi unum nummum ſoluat, & in alio per biennium, aut triẽnium in ſolutione ceſſet, non priuatur, niſi a re, in cuius ſolutione ceſſauit.*

20 EMPHYTEVSIS *conceſſa duobus unicuique acquiritur pro parte, & ceſſatio unius in ſolutione canonis, non nocet alteri in ſua parte.*

21 ALIENATIO *irrequiſito domino, & non ſolutio canonis, quo ad priuationem a pari procedunt.*

22 OPINIO *Iulij Clari in §. emphyteuſis, queſt. 8. verſ. hoc autem, reprobatur, & an poſſit ſuſtineri, ubi fuit facta conceſſio per uerbum diſtributiuum num. 26.*

CON-

23 CONCESSIO *in emphyteuſim facta de quinquaginta perticis terr dicitur vnica conceſsio propter vnum nomen numerale, ſcilicet quinquaginta, quod complectitur illas perticas, nec ſunt tot conceſſiones, quot ſunt perticæ in emphyteuſim conceſſæ.*

24 CONSTITVTIO *penſionis facta ad rationem ſolidorum decem pro ſingula pertica dicitur indiuidua.*

25 VBI *adeſt pœna in ſtipulatione, etiam ſi res conceſſæ ſint plures, quis non liberatur vnum ſoluendo, quin pœna committatur pro toto.*

26 EMPHYTEVTA, *ceſſans per errorem partem canonis ſoluere, iure ſuo non priuatur; & quomodo præſumitur error in hac ſolutione canonis.*

27 EMPHYTEVTA, *ceſſans partem canonis ſoluere propter paupertatẽ, a iure ſuo non cadit.*

1 QVINTO ampliatur, vt emphyteuta cadat a iure ſuo, etiam ſi non in totum, ſed in parte ſolutionis canonis, & in vno nummo ceſſauerit, ita Speculat. in §. nunc aliqua. queſt. 29. num. 40. de locato. vbi late examinat quæſtionem, & multa hic inde ad partes adducit: vt tandem concludit, emphyteutam propter ceſſationem ſolutionis in parte poſſe in totum expelli, vt ẽt voluerunt Paul. de Caſtro in l. in executione. §. item ſi ita. num. 1. in fine. ff. de verb. obligat. & eodem loco Alex. num. 5. Bald. in rubr. C. de contrah. empt. q. 10. nu. 10. Oldrad. conſ. 29. Alberic. in auth. qui rem. num. 4. C. de ſacr. eccleſ. Natta conſ. 479. num. 7. & ſeq. vol. 3. Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gl. 6. num. 26. Riminald. inſtit. de donat. §. primo, numero quarto. Gozadin. conſilio 57. num. 15. & conſilio 69. num. 8. Imol. in d. c. potuit. ſub numero 47. de locato, vbi reſpondet etiã ad contraria Bald. in l. res bona fide. ff. de contrah. empt. Ioan. Andr. in addit. Specul. in verbo conſtitutus, in §. nunc aliqua. de locato. d. quæſtione 29. numero 40. Guliel. Mayner. in l. imaginaria venditio, numero ſecundo. de reg. iur. Guliel. Reodan. in tract. de reb. eccleſ. non alienan. quæſtione 18. de remiſſione mercedis &c. num. 10. pag. 423. Iaſ. in d. l. 2. quæſt. 16. num. 54. C. de iure emphyt. qui teſtatur, hanc eſſe magis cõmunem opinionem, vt etiam fatentur Ioann. Crot. in repet. l. 4. §. cato numero 29. ff. de verb. obligat. Bero. conſ. 120. num. 17. vol. primo, Rol. a Valle conſil. 17. numero 14. uol. 2. & Hippolyt. Riminald. conſilio. 94.

num.

num. ſecundo, Tiraq. de iudic.in rebus exig. verſic. quinquageſimo primo, il ſecondo, vbi multos more ſuo cõgerit: & ratio eſt, tum quia ſtipu
2 latio pœnęquo ad commiſſionem pęnæ continet conditionem.ſ3 ſi non detur, & omnis conditio regulariter eſt indiuidua, vt inquit Caſtr.in d. l.in executione.§.item ſi alia, de verb.obligat.per.l.cui fundus.de condit.
3 & demonſtrat. tum quia delictum non ſolutionis canonis non reſpicit rem, ſed perſonam, cui penſio ſoluenda erat, & eſt pœna contemptus, non pœna ſuccedẽs loco rei, Bald.in c.1.§.aut ſi libellario.num.1.in fin. Quibus
4 mod.feud.amitt. Nat. d.conſ.479.nu.8.pro qua opinione facit gloſ. in d. l. res bona fide.ff.de cõtrah.empt.quæ vult, quòd, ſi ẽ appoſitum pactum, vt ſi certo tempore pretium nõ ſoluatur, res ſit inẽpta, ẽt ſi minus in vno nummo ſolutum fuerit, res erit inempta: facit doctr. Bart.in.l. cum ſi exhi
5 buiſſent. §. fin.ff.de public.& Bald.in.l.minoribus, in fine, C.de his, quib. vt indign. quibus in locis concludunt, quòd æque punitur Syndicus qui vnum ex pluribus ſimul delinquentibus non denunciauit, ac ſi nemini denunciaſſet, nã ĩ indefinita, & vniuerſali negatiua ſi quid deeſt, tota ora-
6 tio falſa iudicatur.l.ſi is qui.§.vtrum.ff.de reb.dub. facit & ſ doctr. eiuſdem Bald.in l.etiam.nu.8.C.ad l.falci. vbi uult, quòd ille, qui accõmodat tacitã fidem in vno nummo, cenſetur indignus tota hęreditate. Nec obſtat, q
7 Guid.Papa deciſ.174.& Petrus Benintenda deciſ.6. Paul. de Monte Pico in repet.auth.pręterea.nu.12.&ſeq. C.vnde vir, & vxor.& Iaſ.in d.§.item ſi ita.l.in executione.de verbor.obligat.contrariũ tenuerint, quòd emphyteuta nõ priuetur iure ſuo, quando deficit in ſolutione canonis in paruo, puta quia canon erat librar. decem, & vnius par caponis, & emphyteuta ſoluit libras decem, ſed nõ capones. quia rõnes ab ipſis adductę vrgenter nõ probant eorũ ſententiam, nam ſi emphyteuta deficiat ĩ minima parte
8 in ſolutione canonis, cadere debet a iure ſuo, quia non dicitur aliquid actum, donec aliquid ſupereſt ad agẽdũ.l.Syllanianũ.C. ad Syllan. ad not. late per Tiraq.in d.§.4.gloſ.6.num.23.cum plurib.ſeq.de retract. conuẽt. & illo caſu etiam minimum attenditur, tum quia conditio, Si canonem non ſoluerit, eſt indiuidua, & negatiua, quæ in parte non eſt verificata, & in totum redditur falſa, vt eſt dictum, tum quia canõ ſoluitur in recognitionẽ directi dominii. Vnde emphyteuta dicitur dominũ contemnere, ẽt ſi in minima parte deficiat: qa iſta pęna nõ ſolutionis canonis nõ reſpicit rẽ, ſed dominum, cui ſoluendũ erat, qui dicitur neglectus, ex quo ei
9 tota penſio non fuit ſoluta, vt pactum fuerat.nam, vbi ex pacto expreſſo
10 aut tacito aliquid debetur, minimum attenditur, vt late docet Dec.in.d. auth. qui rem.C.de ſacroſ.eccleſ.num. 18. & vbi adeſt pœna, quis non liberatur vnum ſoluendo, quin pęna cõmittat pro toto, Bart.in l.ſcire. debemus ſub.num.4.de verb. obligat. non vrget alia ratio Guid.Pap.dum

dicit,

dicit, quòd dominus recipiendo partem canonis, renunciare uidetur
pęnę commiſſi, ita vt nec a toto, nec a parte cadat emphiteuta, arg. c. ſuã
11 ext. de pęnis. vbi creditor, qui appoſuit pęnam, ſi nõ ſoluatur principale,
poſtea recipiendo partem principalis, renunciare videtur toti pęnę per
ipſum ex ſua prouiſione appoſitę; quia illud eſt verũ, quãdo quis obligat
ad dandum, vel faciendũ aliquid ſub certa pęna, ſed nõ procedit, quãdo
aliquis debet aliquid recipere, puta hęreditatem, vel legatum, ſi aliquid
ſoluerit, vel fecerit; nã tunc nõ cõpetit actio, niſi totum ſoluat, vel faciat
vt declarat Abb. in d. c. ſuam. extr. de pęnis. num. 5. per l. Męuius, & l. cui
fundus. ff de condit. & demonſtrat. Vt ergo, ſi totum non ſoluitur, nõ
cõpetit actio, ita emphyteutæ, ſi integrum canonem nõ ſoluit, nõ debet
competere retentio, cũ videat res a principio cõceſſa, vt a iure ſuo cadat,
ſi canonem non ſoluerit, etiam ſi nihil ſuper hoc ſit dictum, vt dixi ſupra
12 in prima ãpliatione huius cauſæ priuationis, & conditio iſta, Si canonẽ
non ſoluerit, eſt indiuidua, vt tradit Caſtr. in d. l. ſi in executione. §. item ſi
illa. de verb obligat. in quibus conditionibus, aut ſtipulationibus indi-
uiduis non habet locum diſpoſitio d. c. ſuam. de pęnis. cum ſimilibus, vt
ibidẽ declarat gloſ. magna, & Ioan. Andr. in addit. in verbo exemplificat
& Abbas num. 5. & eodẽ modo reſpondetur ad aliud fundamẽtũ Guid.
Pap. ſumptum ex l. commiſſoriæ C. de pactis inter empt. & vendit. Non
obſtat, quòd ad hoc, vt ẽphyteuſis cadat in commiſſũ requiritur, vt per
biennium, aut triẽnium integrum canon non fuerit ſolutus, & quòd ſi
compenſet illud quod in primo ſecundo, & tertio anno ſoluit emphyteuta,
totum biennium, aut triennium non erit elapſum: quia, compenſatione
facta, forte non erit, niſi vnus annus, cum pẽſio ſecundi anni poſſit dici
13 ſoluta etiã pro cõplemento cenſus primi anni, & pro illa parte canonis,
in qua primo ãno ẽphyteuta defecerat, cũ ſolutio præſumatur facta in
duriorem cauſam l. cum ex pluribus. & ibi Bart. ff. de ſolut. l. 1. C. eod. nã
14 hæc ratio penitus parui põderis eſt i quęſtione formata a Paulo de Mõ-
te Pico in d. auth. prętere a, & a Petro Benitenda d. deciſ. 6. cum compen-
ſatio de re vna diuerſi generis ad aliã non fiat. l. ſi debeas decem. ff. de cõ
penſat. cum ſimilibus. nec pecunia, aut frumentum poſſit pręſumi ſolu
tum pro caponibus, in quib. fuit defectũ arg. l. 2. §. mutui datio, cum ibi
dem not. per doct. & Rip. nu. 21. ff. ſi cert. petat. & in quæſtione formata
a Guidone Papa, quę eſt, quando tota pẽſio conſiſtebat in pecunia, pu-
ta quia totus canon erat denariorũ octo, eſt magis ſubtilis, quàm vera,
nam ſecundũ dictam rationem, vt conſiderauit Ioann. Andr. in addit.
ad Specul. in §. nũc aliqua, verſ. 71. nu. 92. in addit. magna in verbo, Hoc
placeret, in fine tit. de locato. ſequeret, vt in duobus hæredibus, vno be-
ne ſoluẽte, res nunquam caderet in commiſſum, & fortius in tribus: nã
ſi unus

ſi vnus ex duobus ſoluit quatuor pro canone in fine biennij, canon erit
vnius anni,& ſic res non poſſet dici deuoluta,cum non ſit ceſſatum per
15 integrum biennium:quod tamen eſt falſum,vt patet ex his,quę dicā ex
receptiſſima doct ſententia infra in octaua ampliatione. Ergo multo
magis eſt falſa in emphyteuta primo receptore:nam creditor, qui non
tenetur ſolutionis partem recipere,l.tutor.§.Lucius,ff.de vſur.tenetur ab
16 vno ex hęredibus debitoris volente ſoluere partem ſuam recipere,apoſt.
ad Bart.in d §.lucius.per l.ſi teſtamento,§.quid ſi duo.de fideiuſſ.& not.
in l.2.§.ex his.de verb.obligat. ſi igitur dicta ratio eſt falſa in caſu,in quo
dominus videtur obligatus ab hęredibus partē ſolutionis recipere; arg.
d.l.ſi teſtamento §.quid ſi duo.multo magis cenſenda eſt falſa in primo
receptore,a quo dominus nō eſt obbligatus partem ſolutionis recipere
d.l.tutor.§.Lucius.de vſur.Nec obſtat,quòd particularis ſolutio volente
creditore ſit ſolutio,licet ipſo inuito non ſit ſolutio vt inquit,Guid. Papa
per d.§.Lucius,quia dominus directi accipiendo partem canonis, & nō
integrū canonem ab emphyteuta pro vno anno,nō cenſetur admittere,
vt illa ſolutio partis habeat vim ſolutionis totius pro illo anno, cum à
principio res ſit conceſſa emphyteutæ ſub conditione indiuidua,ſi cano-
nem non ſoluerit,ei auferenda,vt ſupra eſt dictum, tum quia mutatio
17 voluntatis non præſumitur l.eum qui voluntatem.ff de probat.l.cū hic
ſtatus.in principio.ff.de donat.inter vir.& vxor.c.maiores. de baptiſm.
18 tum quia dominus i dubio non pręſumitur canonē ante commiſſionē
pœnę ita recipere,vt caducitatem incurrendā remittat,quia non videtur
renunciare iuri de futuro, vt tradit Caſtr.contra gloſ.communiter re-
probatā in d.l.in executione.§.item ſi ita.num.2.de verb.obligat.Non
obſtant auctoritates doct.adductę.à Petro Benintenda.in d.decis.6.
quia omnes.doct. quos citat pro ſua opiniōe,excepto Guidone Papa te-
nēt contra ipſum,vt emphyteuta propter nō ſolutionē canonis in parte
cadat à iure ſuo in toto,vt ſupra concluſimus ex cōmuni opinione,vt eſt
videre apud ipſos.

DECLARATVR primo ſupradicta ampliatio,vt non procedat.
19 quando emphyteuta recepit plures res ſub diuerſis penſionibus, puta
vnā domum ſub canone unius nummi,& fundū ſub penſione alterius
nummi :nam,ſi poſtea ſoluat vnum nummum, & in alio per biennium
aut triennium ceſſet in ſolutione canonis,nō priuatur niſi ea re,in cuius
ſolutione ceſſauit,cum corpora rerum,& penſiones ſint diſtinctæ. arg.
l.1,§.Trebatius.ff.de aqua quotid.& ęſti.& l.Paulus reſpondit, ad l.Fal-
cid.& l.Paulus reſpondit.ff.ad Trebel.& l.1.§.ſi duæ.ff.quorum legat.&
not.per Bart.in l.fraudati ff.de publican.& per Dec.in conſ.58.in fine,&
per Crot.in repet.l.iiii.§.Cato.n.66.ff.de verb.obligat.& per Iaſ.in d.l.2.

num.

n.60.verſ.2.limitat,C.de iur. emphyt.vbi habet, ꝙ,ſi res eſt cōceſſa duob⁹
ceſſatio vni⁹ ī ſolutione canonis alteri nō nocet qa obligatio canonis nō
dr̄ īſolidū,cū vnicuiq;ītelligat res ꝑ dimidia cōceſſa l.reos.§.cū ī tabulis.
ff.de duob.reis.nā ſicut ēphyteuta,(tenēdo opinionē, vt ꝑ alienationem
partis re tota priuet)alienādo parte nō cadit a tota re,qū diuerſæ res ſunt
traditæ ī ephyteuſim ſub diuerſis penſionibus,vt ſequutus Cum.ī conſ.41.
tradit Io.Crot.ī rep.d.l.4.§.Catō.n.61.& 63.verſ.2. fallit.ff.de verb.obli.
ita priuari nō dʒ ōnib⁹ reb⁹ ꝑ nō ſolutionē canonis,cū alienatio irrequiſi-
to domino,& non ſolutio canonis quo ad priuationem a pari procedāt
d.c.potuit.de loc.Ruin.conſ.166.nu.12.vol.1.& ſupra ſępius eſt dictum.

DECLARATVR ſecundo ex ſententia Iulij Clar.in.§.emphyteu
21 ſis.quæſt.8.verſ.hoc autem,vt non ſit vera ampliatio ſupradicta,quando
penſio præſtaretur ad ratam, puta pro quinquaginta perticis terræ ad ra
22 tionem ſolidorum decem pro ſingula pertica:nam, ex quo quælibet per
tica habet quodammodo conſtitutam ſuam penſionem,nō caderet em
phyteuta,niſi pro illis perticis, pro quibus non perſoluiſſet penſionem,
cum quis non ſit puniendus,niſi in eo,in quo deliquit,l.reſcriptum.ff.de
his,quib.vt indign: & eſt communis regula,vt ait Ioann.Monach.in c.1.
de hęret.in 6.Cæterum ego, quemadmodum ſententiam huius doctiſſi-
mi viri valde ęquam cenſeo,cum inclinandum ſit,vt emphyteuſis non di
catur deuoluta,arg.l.cum quidam.ff.de lib.& poſth.& c.odia.de reg.iur.
in 6.ita de eius veritate dubito: nam conceſſio in emphyteuſim facta de
23 quinquaginta perticis terræ, dicitur vnica conceſſio propter vnum no-
mē numerale,ſʒ quinquaginta, ꝙ cōplectitur illas perticas, nec ſunt tot
conceſſiones,quot ſunt perticæ terræ ī ēphyteuſim conceſſæ,vt eſt tex.in
l.ſi ex toto.§.fi.de le.1.vbi Iaſ.n.13.Soc.n.2. Caſt.n.1.Alex.n.1.& Bart.hoc
notāt Cū ergo ēphyteuſis ſic conceſſa,ſit vna ēphyteuſis, & non plures,
24 ēt conſtitutio penſionis facta ad rōnem ſolidorum decē ꝑ ſingula ptica
dr̄ īdiuidua,vt tradūt cōmuniter ſ̄citati doct.ī d.l.ſi ex toto.§.fi.de leg.1.
fit igr̄ cū huiuſmodi pēſio ſit īdiuidua, vt ꝑ ceſſationē ſolutionis ī parte
ēphyteuta debeat cadere a toto, vt ſ̄. diximꝰ ī quinta āpliat. huius cauſæ
priuationis,& eo maxime,q̄a ī ēphyteuſi, aut ex ſtipulatione expſſa, aut
ex natura act⁹ ineſt pœna,vt ēphyteuta priuet iur̄ ſuo,ſi canonē nō ſolue
rit,vt ſ̄ diximꝰ ī prima āpliat.& vbi adeſt pœna ī ſtipulatione,ēt ſi res cō-
ceſſę ſint plures,ſub vno canone,q̄s nō liberat vnū ſoluēdo,q̄n pœna cō-
mittat ꝑ toto,vt declarat Bart.ī l.ſi ita debemꝰ,ſub n.4.ff.de verb.ob.ꝑ l.ſi
is,q̄ ducēta.§.cū ſtipulatio.ff.de re.du.reſpōdēdo ad l.ultimā.ff.Quib.mo.
pig.al'hyp.ſoluit.q̄ ē cōtraria l.tutor.§.Lucius.de vſur.in caſu tñ, ꝙ domi
nus cōceſſiſſet ſingulas quinquaginta pticas terrę exiſtētes ī tali loco, &
26 fundo ad rōnē canonis decē ſolidorū ꝑ ſingula ptica,opinio Iulij Cl.for

taſſe poſſet ſuſtineri, cùm conceſſio ſit non per verbũ numerale, ſed per verbum diſtributiuum Singulis, quia perinde videtur, ac ſi dominus qui quaginta vicibus dictas quinquaginta perticas terræ in emphyteuſim cõ ceſſiſſet, ad tradita per doct. communiter in d. §. fin. l. ſi ex toto. de leg. 1. ſed tu cogita, quia ẽt iſto vltimo caſu uĩ obſtare doctr. Bart. ſupracitata ĩ d. l. ſcire debemus. ff. de verb. obligat.

DECLARATVR tertio, vt non habeat locum ſupradicta amplia
17 tio, quando emphyteuta per errorem ceſſaſſet partem canonis ſoluere; etiam modicus defectus bona fide errantis non impedit impletionem cõ ditionis iure benignitatis, vt tradit Bald. in l. pro hęreditarijs, ſub num. 5. verſ. vndecimo. C. de hęredit. act. per l. quamuis. ff. de cõdit. & demonſtr. & ita in terminis noſtris per dictam auctoritatem Baldi limitat Iaſ. in d. l. 2. num. 55. verſ. limita tamen. C. de iure emphyt. Alex. in d. l. in executione. §. item ſi ita. num. 5. de verb. obligat. quod ẽt videtur de mente Iaſ. ibidem, dum pro ſua opinione fundamentum facit, quòd talis defectus ſolutionis paruæ partis canonis, potius ab errore, quàm a malitia, & ſic a contemptu proceſſerit: quam declarationem amplectitur etiam Soc. in d. l. quamuis. ff. de condit. & demonſtrat. num. 4. vbi Bald. ſibi contrariũ concordat, & docet, quando in emphyteuſi, in qua ſtatuitur certa quantitas ſolutionis, poſſit error præſumi in ſolutione: & iſto etiá caſu poteſt procedere opinio Specul. in d. §. nunc aliqua, num. 41. quæſt. 30, vbi videtur ſibi contrarius in ijs, quæ antecedenti quæſt. dixit.

DECLARATVR quarto, quando propter paupertatem ceſſaſſet
18 ſoluere partem canonis, ita Iaſ. ſub dubio in d. l. 2. nu. 56. C. de iure ẽphyt. ſed tene, vt dicam infra hac eadem cauſa priuationis in vigeſima nona limitatione principali.

AMPLIATIO SEXTA.

EMPHYTEVSIM *deteriorare, & canonẽ nõ ſoluere a pari ꝓcedũt*
1 RECIPIENS *in emphyteuſim plures res ſimul, atq; eodem con-*
2 *textu, & pro vno omnium canone, ſi ĩ vna re ex ijs male verſatur, ca-*
dit ab omnibus, in quibus etiam non fuit male verſatus.

EMPHYTEVTA *propter non ſolutionẽ canonis cadit a pluribus re-*
3 *bus, quas recepit in ẽphyteuſim ſimul, & eodẽ cõtextu, & pro vno omnium ca*
none: & an id ſit verũ in duobus fũdis, aut domibus ſub vno canone ſubmiſſis.

AMPLIATVR ſexto, vt emphyteuta per non ſolutionẽ canonis cadat a pluribus rebus, quas accepit in emphyteuſim ſimul, & eodem contextu, & pro vna omnium penſione: nam em-
1 phyteuſim deteriorare, & canonem non ſoluere a pari procedunt,

Bero.

Bero.conſ.125.num.4.vol.1.vbi inquit, quòd hoc argumento vtitur Iaſ. in d.auth.qui rem.C.de ſacr.eccleſ. & in l.2.C.de iure emphyt.in articulo
2 deteriorationis:ſed emphyteuta, qui plures res recipit in emphyteuſim ſimul, et eodem contextu pro vno omniũ canone, ſi male verſatur in vna ex ijs, cadit ab omnibus, ẽt in quibus non eſt male verſatus, vt tradit Bald. in l.cum eiuſdem.ff.de ædilićt.edićt. & ego late dixi ſupra de cauſa priuationis ob rei deteriorationem, ampliatione prima, num.7.ergo eodẽ modo dicendum eſt, vt ab omnibus cadat propter canonem non ſolutum, vt in terminis canonis non ſoluti tenet Crot.in repet.l.4.§.Cato,num.67. ff. de verb. obligat.iunćtis, quæ tradidmus ſupra in quarta ampliatione, & dicemus infra in oćtaua ampliatione: ſed contrariũ videtur poſſe ſuſtineri in duobus, aut pluribus fundis, ſiue domibus ſub vno canone ſubmiſſis: nam videtur penſio concernere vnumquenque fundum, ſiue domum pro rata, ſicut obligatio plurium ad eandem ſummam concernit, quemlibet obligatum pro parte, ut eſt tex.notab.in c.conſtitutus.extr.de religioſis domib.ubi Abb.in ult.notab.& Ancar.notab.16.num.13.expreſſe hoc notant; quod ẽt approbat Cæſar Vrſillus ad deciſ. Afflićt.135 num.5.Opiniones fortaſſe poſſent ita concordari, ut opinio prima procedat, quando ueriſimiliter dominus illas res ſeparatim non fuiſſet conceſſurus: quia tunc bene faciunt rationes pro prima opinione: ſecunda opinio habeat locum, quãdo ẽt ſeparatim dñs fuiſſet cõceſſurus, Cogita.

AMPLIATIO SEPTIMA.

1 CVLPA *in non ſoluendo, canonem commiſſa per patrem, ſeu primum receptorem nocet filijs & alijs in inueſtitura comprehenſis, ita vt omnes propter canonem non ſolutum iure ſuo priuentur.*

2 OPINIO *Speculat. & Ioãn. Andr. qui exiſtimauerunt, quòd pater ceſſãdo in ſolutione canonis filijs non præiudicet, cõmuniter damnatur.*

3 EXCEPTIO *debet eſſe de regula, & declarat regulam in quibus terminis loquatur.*

4 PARS *vna orationis declarat aliam.*

5 HABENS *relationem ad præcedentia, debet ſecundum illa intelligi.*

6 CVLPA *patris in non ſolutione canonis nõ nocet filijs, quando filij vna cum patre ſunt particulariter nominati in inueſtitura.*

7 DOMINVS *cõcedens emphyteuſim, & expreſſe nominãs filios illius, cui conceſſionem facit, videtur contemplatione illorum filiorum nominatorum expreſſe feciſſe conceſſionem illam, ſaltem pro parte.*

8 NEGLIGENTIA *patris in non ſoluendo canonem nocet filijs vna cũ patre particulariter nominatis, quando emphyteuſis fuit acquiſita per patrẽ de ſua pecunia, vel quando data eſt licentia patri in inſtrumento conceſſionis diuidendi emphyteuſim inter filios.*

9 EFFECTVS *regulari debent ſecundum ſuam cauſam.*

10 VBICVNQVE *pater, & filij nominatim fuerunt in ſolidum de ẽphyteuſi inueſtiti, negligentia patris in non ſoluendo canonem nocet filijs, & e cõtra culpa filiorum nocet patri.*

1 AMPLIATVR ſeptimò, vt culpa in non ſoluendo canonem cõmiſſa per patrem, ſeu primum receptorẽ noceat filiis, & aliis in inueſtitura comprehenſis, ita vt omnes propter canonem non ſolutũ iure ſuo priuent' primo quia negligentia cõmunis eſt, & in nõ ſoluendo omnes concurrunt, ſecundo quia hoc eſt ex primordiali natura contractus, a qua non poteſt recedi, l. lex vectigali. ff. de pignor. tertio quia lex non dicit tantum, quòd priuetur, ſed addit, quòd ad dominum reuertatur, ita fretus ſupradictis rationibus tradit Bald. in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius vocando. Corn. conſ. 237. in hac conſultatione num. 4. vol. 1. Alex. conſ. 120. col. 1. num. 3. vol. 5. Bald. in l. 2. ſub num. 1. verſ. itẽ quis. C. de liber. & eorum liberis. Bart. in l. eum qui, num. 8. ff. de interd. & relegat. Ioan. de Amicis conſ. 133. nu. 8. & 12. Rom. conſ. 212. nu. 2, Salic. in l. 2. nu. 33. & ibidem Alber. num. 15. C. de iure emphyt. Alex. conſ. 89. num. 8. vol. 4. Ruin. conſ. 166. num. 12. & conſ. 167. num. 28. & conſ. 168. num. 6. vol. 1. quibus in locis hanc eſſe cõmunem teſtatur, quam ẽt amplectitur Grat. in conſ. 132. num. 6. vol. 1. Franciſ. Curt. in apoſt. ad Alex. in d. l. adoptiuum. §. patronum, ſub num. 4. ff. de in ius vocãdo. Gozad. conſ. 34. num. 10. verſ. ſecundo videmus, & num. 14. & conſ. 46. viſis num. 13. & conſ.
2 75. num. 2. Alex. conſ. 30. num. 9. vol. 6. vbi & ipſe quoque hãc cõmunẽ teſtatur. Et quamuis Speculat. in. §. nunc aliqua, num. 171. verſ. 144. & ibidẽ Ioan. Andr. in addit. tit. de loc. & Alex. conſ. 8. ſub n. 13. vol. 3. tenuerint, quòd pater, qui accepit emphyteuſim pro ſe, filiis, & nepotibus, ceſſando in ſolutione canonis, non præiudicet filiis, tamen de eorum auctoritate in dictis locis curandum non eſt, cum ſint ſibi contrarii, & ſuperior opinio ſit cõmunis, & verior: nã dominus videtur apponere ſolutionẽ canonis pro conditione, & perinde eſt, ac ſi diceret, Cõcedo, ſi ſolueris: ideo ceſſante cõditione, reſoluit' cõceſſio: nã ſtipulãs ẽphyteuſim ſtipulatur pacto expreſſo, aut tacito a lege intellecto, q; ſi non ſoluat canonem per biennium, aut triennium, a iure ſuo cadat: ſi ergo ſequentes volũt venire ex inſtrumento primi, & inueſtituram approbare, debent approbare cum ſuis qualitatibus, & ſic acceptando veniunt cũ illa qualitate, ſi canõ fuerit ſolutus, arg. not. per Bart. in l. Aurelius. §. idẽ quęſiit. ff. de liber, legat.

leg. Corrobotatur cōmunis opinio, quia lex. 2. de iure ēphyt. excipit quos
dam caſus, in quibus emphyteuta canonem nō ſoluēdo non cadit a iure
ſuo; vt ſi hoc in pacto deductum eſt, vt dicā infra in prima limitatione,
quæ exceptio habet locum tàm in primo, quàm in ſecundo emphyteuta,
vt omnes admittunt: ergo regula legis debet etiam habere locum, vt tàm
3 primus, quàm ſecundus emphyteuta per nō ſolutionem cadat a iure ſuo,
cum exceptio debeat eſſe de reg. & declaret regulam, in quibus terminis
loquatur l. nam quod liquide. §. fin. de pen. leg. l. damni infecti. ff. de dam
no infecto, Confirmatur ēt, quia illa verba d. l. 2. Sin autē nihil ſuper hoc
capitulo fuerit pactum, ſed per totum triennium, neque pecunias ſolue-
rit &c. verificant, & intelliguntur ſm̄ omnes tàm de primo, quàm de ſe-
cundo, & vlteriori emphyteuta. Ergo dum dicitur poſtea, quòd dn̄s em-
4 phyteutā non ſoluētē poſſit expellere, debet ītelligi tàm de primo, quàm
de omnibus aliis vlterioribus, tum quia vna pars orationis declarat aliā,
l. vtrum. de petit. hęredit. cum ſimilibus, tum quia habet relationem ad
5 pręcedentia, & conſequenter lſm̄ illa debet intelligi. l. in teſtamento. ff. de
condit. & demonſtrat. Pro qua opinione cōmuni faciunt, quæ dicam in
fra in ſequēti ampliatione, & quæ dixi ſupra de cauſa priuationis ob alie-
nationem irrequiſito domino factam, ampliatione quadrageſima tertia.
6 DECLARATVR ſupradicta āpliatio, vt nō vendicet ſibi locum;
quando filii vna cum p̄re eſſent particulariter nominati in inueſtitura;
puta quia cōceſſio eſſet facta Titio patri pro ſe, & Caio, & Sempronio e-
ius filiis: nam ipſi filii ēt viuēte p̄re haberēt partem in emphyteuſi, & tūc
culpa patris nō noceret filiis quantū ad portionem ad ipſos filios pertinē
tē, vt in terminis in feudo tradit Iacob. de S. Georg. in tract. de feud. ī ver
bo, Dictique vaſalli, nu. 58. verſ. Tertio limitabis, arg. l. ſi quis a Titio. ff. de
vſufr. accreſcend. l. 2. §. fratris. ff. ſi quis aliq. teſtar. prohib. ad quod dicit ēt
optime facere not. in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebell. quā limitationē dicit
ponere Ioān. Andr. in addit. ad Specul. tit. de feud. §. fin. verſ. decimo, & eſ
ſe de mente Bart. in l. 3. ff. de interd. & relegat. & ſubiungit, ꝙ ita ēt vult
Andr. de Iſern. in c. 1. tit. ſi vaſall. feud. priuet cui defer. debeat, & ſequitur
7 Curt. iun. in tract. de feud. in 5. parte, num. 4. nam ex quo dominus cōce-
dens emphyteuſim expreſſe nominat filios illius, cui facit conceſſionē, vi
det contemplatione illorū filiorū nominatorū expreſſe feciſſe illam con
ceſſionē, ſaltē pro parte, ſecus inqt Iacobin. ſi filios nō nominet: quia vi-
det cōtemplatione patris hoc feciſſe p ea, quæ habētur ī l. cū aliquis. C. de
iure delib. & ī l. auia. §. Titio. ff. de cōd. & demō. Nec obſtat, ꝙ ipſe Iacob.
loquat ī feudo, qa idē dicēdū eſt ī ēphyteuſi, cū eadē ſit ratio: q̄m oēs no-
minati in inueſtitura intelligūt īueſtiti de ēphyteuſi ꝑ parte, & ꝑ ea par-
te, de qua sūt īueſtiti, ad canonis ſolutionē sūt obligati, ad not. p Dec. cōſ.

382.num. 1. & per gloſ.in l. nonnunquam & l.100.§.cũ in tabulis. & ibi Roncagallus.num.33. & num.40.ff.de duob. reis.ideo ceſſatio vnius in canonis ſolutione alteri nõ nocet,qui eius partem ſoluerit,ut tradit Bart. in l.fraudati.ff.de publican.per d.§.cũ in tabulis.Iaſ.in d.l.2.num.60.uerſ. ſecũdo limita. C.de iure ẽphyt.Dec.cõſ.58.in fine,Gozad.cõſ.34.num.14.

8 DECLARATVR primo antecedens limitatio,ut non habeat locum,quando emphyteuſis fuiſſet empta re uera per patrem de ſua pecunia, vel eſſet patri data licentia in inſtrumento inueſtituræ diuidendi emphyteuſim inter filios:quia vtroque caſu cenſeretur actum,quòd emphyteuſis eſſet inſolidum, & primo loco patris,quouſque vixerit, & poſt eius mortem filiorum ſuorum,& non ante:nam, quãdo emphyteuſis eſt empta de pecunia patris, credendum eſt, quòd pater voluerit ſibi per prius acquirere, non autem ſimul ſibi, & filiis:quia tunc vnicam tantùm virilẽ partem haberet,viuentibus filiis, quod non eſt credendum fuiſſe de mẽte ſua,poſtquàm totum pretium ſoluebat de ſua pecunia,arg.c.1.de benefic.fratris.circa finem,ibi Niſi de communibus bonis,& etiam, quia cauſa acquiſitionis fuit dicta pecunia,& effectus ſolet regulari ſecundũ ſuam
9 cauſam,l.cancellauerat.ff.de his, quæ in teſtamento delẽt.quod maxime procedit,quando in eodem inſtrumento ĩueſtituræ eſt data facultas patri diuidendi emphyteuſim ĩter filios:nam ex hoc etiam cenſeretur actũ, vt primo loco acquireretur patri:nam aliàs non pertineret ad ipſum diuiſio,ſed ad ipſos filios,vt docet Caſtr.in conſ.159.punctus iſtius quæſt. col.2.vol.2.vbi inquit, quòd non obſtat l.1.C.ſi quis alteri, vel ſibi. quia ibi conſtabat,emptionem fuiſſe factam alterius nomine,quàm ſoluentis pecuniam,& inter eos non erat ordo affectionis,ideo competit repetitio per actionem negotiorum geſtorum:ſed quãdo non apparet,emphyteuſim fuiſſe emptam nomine filiorum,licet poſtea filii inueſtiantur,quia inueſtitura põt intelligi collata poſt mortem patris quantum ad effectum, non poteſt dici,quòd pater videatur emiſſe nomine filiorum animo repetendi ab eis pecuniam in vita ſua: ſed quòd immo cenſeatur uoluiſſe gerere negotium ſuum eo uiuente,& poſt ei⁹ mortem filiorum ſuorum quia tale eſt,& eſse debet votum paternum,uel parentum,l.nihil. §.facilius.de oper.libert.& ſecundum iſtum ordinem naturæ cenſetur intentionem habuiſse,ut in d.cõſ.tradit Caſtr.& cum cenſeatur actum, quòd emphyteuſis ſit inſolidum,& primo loco patris,& poſt eiu⁹ mortẽ filiorum ſuorum,& non ante,filii patre viuente partẽ aliquã emphyteuſis nõ dicunt habere,& pinde eſt,ac ſi ſol⁹ pater fuiſset ĩueſtit⁹ ꝑ ſe, & filiis nõ nominati,ut docet Caſtr.ĩ d.cõſ.159.ſub n.2.u.2.Ideo culpa patris ĩ nõ ſoluẽdo canonẽ ꝑiudicaret filiis,ſicut dictũ eſt ſ ĩ ãp.q̃a iſto caſu ceſsãt rõẽs
10 ãtecedẽtis declarationis. Declarat 2.ubicunq; pr̃,& filii nominati ĩueſtiti

fuiſſent

fuiſſent inſolidum; & pro indiuiſo de illa emphyteuſi renouati: quia tūc culpa patris in nō ſoluendo canonem noceret filijs & e contra: nam vbi duobus, aut pluribus pro indiuiſo res cōceditur, vno nō ſoluēte, tota res reuertitur ad dominum, ita Bald. in addit. ad Specul. in fine. §. nūc aliqua. de locato. col. 6. verſ. ſi duobus pro indiuiſo, per l. fiſtulas. §. qui fundum ff. de contrah. empt. cui aſſentitur Bero. in conſ. 120. num. 9. vol. 1. nam ex quo inſolidum tenentur ratione eiuſdem rei, cuius commoditas eſt inter eos communis, iuxta ea, quæ habentur per Bart. in l. ex duobus. col. 4. & l. fin. ff. de duob. reis. & auth. hoc ita. C. de duob. reis. ſi vnus in parte, vel in totum ceſſat, omnes a iure ſuo cadunt: quia ex quo ſunt duo rei ſocij, mora, & culpa vnius alteri nocet, vt ibidem per eundem Bero. & Rip. in l. 4. §. Cato. num. 44. in fine. ff. de verb. obligat. Alberic. in l. 2. col. 5. verſ. ſi emphyteuta deceſſit. C. de iure emphyt. quem refert Guliel. Reodan. in Tract. de reb. eccleſ. non alienād. quæſt. 19. de ſolutione canonis emphyt. & ex cap. 2. num. 6. pag. 437.

AMPLIATIO OCTAVA.

1 CVLPA *unius ex heredibus emphyteutæ in non ſoluendo canonē, licet alius heres partem ſuam ſoluerit, nocet alijs, & res in totum cadit in commiſſum.*

2 VNVSQVISQVE *heredū eſt obligatus īſolidū ad ſolutionē canonis.*

3 CVLPA *unius ex heredibus emphyteutæ in non ſoluendo canonē nocet alijs, etiam ſi emphyteuſis fuerit recepta pro ſe, filijs, & nepotibus.*

4 TACITI, *& expreſſi idem eſt iudicium.*

5 EX *facto alterius nemo debet grauari.*

6 CVLPA *unius ex heredibus in non ſoluendo canonem alteri, qui ſoluit partem ſuam, non præiudicat, quando heredes ſtipulatoris diuiſerunt emphyteuſim de licentia, & uoluntate domini directi.*

7 CESSATIO *unius ex heredibus non facit rem incidere in commiſſum, quando alij emphyteutæ coheredes, ita pro eorum parte ſoluerunt, ut cumulatis eorū ſolutionibus annuatim integer canon eſſet ſolutus.*

8 CANON *ſi fuit ſolutus a tertio, ēt nomine ſuo proprio, pœna nō cōmittit.*

9 CVLPA *unius ex heredibus alijs nō preiudicat, quādo canō ſoluēdus cōſiſtebat ī facto diuiduo, p alterū nō explicabili, & datur exemplū.*

10 CVLPA *unius ex heredibus, aut filijs in non ſoluēdo canone alijs comprehenſis non preiudicat, quando is ceſſauit ī fraudem partem ſuā ſoluere ad excluſionem aliorū uocatorū ex inueſtitura.*

11 IS, *qui ceſſauit in ſolutione canonis, ſi minatus fuit, quod alios compre-*

 hen-

henſos excluderet, præſumitur ceſſaſſe ĩ ſolutione canonis in fraudem, & ad excluſionem aliorum vocatorum.

12 CARENS *filijs, vel illos habens, ſed nõ tales, vt emphyteuſis poſt eius mortem ſit ad ipſos peruentura, ſi ceſſat in ſolutione canonis, præſumitur id in fraudem, & ad excluſionem aliorum vocatorum feciſſe, ſi poſtea de eadem emphyteuſi fuit renouatus alio modo, quàm eſſet altera inueſtitura, ita vt nũc filij illius, qui ceſſauit, ſint comprehenſi.*

13 CVLPA *vnius ex heredibus in non ſoluendo canonem alijs comprehenſis non præiudicat de iure canonico ſecundum Iaſ. quæ tamen opinio late reprobatur.*

14 IVS *primi ſtipulatoris ex ſucceſſoris perſona non mutatur.*

15 ACCEPTANS *contractum debet in totum ratificare.*

16 ECCLESIA *tenetur ſoluere collectas, quando donans, vel legans tempore contractus appoſuit conditionem, vt ſoluat collectas.*

17 VNVSQVISQVE *in re ſua eſt moderator, & arbiter.*

18 CONDITIO *reſolutiua contractus emphyteuſis eſt a iure canonico approbata.*

19 DOMINVS *expellendo emphyteutam iuxta tenorem pacti nõ dicitur lucrum conſequi, ſed damnum euitare.*

20 LEX *habens multos intellectus non debet ad deciſionem cauſæ allegari.*

21 MVTATIO *voluntatis domini non præſumitur.*

22 CVLPA *vnius ex heredibus in non ſoluendo canonem, non præiudicat alteri ſoluenti partem ſuam, quando ei nihil culpæ adſcribi poteſt, quia probabiliter credidit ſocium ſoluiſſe, & ei hoc perquirenti aſſerebatur, & concurrit ſocium, qui ceſſauit in ſolutione canonis, non eſſe ſoluendo.*

23 INANIS *eſt actio, quam excludit inopia debitoris.*

24 CESSATIO *in ſolutione canonis facta per vnum ex heredibus non nocet alijs ſi dñs in vita eius, q ceſſauit, nõ declarauit velle eſſe locũ caducitati.*

1 AMPLIATVR octauo, etiam quando emphyteuta plures heredes reliquit & vnus ipſorum ſoluit partem canonis, & alius nõ; nam propter non ſolutionem, & culpã vnius, qui ceſſauit per triẽnium, aut biennium in parte ſua, res tota in commiſſum cadit, gloſ. in verbo Confundetur in l. communi diuidendo iudicium. ff. cõm. diuid. Rip. in l. 4. §. Cato. numero. 44. ff. de verb. oblig. & ibidem inter repet. Hermonat. Det. numero 295. & latiſſime Marian. Soc. num. 143. vſq; ad numerũ 150. Roland. a Valle conſil. 17. numero 16. volumine 2. Iaſ. in

l. 2. num.

l. 2. num. 38. & ſeq. C. de iure emphyt: Afflict. deciſ. 153. num. 4. Anto. Gom. de contractib' cap. 10. tit. de indiuiduis ad finem, verſic. octauo infero, Iul. Clar. in §. emphyteuſis. q̃ſt. 8. verſic. quæro, qui oẽs teſtãt d. gl. in d. l. cõmuni diuidundo, eſſe communiter approbatam: quã etiã ſequũtur Speculat. in. §. nunc aliqua. titu. de locato. quæſt. 71. num. 92. & 94. Alex. in d. §. Cato. num. 29. Gom. in conſ. 24. ad euidentiam: num. 17. vol. 2. Grat. conſ. 132. num. 7. vol. 1. Bero. conſ. 120. num. 16 vol. 1. Bart. in l. fraudati. ff. de publicanis. Imol. in c. potuit. num. 47. de locato. & ibi Ancar. num. 23. Ioan. Crot. in d. §. Cato. verſic. quartus caſus, num. 68. Ruin. conſ. 166. num. 12. vol. 1. Gozad. con. 46. uiſis. num. 13. cum ſeq. Federic. de Senis cõſil. 228. factum tale eſt, Alber. in d. l. 2. de iure emphyt. columna 5. verſic. ſi emphyteuta deceſſit, Hoſt. in ſumma de locato, §. fin. verſiculo quid ſi ex pluribus, Gulielm. Reodan. in tract. de rebus eccleſ. non alienand. quæſt. 19. de ſolutione canonis emphyteutici. cap. 2. numero 7. pag. mihi. 437. vbi & ipſe hanc communem dicit, & refert Din. & Ludou. Rom. in d. l. fraudati. ff. de publicanis. idem tenere: ratio eſt; quia, ſi primus emphyteuta tantum partem canonis ſoluiſſet, a iure ſuo in totum cecidiſſet, quia conditio, Si canonem non ſolueris, eſt indiuidua, vt diximus ſupra in quinta ampliatione, & conſequenter eodem iure tranſit ad hæredes, ne ex eorum pſona mutetur obligationis conditio, contra l. 2. §. ex

2 his. de verborum oblig. Ideo ſicut auctor ipſorum hæredum per ceſſationem ſolutionis in minima parte canonis priuaretur tota emphyteuſi, vt concludunt doctor. communiter: ita ſunt priuandi eorum hæredes, cũ vnuſquiſq; eorum ſit inſolidum obligatus ad ſolutionem canonis: Cor. d. conſil. 24. numero 17. volumine 2. Federic. de Senis d. conſil. 228. Afflict. d. deciſ. 153. numero 3. Nam etiam iſto caſu hæredum militant rationes, propter quas Bald. communiter receptus in d. l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius vocando. dixit culpam in non ſoluendo canonẽ per primum receptorem cõmiſſam filiis, & alijs in inueſtitura comprehenſis præiudicare, ut ſupra ampliatione ſeptima; quia, cum ſint inſolidum obligati, culpa eſt communis, & omnes in non ſoluendo canonẽ concurrunt, & quòd cadant eſt ex primordiali natura contractus, a qua recedi non poteſt, & lex ſimpliciter, & indiffinite diſponit, quòd per non ſolutionem emphyteuſis ad dominum reuertatur: altera eſt etiam ratio valde vrgens, quia iſta caducitas eſt pœna propter pactum expreſſũ, aut tacitum domini cõcedentis: nam etiam, ſi hoc non exprimat, dicitur conceſſiſſe ſub conditione, vt emphyteuta iure ſuo priuet, Si canonẽ nõ ſoluerit, vt diximus ſupra in prima ampliatione huius cauſæ: ideo, cũ ſit apposita pœna in defectũ ſolutionis, ad eam euitandam non ſufficit per vnum ex hæredib. partem ſolui: quia, niſi totum ſoluatur, pœna in to-

tum

tum committitur, & contra omnes, vt tradunt cõmuniter doct. in d.l. in executione.§.itẽ ſi illa.de verb.obligat.& Marian. Soc.in repet.l.4.§.Cato. num. 145.ff.eod.vbi fortius ſtringit fundamentum, vt licet apud eum videre, & apud Bart. in l.ſcire debemus.ſub.num.4.ff.eod.tit.Non obſtat, quòd nonnulli antiqui doct. vt Hugolin.Guid.de Suzar.& alij quidam, quos refert Ioã.Andr.in addit. ad Speculat.tit.de locato.in d.§.nunc aliqua, quæſt.71.in verbo.Hoc placet, tenuerint contrarium, & quòd Alberic.in d.l.communi diuidundo in princ.dixerit gloſ.ibidem eſſe cõmuniter reprobatã: quia proculdubio opinio gloſ. eſt verior, vt patet ex ſupra deductis, & precipue per Marian.Soc.in repet.d.§.Cato.num.143. vſque ad 150.qui ad contraria reſpondet, & eſt hodie magis communis, vt teſ-
3 tatur Iul.Clar.in d.quæſt.8.verſ.quæro.§.emphyteuſis.Nec oportet facere diferentiam inter emphyteuſim hęreditariam, & illam, quę a doct.vocatur ex pacto, cum eſt recepta pro ſe, filijs, & nepotibus, ſeu deſcendẽtibus, & ſi hanc diferentiam faciat Iul.Clar.in d.§.emphyteuſis, quæſt.8. verſ.quæro iuncto verſ.ſequenti, qui poſtquam primo loco expreſſe approbauit gloſ.in d.l.communi diuidundo, in ſequenti verſ.dicit, ſibi nũquam placuiſſe dictam opinionem in emphyteuſi recepta pro ſe, filiis, & deſcendẽtibus, quia videtur iniquum, vt delictũ ſiue negligentia alicuius præiudicet ſuis ſuceſſoribus in re, quę ad eos pertinet, nõ ex facto, aut iure ipſius delinquentis, ſiue negligentis ſoluere, ſed ex pacto, & prouidentia primi inueſtiti, & eandem diſtinctionem amplexus ſit ante eum Salic.in d.l.2.C.de iure emphyt.vt ipſum refert.Grat.conſ.132.num.2.& ſeq.vol. 1.quia filius primi ſtipulatoris, qui non ſoluit, nõ potuit aliis emphyteutis, & deſcendentibus præiudicare, cũ ipſe non fuerit cauſa beneficii.nam negligendo ſoluere canonem videtur alienare, arg.l.alienationis verbũ. ff.de verb.ſignificat.ſed expreſſe non potuiſſet alienare ad præiuditium ſequentium, & aliorum comprehenſorũ, vt eſt cõmunis opinio, teſte Alex. in conſ.106.& 107.vol.4.ergo nec tacite, cum taciti, & expreſſi idem ſit iu-
4 dicium, l.cum quid.ff.ſi cert.petatur.& maximę cum militet vtroque caſu eadem ratio.nam ex quo negligens in ſoluendo canonem, nõ fuit cauſa acquiſitionis, non debet poſſe præiudicare alteri in iure quæſito ab alio reg. res inter alios acta, alteri non præiudicat, & reg.pœna tenet ſuos auctores, cum ſimilibus, pro qua opinionę Grat. in d.conſ.132.adducit, quod voluit Angel.Paul.Imol.Aret.Iaſ.& comuniter doct.in l.apud Iulianum. §.ſi qs alicui.de leg.1.quos ſeqtur Cur.i cõſ.25.& in cõſ.55.& Alex.in cõſ.22. lib.5.vbi renunciando expreſſe ad fauorem eccleſiæ, non potuit præiudicare ſequentibus, quibus erat ius quæſitum: ergo nec tacite canonem nõ ſoluendo, cum potentius ſit expreſſum, quàm tacitum, & iſta opinio tan-
9 quam æquior videtur tenenda, cum regula ſit, quòd ex facto alterius ne-

mo

debet grauari l.ſi quis in ſuo.§.legis. de inoffic. teſtam. Quia communis
eſt doct.ſententia,quòd etiã in emphyteuſi recepta ꝓ ſe,filiis,& nepotib.
& ſic ex pacto,vnus ex filiis,non ſoluendo canonem, præiudicet aliis, ita
vt tota emphyteuſis cadat in commiſſũ,vt teſtantur Ruin.in conſ.168.n.
6.lib.1.& alii,quos citat idẽ Clar.d.q̃ſt,8.verſ.ſed hic quęro, & tenet Bart.
in d.l.1.ff.de interd.& releg.Goz.d.cons.46.n.13.quã ſententiã approbat
etiam expreſſe Salic.in d.l.2.quęſt.22.num. 33.in fine.C.de iure emphyt.
licet Grat.cũ citet ꝓ ſuptadicta diſtinctione:quia hæc priuatio ex natura
contractus, & conuentionis procedit,& ſic tacite ineſt. Ideo cõcedens
non tãtùm in pſona primi videtur hoc egiſſe,ſed etiã omnium ſequentiũ
cum hoc tendit ad eius vtilitatem,nam,cũ ſolutio canonis ſit indiuidua,
& ſit appoſita in pœnã non ſolutionis,quoquomodo,& per quemcun-
que ſit ceſſatum in toto, aut in minima parte, caducitas committitur,
niſi aliud emphyteutas a ſolutione canonis excuſet, & nihil refert, an
emphyteuſis ſit hæreditaria,vel ex pacto:quia vtroque caſu viget eadem
ratio:nã,cum ſit appoſita conditio,vt emphyteuſis ad dominũ reuertať
ſi integer canon non fuerit ſolutus, filij non poſſunt ad emphyteuſim
venire,niſi ſemper conditione ſeruata,nec poſſunt emphyteuſim appro-
bare,niſi cũ illa qualitate,p ea, quæ tradimus ſupra in ſeptima ãpliatione.
Nec obſtant fundamenta Grat.in d.conſ.132.vſq; ad n.7.quoniã omnia
argumenta prædicta procedunt ſecundum naturam emphyteuſis, non
quando agitur contra naturam emphyteuſis,& ad damnum domini,vt
declarat Salic.loco ſupra citato, & idem Grat.conſ.79.in fine.vol. 1.vbi
inquit,quòd non eſt ſibi contrarius in d.conſ.132.& ſe ipſum declarat.

DECLARATVR primo antecedens ampliatio,vt non ꝓcedat, qñ
6 hęredes,vel filii ſtipulatoris diuiſiſſent emphyteuſim de licẽtia,& volun
tate domini directi:quia tunc, ex quo emphyteuſis p hæredes diuiſim te-
netur de cõſenſu domini,ex vna re ẽphyteutica dicit̃ facta multiplicatio
in plures,& ſolũ pars ceſſantis per bienniũ,aut trienniũ ſoluere cadit in cõ
miſſũ:nã ceſſatio illius alijs,q̃ ſoluerunt ꝓ parte ſua, quo ad eorũ partem
in diuiſione obuentã nõ pręiudicat,ita Aflict.d.deciſ.153. in fine, quẽ ſe-
quitur Gul.Reod.in tract. de reb. eccl. nõ alien. q̃ſt.19.de ſoluti one ca-
nonis emphyteutici,c.2.n.9.pag.mihi 437.& vr̃ de mente Marian. Soc.
in d.repet.l.4.§.Cato.n.148.de verb.obl.nã ex quo ex poſt facto de uolun
tate dñi emphyteuſis eſt diuiſa i plures,p̃inde eſt, ac ſi a principio eſſet
diuidentibꝰ cõceſſa:quò caſu cũ ceſeãť renouati ꝓ parte l.reos.§.cũ i tabu
lis.ff.de duob.reis.ceſſatio uniꝰ alteri ſoluenti ꝓ ſua parte non p̃iudicat,
Bart.i l.fraudati.ff.de pub.Dec.cõſ.58.i fine,Bald.cõſ.116.Colũb.uo.1.Ial.i
d.l.2.n.60.uo.2.lim.C.d iur̃ ẽph.Goz.cõſ.34.n.14. Declarať 2.ut nõ ha
7 beat locũ,qñ alii ẽphyteutę hęredes,uel filii,q ꝓ eorũ parte ſoluerunt, ita

ſoluſ-

ſoluiſſent, vt cumulatis eorum ſolutionibus annuatim integer canon eſſet
ſolutus, quia, cum in effectu de canone ſuo debito integraliter ſit domino
ſatiſfactum, non poteſt emphyteuſis in commiſſum cadere, quoniam per
ſolutionem particularem vnius pluribus annis factam, alijs non ſoluentibus
eccleſia poteſt emphyteutas expellere, etiã ſi illę plures ſolutiones particula
res, ſimul cumulatæ, integram ſolutionem vnius anni facerent, ne ex hoc
fiat præiuditium eccleſiæ, cui integraliter annuatim canon ſolui debebat
vt colligitur ex iis, quæ voluit Salic. in. l. ſolennibus. C. de rei vendicat. & per
gloſ. in dicta l. communi diuidundo. ff. commun. diuid. ſed ratio iſta ceſ-
ſat, quando cumulatis particularibus ſolutionibus integraliter annuatim
reperitur penſio ſoluta. nã tunc dominus aliquod damnum, aut pręiuditiũ
pręrendere non poteſt, etiam aliquibus non ſoluentibus, ita in terminis
declarat Berò. in cons. 196. num. 12. cũ ſeq. vol. 1. ſequitur Cæſar Vrſillus
ad d. decis. Afflict. 153. ſub nũ. 1. & 2. quia nõ refert, an a tertio nomine
ſuo proprio, etiam ſi nullum ius in emphyteuſi habeat, canon ſit ſolutus:
8 nam dummodo reperiatur ſolutus, pœna non cõmittitur, Iaſ. d. l. 2. num.
68. de iure emphyt. Ancar. cons. 44. nũ. 7. Roman. cons. 103. nũ. 1. Abbas
cons. 67. col. 3. prope finẽ. vol. 2. Berò. loco ſupra citato, num. 19.

9 DECLARATVR tertio, niſi canõ ſoluendus conſiſteret in facto
diuiduo per alterum non explicabili, vt puta, ſi promiſiſſet emphyteuta
pro canone nunquam ſingulis annis decem petere, quæ ei, ſuiſque
hęredibus a domino directi annua debebantur: nam, ſi poſt eius mortẽ
vnus ex hęredibus pro ſua rata petiiſſet illa decẽ, & ſic in effectu canonẽ
non ſoluiſſet; alter, qui nõ contrafecit, in ſuo iure conſeruandus eſſet, ex
quo in factis diuiduis ſolus ille, & pro ſua rata pœnã patitur, q peccauerit:
& ratio eſt. quia impoſſibile eſt iſto caſu canonem pro parte vnius per
alterum ſolui, cum facere quis non poſſit, ne cohęres emphyteuta petat
ſi velit, cum illud ſit factum cohęrens perſonæ per alterũ nõ explicabile
ita Marian. Soc. in d. l. 4. §. Cato, nũ, 148. vers. tertio limit. de verb. obligat.

DECLARATVR quarto, niſi quis ex hęredibus, aut filiis ceſſaſſet
in fraudem partẽ ſuã canonis ſoluere ad excluſionẽ aliorũ ex inueſtitura
10 vocatorum: quia tunc non ſoluens aliis non præiudicat, vt tradit Grat. in
d. cons. 132. num. 7. vol. 1. Iul. Clar. d. §. emphyteuſis. quæſt. 8. verſ. ſed hic q̃
ro, & probat ex. c. 1. §. ſed & res. per quos fiat inueſtit. ibi, Per feudũ tamen
cuilibet dari põt, niſi fiat in fraudem, & ex not. per Abbat. in cõſ. 3. nitar
col. 6. verſ. ſed præſuppoſito. vol. 2. vbi inquit, quòd, quando delinquitur
in perſona domini vere, vel interpretatiue; feudum ad dominũ reuertit
vt habeat ſaltem hãc ſuæ iniuriæ vltionem, c. 1. §. denique. Quæ ſit prima
cauſa benefic. amittend. niſi delictũ commiſſũ ſit ſtudioſe, vt priuarent
agnati. nam, ſi doloſe eſſet cõmiſſum delictũ, ęquũ eſt dicere, vt dominus

ex

ex tali delicto,ſeu dolo lucrari nõ debeat,arg.l.fin.ff.de eo,per quẽ fact.
11 erit.& in c.2. de renunciat.in 6.vt etiàm ſentit Alex.conſ.15.núm. 8.vol.2.
Et in fraudem in ſolutione canonis ad excluſionẽ aliorũ vocatorũ ceſſatũ
prǽſumeretſ,quando is,qui ceſſauit,minatus eſſet,quòd alios comprehen
ſos excluderet, ad not.per Innoc. in c. præſentia, in fine,de probat.per
Ruin.cons.78.num.8.vol. 3.quos eſſe cõmuniter receptos teſtatur Alex.
in.l.ſi.quis poſthumus.num.4.in fine.ff.de lib.& poſth.Sfort.Oddus in
tract.compend.ſubſtit. particula. 6.pag 202.uerſ. prima coniectura eſt,
quos ſequitur Burſat.conſ.40.num.70.vol.1.vbi alios idem tenentes citat
& magis frequenter a doctoribus receptum fateť,vt minę præſumptionẽ
12 fraudis inducant,vel quando is,qui ceſſauit in ſolutione ſuæ partis cano
nis,nõ habebat filios,nec habere ſperabat,vel non habebat hęredes, ad
quos emphyteuſis eſſet perventura, vel ſi habebat filios,non erant tales,
vt ad eos vigore inueſtiturę emphyteuſis pertinere poſſet,puta quia nõ
erant vocati ex verbis ſtipulationis:quia fortaſſe erant naturales, vel quia
is, qui ceſſauit in ſolutione, erat de vltimis comprehenſis in inueſtitura
paterna,ita vt poſt eius mortẽ ad eius partẽ emphyteuſis eius filiũ legitimi
& naturales nõ poterant admitti, ſed alii comprehenſi erant admittendi
per ius non decreſcendi, iuxta doctr.Bart.& omnium doct.in l.ſi mihi,&
Titio.de uerb.obligat. nam,ſi is ceſſet, & poſtea de eadem emphyteuſi
caducata propter eius nõ ſolutionem renouetur a dño alio modo,quàm
eſſet facta prima inueſtitura,vel eodem modo,ita vt nunc euius filij,&
hęredes comprehẽdãtur,qui nõ erant in prima inueſtitura comprehenſi,
præſumiť in fraudẽ ad excluſionẽ comprehenſorũ in prima inueſtitura
in canonis ſolutione ceſſatum,vt docet Grat.d.cons.132.num.7.cũ ſeq.
vol.1.& probatur ex traditis per gloſ.in verbo fraudem,in d.c.1.§.ſed &
res.tit. per quos fiat inueſt.& ibidem per Aluarot.col. 4.verſ. quæro
cũ gloſ.& per Ruin.conſ.213.num.3.vol.1.& Burſat.d.cons.40.num.73.
& Alex.conſ.15.nu.8.vol.5.&.per Bero.in c.potuit.num.115.cum ſeq. de
locato.dum per ſupracitatos doct.in ſupracitatis locis concludiť, vaſallũ,
qui conceſſionem feudi facit eo tempore,quo filios habere non poteſt,
vel tales,qui nõ ſuccedant,quia infeudans erat clericus in ſacris conſtitu-
tus,prǽſumi in fraudem agnatorum comprehenſorũ alienationem, ſiue
infeudationẽ facere,pręſertim ſi voluntarie,& non tela iudiciaria cogen-
te ſit facta renouatio,arg.not.per Tiraq.ex ſententia Bald.de retract.con-
uent.§.3.gloſ.1 & vnica.num.12.verſ.ar hic nõ pendet.quę ceſſatio cano-
nis fraudolenter facta aliis in prima inueſtitura comprehenſis non nocet,
quin ſaltem admittantur ad ſolutionẽ canonis,& inueſtituram aliis factã
actione reuocatoria reuocent,iuxta l.ſi libertus minorẽ.ff.de iure patro-
natus.& tradita per Afflict.de prohibit.feud.alienat per Frideric.in tertio

decimo

ot.ēt.ſtipul.l.Polla.C.de his,quib.vt indign.& iſto ēt caſu,quo vnus ex hę-
redibus,aut filiis ceſſauit in parte,vigent omnes rationes, quæ vigent in
principali ſtipulante, vt late diximus ſupra in octaua ampliatione.Nec
obſtat,quòd Bart.in d.§.Cato.num.19.in fine,videatur tenere ſupradictã
limitationem,quia inquit,quòd,ſi loquimur in pluribus hęredibus,vno
contrauenienté pœna committit in totũ,ſi ſumus in obligatione dandi:
ſed ſi ſumus in obligatione faciendi,committitur ſolum pœna contra eũ
qui contrafecit,& poſtea ſubiũgit,quòd canoniſtæ,prædicta ita ſubtiliter
non intuentes,nõ faciunt differentiã inter obligationẽ dandi,& faciendi
c.ſuam.extr.de pœnis.quia diſpoſitio d.c.ſuam.ſicut nõ procedit,quando
aliquis debet aliquid conſequi,puta hęreditatem, vel legatum, ſi aliquid
ſoluerit,vel fecerit,quia ei non competit actio,niſi totũ ſoluat,vel faciat,
vt declarat Abb.ibidẽ num.5.per l.Mæuius,& l.cui fundus.ff.de condit.
& demonſtra.ita hęredibus,aut filiis in emphyteuſi ſucceſſoribus,ſi canõ
integer ab eis non fuit ſolutus,non debet competere retentio, cum em-
phyteuſis intelligatur ſemper ſub illo pacto conceſſa,vt ad dominum
concedentem reuertatur,ſi penſio integra per biennium,aut triennium
non fuerit ſoluta, arg.l.fin.§.fin.de leg.3.cum concordantibus.nam, ſi
aliter diceremus,& ſupradictam limitationem teneremus, ſequerentur
plura abſurda.& primo,quòd dominus, qui concedit emphyteuſim ad
ipſum reuertendam ſub conditione,Si canon integer non fuerit ſolutus,
non poſſet reſpectu eorũ,qui poſt primum receptorẽ ad emphyteuſim
vigore ſtipulationis admitti debent;conditionẽ, & pactum huiuſmodi
de ſolutione integri canonis ſub pœna caducitatis a tota emphyteuſi
apponere de iure canõico:quod eſt omnino falſum,& cõtra diſpoſitionẽ
d.c.potuit.de locato,& l.2.C.de iure emphyt.cum in his generaliter, &
indiſtincte diſponatur,emphyteutam ob canonem nõ ſolutum iure ſuo
priuari,nec vlla fiat diſtinctio inter primum receptorẽ,& ſequentes poſt
ipſũ ẽphyteutas:ſecundo ſequeretur,quòd ſecundi,& vlteriores ẽphyteutæ
in vim eiuſdem ſtipulationis,& inueſtituræ poſſent ad emphyteuſim ad
mitti,& qualitates,& conditiões in ea a principio appoſitas reiicere cõtra
not.per Bart.in l.Aurelius.§.idẽ quęſiit.ff.de liberat.legata.& Grat.in cõſ.
79.num.31.vol.1.& contra l.ſi iſta ſtipulatio.ff.de oper.libert.vbi probatur,
15 quòd acceptans contractum debet totum ratificare,& e contra ad not.
per Petr.de Ancar.in conſ.217.dubium facit,num.1.& ſeq.& Felin. in c.
eccleſiæ ſanctæ Marię.num 77.de cõſtit.Thom.Parpal.in repet.l.placet.
num.78.C.de ſacr.eccleſ.Bellon.con.40.num.4.dum omnes concludunt
16 eccleſiam teneri ſoluere collectas, quando donans, vel legans tempore
contractus apponit conditionẽ,vt ſoluat.quia acceptans non poteſt rem
conceſſam acceptare,niſi cum oneribus,& conditionibus appoſitis, cũ

vnicuique

vnicuique licitũ ſit, concedendo res ſuas, adiicere conditiones, quas vult
c.verum. cũ ibidem not.extr.de condit.appoſit. Tertio ſequeretur, quòd,
ẽphyteuta eccleſiæ, ceſſans in parte canonis, nunquã caderet a tota em-
phyteuſi: quia vbiq́. eccleſia iure canonico, & eius æquitate, & nõ rigore
iuris ciuilis vti debet, c.quæ in eccleſiarum.de conſtit.c. quod clericis.de
foro competenti.Bero.d.conſ.196.nu.20.vol.1.& tamẽ hoc tàm reſpectu
primi receptoris, quã reſpectu eius hęredum, ſeu filiorum in emphyteuſi
ſuccedentium ſecundum communem opinionem eſt falſum, vt patet ex
traditis per Ruin.conſ.168.num.6.vol.1.cũ aliis doct.ſupra a me citatis
in quinta, & octaua ãpliatione, hac eadẽ cauſa priuationis: qui cõmuniter
concludunt in vtroq; caſu, per nõ ſolutionẽ partis committi caducitatẽ
emphyteuſis in totum, & pro maiori parte loquuntur in emphyteuſi
eccleſiaſtica. Quarto attenta ratione d.c.Suã.quæ eſt, quòd pontificalis
modeſtia ſolutione debiti contenta non debet inhoneſtis quæſtibus
auhelando diſiderare cũ aliena iactura ſe dictari, & ſic pœnas exigere,
ſequeretur, quòd eccleſia emphyteutam, etiam in totum non ſoluentem
non poſſet expellere, ſi ipſe vellet etiam poſt tempus lapſum purgandæ
moræ canonem ſoluere: quia poſſet dici, quòd eccleſiæ non intereſt eũ
expellere, niſi velit cum aliena iactura ſe dictari, ex quo debitum canonẽ
conſequi poteſt: quod tamen eſſet omnino puerile affirmare, cũ ſit tex.
expreſſus in contrarium in d.c.potuit.de locato. Concludendũ eſt ergo,
ne hæc abſurda ſequantur, quòd diſpoſitio in d.c.ſuam.non habeat locũ
in iſta conditione reſolutiua emphyteuſis a principio appoſita, Si canon
per biennium, aut triennium no fuerit ſolutus: quæ conditio reſolutiua
potuit a dño concedente emphyteuſim apponi, Abbas in d.c.verũ.num.
17 2. de condit. appoſit. tum quia vnuſquiſque in re ſua eſt moderator, &
arbiter l.in re mandata, C.mandati.cum ſimilibus. tũ quia hęc conditio
18 reſolutiua contractus emphyteuſis eſt iure canonico approbata in d.c.
potuit de locato. nam ſtante hac conditione, & pacto valido, a principio
conceſſionis, facta ceſſatione canonis, dominus ipſo volente habet ius
quæſitũ, vt emphyteuſis ſit ad ipſũ concedentẽ reuerſa. Ideo expellendo
19 emphyteutas iuxta tenorem pacti non dicitur dominus lucrum cum
iactura alterius conſequi, ſed damnum euitare, ſecundum not.per gloſ.
in l.1.§.ſi quis autem.ff.de itinere, actuque priuato.& per Ruin. in conſ.
219.num.6.vol.1.vbi citat Cin, Bald.Angel.Imol.Alex.idem ſentientes in
locis, de quibus ibidẽ per eũ. Nec poteſt dici, quòd dominus recipiendo
partem canonis ab hęredibus, ſeu filiis ſoluentibus videatur conſentire,
quòd illa particularis ſolutio ſit ſolutio, vt ſentit Guid.Pa.dec.174.p d.c.
20 ſuam.de pęnis. tum quia ille tex.non probat eius pronunciatum, ſi recte
perpendatur, nec ad deciſionẽ huius rei citari debet, cũ recipiat multos

intellectus

ītellect' iuxta doctr.Bar.ī l.ī ābiguo, de reb.dub.tū qa verius eſt, quòd dominus accipiendo partem canonis ab vno ſoluente pro vno anno, non cenſetur admittere, quòd illa ſolutio partis habeat vim ſolutionis canonis pro illo anno, cum a principio res ſit conceſſa emphyteutæ ſub conditione indiuidua, ſi canonem nō ſoluerit, ei auferenda, vt ſupra eſt
21 dictum: tum quia mutatio voluntatis domini non præſumitur, l.cum, qui voluntatem.ff.de probat.l.cum hic ſtatus in princ.de donat.inter uir. & vxor. tum quia non præſumitur canonē ita recipere ante cōmiſſion. pœnę, vt caducitatem incurrendam remittat: quia nō videtur renunciare iuri de futuro, vt tradit Caſtr.contra gloſ.communiter reprobatam in d. l.in executione.§.item ſi illa.num.2.de verb.obligar.

22 DECLARATVR ſexto ex ſententia Marian. Soc.in d.§.Cato.l.4. de verb.obligat.num.148.verſ.vltra doct.limita, niſi ſoluenti ratam ſuā nihil culpæ adſcribi poſſet, puta, quia iuſte, & probabiliter credidit ſociū ſoluiſſe, pro v:, ei iſtud perquirenti, aſſerbatur, & cum hoc concurrat ſocium, qui non ſoluit, non eſſe ſoluendo: nam tunc ipſe putat, eum, qui ſoluit, ſaltem ope exceptionis in ſuo iure eſſe conſeruandum, ne alràs ab-
23 ſque eius culpa damnum irrecuperabiliter patiatur, ex quo in effectu nō eſt habiturus regreſſum contra non ſoluentem propter eius egeſtatem. ſiquidem inanis eſt actio, quam excludit inopia debitoris.l.nam is.ff. de dolo, pro qua limitatione dicit eſſe optimum argumentum in l.3.§. primo.ff.de eo, per quem fact.erit.

24 DECLARATVR ſeptimo, niſi is, qui ex hęredibus, aut filiis ceſſauit in ſolutione partis canonis, deceſſiſſet antequam dominus declaraſſet velle eſſe locum caducitati. quia eius ceſſatio non noceret aliis, ex quo dominus non poſſet amplius ſuam voluntatem declarare ad cauſandam caducitatem, Ruin.conſ.168.num.20.& conſ.10.num. 4.& ſeq.vol.1. Caſſad.decis.2.& 3.de locato, & ego dicam latius infra hac eadem priuationis cauſa ampliatione 45. verſ. oportet præterea.num.17.cum ſeq.vbi vide.

AMPLIATIO IX.

1 EMPHYTEVTA *ob non ſolutum canonem cadit a iure ſuo, etiam ſi in contractu emphyteuſis appoſita ſit pœna ob non ſolutionem canonis*
2 ADIECTVM *ad fauorem alicuius non debet in eius odium retorqueri.*
3 IN *alternatiuis remedijs electio eſt actoris, non promiſſoris.*

4 *POENA ſuccedens loco ſortis non reuocat aliam pœnam, quæ ſimul, & eodem inſtanti oritur.*

IVS ſpeciale facilius tollitur, quàm ius commune.

5 *CONTRAHENTES non videntur ſe incontinenti in eadem in*
6 *moleſtura velle corrigere.*

ANNVS, in quo emphyteuta ceſſauit in ſolutione canonis, nõ computatũ
7 *in biennio, aut triennio, ſi pro illo anno emphyteuta domino pœnã cõuentiõalem ſoluit.*

DOMINVS non poteſt pœnã conuentionalem petere, & emphyteutã
8 *expellere, niſi expreſſe actũ ſit, vt vtrũque fieri poſſit, vel niſi fuerit appoſita pœna, cum clauſula, Rato manente pacto.*

POENA, ad quam ſe obligauit emphyteuta pro canone paruo, quamuis
9 *ſit magna, exigi poteſt,*

DOMINVS, qui poſt lapſum temporis recipit, aut petijt canonem ab
10 *emphyteuta, non poteſt pœnam exigere.*

REMISSA caducitate intelligitur remiſſa pœna, niſi actũ ſit, quòd
11 *pœna tàm committatur, quàm exigatur rato manente pacto.*

POENA conuentionalis ſemel commiſſa pro ceſſatione canonis, an poſſit
12 *iterum committi.*

1 EXTENDITVR nono principalis concluſio etiam ſi in cõtractu emphyteutico appoſita ſit pœna propter ceſſationẽ ſolutionis canõis nam non obſtante tali appoſitione pœnæ, emphyteuta ob nõ ſolutum canonẽ expelli poteſt ita tenet gloſ. in d.l. 2. in verbo Repellere. C. de iure emphyt. quã ſequuntur eodem loco Salic. num. 18. Bald. num. 12. Alberic. nũ. 8. & omnes indifferenter teſte Iaſone num. 139. Bart. in l. cũ pater. §. libertis. num. 5. de leg. 2. Ancar. conſ. 420. num. 3. Specul. in §. nũc aliqua: quæſt. 35. n. 46. & ibi Ioã. Andr. in addit. Azo in ſumma tit. de iure emphyt. num. 7. Guliel. Reodan. in tract. de reb. eccleſ. nõ alienand. quæſt. 24. de caducitatibus feudatarii & cetera. cap. 2. nũ. 14. pag. 496. Alex. cõſ. 132. nu. 2. vol. 4. & Imol. in d. c. potuit. col. 14. nũ. 28. de locato. qui ambo gloſ. ſequuti, teſtantur, illam eſſe communiter receptam, vt etiam fatetur Clar. in §. emphyteuſis: quæſt. 8. verſ. vlterius quæro. Ratio eſt, quia pœna eſt adiecta ad fauorem domini concedentis & in odium emphyteutæ non ſoluentis. Ideo ſicut non debet in odium

con-

concedentis retorqueri l. quod fauore.de legib.ita nõ ſoluenti non debet
cõmodum afferre.l.ſiue hęreditaria.ff.de negot.geſtis.Accedit ſecundũ
Bald.in loco ſupra citato,quia in alternatiuis remediis electio eſt actoris,
non promiſſoris,l.reſcriptum.§.ſi pacto.ff.de pact. Itẽ quia pœna ſuccedit
3 loco ſortis,nõ autẽ ſuccedit loco alterius pœnæ.ideo reuocare non poteſt
4 aliam pœnã:quia non ſubrogatur pœna loco pœnæ, quando ſimul,&
eodẽ inſtanti oriuntur,arg.ſecundũ ipſũ Bald.ff.de fideius.l.generaliter.
in ratione literę.Nec obſtat,quòd per promiſſionẽ pœnæ videatur receſ-
ſum a prouiſione legis l.fin.C.de pact.conuent. tũ quia ſecundũ omnes
doct.d.l.fin.loquitur de iure quodam ſpeciali inducto in fauorẽ mulieris,
5 quod facilius tollitur,quàm ius cõmune.l.eius militis.§.militia miſſum ff.
de teſtam.milit.cum concordantibus: tum quia ſemper in conceſſione
emphyteuſis,aut eſt expreſſe cautum,vt propter canonem non ſolutum
illa ad dominum reuertatur,aut hoc intelligitur tacite actũ ex natura con
tractus,vt diximus ſupra in prima ampliatione:ideo per appoſitionem
6 pœnæ non intelligitur ab eodem pacto expreſſo, aut tacito receſſum, ne
videantur contrahentes ſe incontinenti in eadem inueſtitura corrigere,
contra l.nã ad ea.ff.de condit.& demonſtr.& not.per Bart.in l.fin.§.idẽ
quęſijt.ff.eod.cũ ita interpretanda ſint pacta omnia, vt ſe inuicẽ cõpatian
tur,ita vt poſteriora obſeruẽtur,ſaluis pręcedentibus,ad l.fin.C.de nouat
vbi Bald.col.1.l.ſi vnus.§.pactus verſ.quid ſi non vt totum, de pact.cum
concordantibus citatis per Hier.Gabriel.conſ.88.num.2.

7 DECLARATVR primo,niſi emphyteuta ꝓ primo ãno ſoluiſſet
pęnam conuentionalem:nam emphyteuta priuati,niſi per triennium,&
emphyteuta eccleſię per biennium integrum ceſſauerit,a iure ſuo non
cadit,& ille annus primus,pro quo pęna conuentionalis eſt exacta,non
computatur in biennio,aut triennio:quia iam punitus eſt pro illo anno,
& illa pęna ſuccedit loco debiti:vnde pro primo anno eſt ſatiſfactum.ita
Specul.ex mente Vbert.in §.nunc aliqua.quęſt.39.num.50.tit.de locato.
Bald.in addit.in fine.d.§.nunc aliqua.col.3.verſ.ſi pro primo anno, &
Alberic.in d.l.2.num.13.C.de iure emphyt.

8 DECLARATVR ſecundo,vt dominus nõ poſſit vtrunque agere,
ſ. pęnam petere, & emphyteutam expellere:ſed debet alterum eligere,
niſi expreſſe ſit actũ,vt vtrunque fieri poſſit gloſ.in d.l.2.in verbo Repel-
lere,verſ.Sed tamen.C.de iure emphyt.cum qua tranſeunt ibidem Albe-
ric.nu.8.Salic.num.19.& communiter doct.teſte Iaſ.num.144.Imol.in
d.c.potuit.num.28.de locato.Specul.in d.§.nunc aliqua.num.47.quęſt.
36,vel niſi ſit appoſita pęna cum clauſula,Rato manente pacto.quia iſto
etiã caſu poteſt dñs pœnã petere, & ẽphyteutã expellere.nã ex quo cõtra
ctus ꝓpter dictã clauſulã remanet ĩ ſua firmitate,ꝑinde eſt,ac ſi pœna nõ

eſſet adiecta, ita Speculat. loco ſupra citato num. 48. quæſt. 37. arg. l. ſi quis
maior. C. de tranſact. cui aſſentiuntur Iaſ. num. 144. Bald. num. 13. Bart.
num. 14. in d. l. 2. de iure emphyt. Imol. in d. c. potuit. num. 28. Corn. conſ.
271, num. 3. verſ. circa ſecundum, vol. 3. Guliel. Reodan. in tract. de reb.
9 eccleſ. non alienand. quæſt. 19. de ſolutione canonis emphyteut. num. 10
pag. 434. Adeoque id verum eſt, vt, etiam ſi emphyteuta obligauerit ſe ad
canonem duorum denariorum ſub pœna centũ, poſſit dominus magnã
illam pœnam pro paruo canone appoſitam exigere: nam iſta adiectio
pœnæ reſpicit effectum expulſionis, & ſic factum. Ideo quantacunque ſit,
peti poteſt, arg. l. fin. C. de pact. conuent. & plene not. in l. ſtipulatio iſta. §.
alteri. de verb. obligat. & in l. vnica C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt
profer. vt tradit Iaſ. in d. l. 2. num. 141. de iure emphyt. Bald. in. c. 1. num. 5.
& ibidem Afflict. num. 16. Qualiter dominus feud. propr. priuet. Si quis
autem vult ſcire, an dominus veniendo contra pacta, teneatur ad pœnã
appoſitam, conſulat Bald. num. 2. Afflict. num. 13. in d. c. 1. Qualit. Domi.
feud. propr. priuetur. & Iaſ. in d. l. 2. num. 142. C. de iure emphyt.

10 DECLARATVR tertio, niſi dominus poſt lapſũ tẽpus recepiſſet
aut petiiſſet canonem ab emphyteuta: nam cum vtroque caſu dominus
cenſeatur remittere caducitatem ſecundum Speculat. in d. §. nunc aliqua.
num. 106. & Iaſ. in d. l. 2. nu. 124. & ſeq. C. de iure ẽphyt. & ea, quæ vberius
dicam infra limitatione vigeſima prima, nõ debet poſtea agere poſſe ad
pœnã ex contumacia: nã, cũ egerit ex principali, vt obſeruetur, nõ poteſt
ex contrario capite agere, l. 1. C. de furt. Recipere enim canonẽ, vel pen-
ſionem velle, eſt impletio, & conſequenter purgatio moræ. Ideo ẽphy-
11 teuta non poteſt pœnam pati, cum remiſſa caducitate, intelligatur remiſſa
pœna, ita Iaſ. in d. l. 2. num. 145. de iure emphyt. & eo loci Bald. num. 13. vbi
hãc limitationem ſublimitat, niſi actum ſit, vt pœna tàm cõmittat, quàm
exigatur, rato manẽte pacto: quia per verbũ Exigẽdo excluditur purgatio
moræ. Et an pœna ſemel cõmiſſa ꝑ ceſſatione canõis, poſſit iterũ cõmitti,
12 uide apud Speculat. d. §. nunc aliqua. quæſt. 38. num. 49. gloſ. in uerbo
Repellere, poſt medium, gloſ. in d. l. 2. C. de iure emphyt. & eo loci Bald.
num. 14. Iaſ. num. 149. Salic. num. 20. & ſeq.

AMPLIATIO X.

1 EMPHYTEVTA *ob non ſolutum canonem emphyteuſi priuatur, etiam ſi illam iuſto pretio acquiſiuerit ſub penſione vnius denarij.*

MAGNITVDO *pretij, data pro emphyteuſi obtinenda, non impe-*
2 *dit nomen contractus.*

3 FEVDVM *pecunia acquiſitum regulatur ſecundum leges, & conſuetudines feudi.*

2 DECIMO ampliatur, etiam ſi res fuerit in emphyteuſim conceſſa recepto iuſto pretio rei ꝑ conceſſione, reſeruato ſibi vnico danario pro canone: nam ſi ceſſetur poſtea per triennium, aut biennium in illius denarij ſolutione, ẽphyteuſis cadit in commiſſum, ẽt ſi emphyteuta iuſto pretio illã acquiſiuerit, Specul. in d. §. nũc aliqua. de locato. quæſt. 103. num. 127. quem eo loci ſequitur apoſt. in verbo. Non placet: nã
2 magnitudo pretij, data pro emphyteuſi obtinenda, non impedit nomẽ contractus, vt tradit etiam Natta in conſ. 49. num. 15. verſ. ſecundo moueor, & probatur ex traditis a doct. citatis a Iul. Claro in §. feudum. quæſt.
3 16. dum concludunt ex generali omnium feudiſtarum ſententia, feudũ pecunia acquiſitum, ſiue emptum regulari ſecundum omnes leges, & conſuetudines feudi.

AMPLIATIO XI.

1 EMPHYTEVTA *ob damnum contingẽs in emphyteuſi fluminis corroſione, vel choſmate, vel huiuſmodi, nõ excuſatur a ſolutione canonis, neq; in totũ neq; in parte, niſi res funditus perierit.*

2 PENSIO *ſoluitur per emphyteutam in ſignum recognitionis dominij, non proprie pro fructibus.*

3 EMPHYTEVSIM *conducens videtur periculum omne, & caſus fortuitos ĩſe ſuſcipere.*

4 EMPHYTEVTA *tenẽ ad ſolutionẽ ĩtegri canonis, ſi dominus nolit ipſũ expellere, ẽt ſi tantũ ei ex ẽphyteuſi nõ remanſerit, vt ex ea percipiat fructus ad penſionem ſufficientes, & num. 7. vbi declaratur.*

5 EMPHYTEVTA *non poteſt ſe liberare a canonis ſolutione, relinquẽdo domino emphyteuſim.*

6 SICVT *ad emphyteutam pertinet augmentum, ita ad eum debet pertinere damnum.*

1 AMPLIATVR vndecimo,etiam ſi in re em-
phyteutica contingat aliquod damnum , puta
fluminis corroſione,vł chaſmate,vł huiuſmodi
quia pp hoc ẽphyteuta nõ excuſatur a ſolutiõe
penſionis , neque in totum , neque in parte,
niſi rẽs funditus perierit,ita gl. in verbo Expelli
verſ.Idem ſi fundus,in d.c.potuit.de locato per
l. 1.C.de iure emphyt.quã eo loci ſequitur Imol.
num.40.col.25.& Abb.nu.16.vbi dictam gloſ.
eſſe communiter receptam teſtatur.Speculat. in d.§.nunc aliqua.num.
10.& quæſt.135.num.161.de locato.Natta conſ.377.num.2.Bero.conſ.
130.num.4.& ſeq.uol.i.Io.Igneus in repet.l.contractus, num.89.de reg.
iur.Alciat.conſ.265.num.1.quib.aſſentit altera gloſ.in verbo Particulare
in l. 1.C.de iure emphyt.cum qua tranſeunt ibidem Salic.num.9.Bald.in
2.lectura.num.9.& omnes,teſte Iaſone nũ.77.glos.in verbo Particularis,
& ibidem Aret.nu.3.in.§.adeo.inſtit.de locato.Alex.in l.ſi interdum §.ex
naufragio,num.6.& 7.ff.de acq.poſſeſſ.Iul.Clar.in §.ẽphyteuſis,quęſt.8.
verſ.quæro etiã.Angel.in §.quia Leonis,& in §.lex itaque,in auth.de non
2 alienand.Ratio eſt,quia penſio ſoluitur per emphyteutam in ſignum re
cognitionis dominii,nõ proprie pro fructibus, Roman.conſ.369.num
32.Ergò ſatis eſt,quòd duret dominium,vt durat,quando res in totũ nõ
eſt perempta,vt tradit Alex.in d.§.ex naufragio.num.7.Din. in d.l.1.quẽ
3 refert Alicat.in d.conſ.265.num.6.vbi etiã inquit,quòd qui ẽphyteuſim
conducit,videtur periculum õne,& caſus fortuitos in ſe ſuſcipere,& alias
rõnes adducit,ex quibus infertur,veriorem eſſe opinionem.Salic. in d.l.
4 1.nu.7.& 10.C.de iure emphyt.contra Bart.ibidem num.9.vt ẽphyteuta
teneatur ad ſolutionem canonis integri, ſi dominus nolit ipſũ expellere
etiam ſi tantùm ex emphyteuſi non remanſerit , vt ex ea percipiantur
fructus ad penſionem ſufficientes, vt etiam cum Salic.eodẽ loco tenuit
Iaſ.num.77.Natta conſ.49.num.25.verſ.vndecimo adduco, Imol.num.
40.in d.c.potuit.vbi Ant.de Butr.idem tenentẽ refert,& neruoſe Alciat.
d.conſ.265.per totum:quod etiam vltra eius rõnes probat ex eo,quòd
omnes doct.cõcedunt,emphyteuſim hanc ita diminutã,vt ex ea fructus
ad pẽſionẽ ſufficiẽtes pcipi nõ poſſint,nõ eſſe extinctã & finitã,& ẽphy
teutam adhuc remanere emphyteutam. Ergo ſequitur, quòd domino
volente agere ad canonem,teneatur ad ſolutionem integræ penſionis;
quia,ex quo emphyteuſis non eſt extincta,& finita,& ẽphyteuta adhuc
5 eſt emphyteuta,non poteſt ſe liberare a canonis ſolutione relinquendo
domino ẽphyteuſim,vt volunt Ias.n.24.Alberic.nu.21.in d.l.2.C.de iure
emphyt.

emphyt. Specul.in d.§.nunc aliqua.num.22.quæſt.13.Corn.con.16.nu.
10.vol.2.Paris.conſ.24.nũ.18.vol.4.Caſſan.in conſuetud.Burgund.pag.
1207.Rubr.9.de Maismort. §.octauo.in textu ibi.Ex delaiſſant.num.3.
Imol.in d.c.potuit.nũ.63.de locato.vbi expreſſe determinat,ẽphyteutam
etiam ſi res pro maiori parte interierit,non poſſe emphyteuſim inuito
domino dimittere,quando res fuit ad certum ſeruitium conceſſa per.d.
l.1.de iure emphyt.& per gloſ.valde notabilem in c.1.de Capitan.qui
iur.vẽdidit.in vſib.feud.receptã a Dino.& Bart.in l.is, cũ quo.ff.de aq.plu.
arcenda.& a Ioan.Andr.in loco per eum citato.Pro qua opinione facit
etiam,quod tradit Bart.in l.1.num.10.C.de iure emphyt.nam ſicut ad
6 emphyteutam ſecundum ipſum indiſtincte pertinet omne augmentum
ita ad eum debet pertinere indiſtincte damnum, donec emphyteuſis
durat.l.ſecundum naturam.de reg.iur.quam tamen concluſionẽ non
7 approbat Iul.Clar.in d.§.emphyteuſis.quæſt.8.verſ.quæro etiã, duobus
concurrentibus,videlicet quòd penſio correſpõdeat fructibus, vel quaſi
& quòd penſio ſit cõſtituta ad ratam bonorum,puta ad rationẽ ſolidorũ
decem pro ſingula pertica,nam ſecundum ipſum hoc caſu æquum eſſet,
vt penſio detraheretur pro rata, ſicut etiam pro rata fuiſſet conſtituta,
quod & ego æquũ puto ſecundũ ea, quæ dixi ſupra in ſecunda limitatiõe
quintæ ampliationis.Alij etiam diſtinguunt, an penſio correſpondeat
fructibus,vel non:de quo videbimus in ſequenti ampliatione.

AMPLIATIO XII.

1 EMPHYTEVTA *ob non ſolutum canonem priuatur iure ſuo,etiam ſi receperit emphyteuſim ſub canone magno, & correſpondente ferè fructibus, & paſſus ſit ſterilitate,ſecundum magis communem opinionem, & num.3.*

2 EMPYTEVTA *ſoluit penſionem in recognitionem directi dominij, & non in recognitionem fructuum perceptorum.*

4 *Emphyteuta excuſat a nõ ſolutione canonis,ſi paſſus fuit ſterilitatem,et penſio*

correſpondet ferè annuis fructibus, ſm aliam communem opinionem, quam improbat auctor.

5 ERVBESCIMVS *ſine lege loqui.*

6 EMPHYTEVTA *recipit omni caſu rem cum ſua irruptione, & ſicut re non in totum perempta, non excuſatur, licet non percipiat fructus æquiualentes canoni, ita non releuatur a ſolutione canonis propter ſterilitatem.*

7 PACTVM, *quòd emphyteuta, etiã re tota perẽpta, teneatur ad canonis ſolutionem, valet.*

8 ACTVM *faciens videtur ſe aſtringere legibus loquentibus de illo actu.*

9 EMPHYTEVSIS *dicit̃ regulariter, & proprie conſtitui, quando pro re pretioſa, & fertili, ſoluitur iuſta penſio.*

10 EMPYTEVTICVS *contractus cõſtitui põt intercedente a principio magna quantitate pecuniæ, & dicitur tunc haberi titulo oneroſo.*

11 CONTRACTVS *emphyteuticus non habet propriam naturam: ſed eam, quam partes paciſcendo imponunt.*

12 IN *emphyteuſi in primis, & ante omnia tenor inueſtituræ attenditur.*

13 PACTVM, *quod non eſt contra ſubſtantialia, ſed contra naturalia, & accidentalia contractus, valet.*

14 DAMNVM *quodcunque, non perimens penitus ſubſtantiã rei in emphyteuſim datæ, ad emphyteutam pertinet.*

15 PACTVM, *vt emphyteuta poſſit alienare irrequiſito domino, alterat naturam emphyteuſis circa illud, quod eſt pactum, vt alienando abſq; licentia domini non priuetur iure ſuo, ſed non alterat, vt poſſit alienare in potentiores perſonas, circa quod non eſt pactum.*

16 TENOR *inueſtituræ derogat cuicunq; naturæ feudorum.*

17 FEVDVM *improprie regulat̃ ſecundũ õnes leges, et cõſuetudines feudo*

18 CONTRACTVS *innominati regulantur ſecundum naturam contractuum nominatorum, quibus magis aſſimilantur.*

19 CONTRACTVS, *qui varia modo valere poteſt, ſemper dicitur geſtus eo modo, quo partes voluerunt.*

20 PROPTER *retentionem directi dominij, & translationẽ vtilis, & obligationem de ſoluendo canonem adiunctam, partes cenſentur voluiſſe cõtractũ emphyteuſis, nõ autem locationis, celebrare, licet canon ſit fere æquiualens, & correſpondeat fructibus ãnuis.*

21 RATIO, *quare ſimplici conductori fiat remiſſio mercedis, quæ emphyteuta negatur.*

22 CAVSÆ *duæ ſi concurrant, quarum una prodeſt, & altera nocet, regulariter inſpicitur ea, quæ nocet.*

23 RATIO, *quare conductori ad longum tempus fiat remiſſio mercedis ob ſteri-*

ſterilitatem, & emphyteuta non fiat.

24 VBI *viget eadem ratio, idem ius eſt ſtatuendum.*

25 EMPHYTEVTA *ſimilis eſt vſufructuario.*

26 VSV FRVCTVARIO *nõ fit remiſſio, quando acquiſiuit vſũfructũ formalem titulo oneroſo.*

27 EMPHYTEVTA *excuſatur a canonis ſolutione, quando propter bellum fructus percipere non potuit.*

28 EMPHYTEVTA, *qui aliquot fruct⁹ pcepit uel pcipere potuit illo anno, in quo ceſſauit in ſolutione canõis, nõ excuſatur propter bellũ a canonis ſolutione.*

29 EMPHYTEVSIS, *quæ in totum non potuit propter vim hoſtium culti vari, iuris interpretatione dicit̃ deperdita, & hæc ratio nõ congruit ẽphyteutæ qui paſſus eſt ſterilitatem.*

30 MVLTI *doct. tenuerunt, emphyteutam non excuſari a ſolutione canonis ex eo, quòd propter bellum nullos fructus percipere potuerit.*

31 VBI *opiniones ſunt variæ, adherendum eſt opinioni, quam tenet gloſ.*

32 IN *conſtituenda communi opinione nedum numerus, ſed auctoritas doct. illam tenentium, attenditur.*

33 DOCTORES, *qui pfunctorie loquuntur, & quæſtionem non diſputant, non habentur in conſideratione ad faciendam communem opinionem.*

34 LOCVS *adiectus cauſa taxationis conditionẽ facit, & obligatio reſtrĩgitur ad illud, quod in tali loco naſcitur.*

35 EMPHYTEVTA, *qui promiſit in eadem oratione, & inſtrumento ſoluere canonẽ de fructibus rei, in ẽphyteuſim conceſſæ, excuſatur a ſolutione canonis propter ſterilitatem, ſi illo anno non percepit fructus ſufficienter ad canonem: quod tamen declaratur num. 36.*

37 PROPTER *moram irregularem debentur fructus, qui percipi potuerunt ſed culpa, & negligentia poſſidentis percepti non fuerunt.*

38 EMPHYTEVTA *excuſatur a ſolutiõe canõis propter ſterilitatẽ, quã paſſus eſt, ſi in loco contractus adeſt ſtatutũ declarans, quòd quando datur res in ẽphyteuſim, & ſoluitur penſio æquiualens fere fructib⁹. quo ad remiſſionẽ faciendam caſus fortuiti contractus locatio ſimplex cenſeatur, & iudicetur, & id, quod ſoluitur, cenſeatur ſolui in recompenſationem fructuum, & nõ in recognitionem directi dominij.*

39 PARTES *contrahendo videntur ſe potius conformare cum diſpoſitione ſtatuti, quàm cum diſpoſitione iuris communis.*

40 VBI *ceſſat ratio, ceſſat legis diſpoſitio*

41 EPMHYTEVTA *excuſatur a ſolutione canonis propter ſterilitatem quam paſſus eſt, vbi in eodem contractu, & inueſtitura promiſcue fuit facta mentio de emphyteuſi, & locatione, & adſunt pacta, quæ magis conueniunt locationi, quã emphyteuſi.*

AMPLIATVR duodecimo etiam in emphy-
teuta, qui paſſus eſt ſterilitatem, & emphyteu
ſim recepit ſub canone magno, & reſpődente
ferè annuis fructibus: quia & is, ſi per biéniũ,
aut triennium canonem non ſoluat; iure ſuo
priuatur, neque propter ſterilitatem, quam paſ
1 ſus eſt, excuſatur, cum ei non ſit facienda remiſ
ſio, ſicut colono: quia emphyteuta ſoluit pen
2 ſionem in recognitionem directi dominij, &
non in recognitionem fructuũ perceptorũ, gloſ. fin. in verſ. ſed nunquid
propter ſterilitatem, in d. c. potuit. de locato. vbi Abb. num. 17. eam ſequi
tur, & Ancar. num. 20. Imol. num. 41. qui etiam iſtud comuniter teneri
affirmat: quam opinionem in terminis quæſtionis propoſitæ amplectiť
Alberic. in l. 1. num. 6. col. 2. & Iaſ. num. 18. C. de iure ẽphyt. & eo loci Bald.
in 2. lectura. n. 10. quia emphyteuta recipit rẽ cũ irruptione, vt in auth. de
nõ alien. §. emphyteuſim. Ideo, ſicut perẽptio maioris partis rei eũ nõ rele
3 uat a pẽſione: ita min' releuat ſterilitas fructuũ: & ſubiũgit alias rõnes, &
ꝙ ita ſe habet communis opinio; quam etiam tenet ibidem Salic. nu. 10.
Bero. conſ. 142. num. 4. & 9. vol. 1. Angel. in §. lex itaque. in auth. de nõ alie-
nand. Syluan. conſ. 9. num. 20. & conſ. 47. num. 10. Alex. in l. ſi interdum. §.
ex naufragio, ſub numero. 7. Caſtr. numero. 3. & alii. ff. de acquired. poſſeſ.
Burſat. conſ. 11. num. 22. Reodan. in tract. de reb. eccleſ. non alienand. ru-
brica de ſignificat. verbi Alienationis, cap. 21. num. 8. & ſeq. pag. 24. Natta
conſ. 194. num. 4. vſque ad 14. & vberius, & magis neruoſe ĩ conſ. 49. nũ.
14. verſ. tamen præmiſſis non obſtantibus, vſque ad finem illius conſilii
vbi ſupradictam opinionem multis fundamentis cõprobat, & in primo
fundamento inquit, quòd hæc eſt cõmunis ſententia ſcribẽtium in vtro
que iure, & poſtea reſpondet ad omnes rationes, quæ adducuntur ab
Alex. in conſ. 112. vol. 1. qui contrariam ſententiam amplectitur, cuius ſe-
quaces ſunt Lud. Bolo. cõſ. 54. co. 3. ver. nihilominus, Bero. con. 130. & cõſ.
131. vol. 1. Neuiz. conſ. 92. n. 44. cũ ſeq. vſq. ad finẽ illi' cõſilii, Paul. de mõt.
Pic. in rep. auth. ꝑterea, n. 13. & ſeq. C. Vnde uir, & vxor, Rola. a Valle conſ.
4 96. n. 26. vol. 1. Aret. cõſ. 55. col. 2. & conſ. 110. col. 2. Grat. cõſ. 128. n. 10. vol.
2. Ruin. cõſ. 77. n. 7. & cõſ. 161. n. 21. verſ. 2. pricipaliter. vol. 1. Bero. ĩ d. c. po
tuit. n. 175. ext. de loc. & q̃ſt. 125. ĩ pricip. Ioã. Ant. Rub. ĩ l. Gallus, §. qdã re
cte. n. 207. Soc. in l. Gall' §. ẽt ſi parẽte, ſub. n. 6. ff. de lib. & poſth. Cotta in
ſuis memor. ĩ verbo ẽphyteuta regulariter, vbi citat And. Sic. ĩ cõſ. 14. cle-
mẽtiſſ. Dei, col. fi. ĩ 2. lib. & Barb. ĩ d. c. potuit. col. 12. ℣. vlt. ex eadẽ, idẽ tenẽ
tes, & teſtať hãc eſſe cõẽ opinionẽ, vt ẽt affirmat Iacob. Port. cõſ. 144. n. 2.
Negari nõ põt, quin cõtrouerſia hęc ſit valde ãbigua, cũ tot hinc inde ad

ſint

ſint rationes,& auctoritates,vt non ſolum,quæ ſit ueritas,ſed q̃ ſit frequentior opinio,facile diſcerni non poſſit.Ego tamen libentius primæ opinioni accedo,primo quia nulla lex eſt,quæ dicat,emphyteuſim ſolitá eſſe concedi pro re minima,& diſponat non poſſe concedi pro penſione ferè annuis fructibus correſpondente:imo veriſimile eſt, quòd ſemper concedatur pro eo valore,quo res tunc locari poſſet, licet accipiens ſperet eam ſe melioraturum,vt tradit Alciat.in conſ.265.num. 2. Vnde, cú lex hoc non dicat,nec nos dicere debemus;quia erubeſcimus ſine lege lo
5 qui §.cum igitur,in auth.de non eligend.l.illam.C.de collat. & §.conſideremus,in auth.de triente,& ſemis.col.3.facit.c.is qui.de ſent.excommunic.in 6.ſi igitur emphyteuſis poteſt hoc modo concedi,ſequitur, quòd emphyteutę ob ſterilitatem nulla fiat remiſſio,d.l.1.C.dę iure emphyt.§. adeo,inſtit.de locato.nam,ſi ſecundum communem opinioné,quam firmauimus ſupra in antecedenti ampliat.cum gl.& Salic.contra Bart.em-
6 phyteuſi ita perempta,vt non remaneant ex ea fructus ad canonem ſufficientes,emphyteuta non releuatur a canone:ita minus debet releuari ꝓpter ſterilitatem:quia emphyteuta recipit omni caſu rem cum ſua irruptione,vt tradit Bald.in d.l.1.num.10.per tex.in §.emphyteuſis.in auth. de non alienand. Secundo in eam tranſeo,quia,ſi contraria opinio eſſet vera,ſequeretur,vt emphyteuticus contractus ſub penſione fructibꝰ correſpondente celebrari non poſſet, etiam ſub expreſſa verború forma:ꝙ ſit contractus emphyteuticus, & non locationis,cum pacto, quòd in eo leges de emphyteuſi loquentes obſeruentur, & non de locatione, nam & hoc caſu non eſſet curandum, quòd ſit dictum expreſſe, vt contractꝰ ſit emphyteuſis,& non locationis,cum vigeat eadem ratio, qua vtuntur Bologn.in d.conſ.54.& alii,quòd contractus ab effectu, & non a verbis ſit iudicandus:ſed conſequens eſt falſum, tum quia contractus a partiú conuentione legem accipiunt,l.1.§. ſi conueniat ff. depoſiti. tum quia,ſi id verum eſſet,non fuiſſet probabilis veterum dubitatio, an hic contractus in ſpeciem emptionis,an vero locationis tenderet, cum emptio, & locatio ſoleant fieri iuſto pretio, aliàs competat remedium l. 2. C. de reſcind.vendit.ergo &c. Tertio moueor, quia dato, quòd emphyteuſis ſoleat dari pro modico pretio,& canone,& conſequenter non fiat remiſſio:tamen non poteſt negari, quin poſſit etiam concedi pro magno,& iuſto ſub eiſdem legibus caducitatis,cum poſſit etiam in pactum deduci,vt emphyteuta,etiam re tota perempta,teneatur ad canonis ſolutioné
7 vt concludit Alber.in d,l.2, in fine,C. de iure emphyt.Specul.in §.nunc aliqua,quęſt.138.num.164.arg.l.1.ibi.In alijs obſeruari, de iure emphyt. & l.qui officij.§. fin .ff. de contrahenda empt. l.ſi in venditione, ff.de peric.& commodo rei venditæ.Sicut ergo emphyteuta, quando penſio

eſt-

eſt parua,& non correſpondens fructibus, ſecundum omnes propter ſterilitatem non excuſatur a canonis ſolutione:ita non debet releuari, quando penſio eſt magna:quia partes ſimpliciter cõtrahentes ꝑ magno canone,videntur ſecundum naturam verę emphyteuſis contrahere, vt nulla remiſſio fiat, arg.l.quidam.de verb.obligat.l.quæro.ff.locati:l.ſi
8 duo.ff.de acq.hęredit.vbi Bald.notat,quòd faciens actum,videtur ſe adſtringere legibus loquentibus de illo actu.& hoc eſt adeo verũ ſecundũ gloſ.fin.ibidem,vt non recipiat probationem in contrarium,iuncta.d.l. 1.C.de iure emphyt.quæ diſponit damnum quodcunque contingens, ex quo penitus nõ læditur ſubſtantia,& prorſus res,quæ in ẽphyteuſim data eſt,non facit interitum,ad emphyteutam pertinere;& iuncta d.l.2. C.de iure emphyt.& d.c.potuit,de locato.& auth. qui rem .C.de ſacroſ. eccleſ.quæ iura generaliter diſponunt,emphyteutam ob canonem non ſolutum per biennium,aut triennium poſſe expelli, & iure ſuo priuari, Ideo,cum ex natura contractus actum ſit,vt quodcunque damnum, interitum penitus rei conceſſę in emphyteuſim non faciens,ſit ẽphyteutę, & quòd poſſit priuari, ſi integrum canonem non ſoluerit, ſequitur, vt poſſit ob dictum canonem fructibus correſpondentem non ſolutum priuari:quia ad id ſe obligauit,& potuit ſe obligare:& imputandum eſt ei,quòd caſum ſterilitatis non exceperit, iuxta l.veteribus.ff.de pact.& not.per Syluan.in d.conſ.47.num.11.Quarto moueor,quia emphyteuſis
9 dicitur regulariter,& proprie conſtitui,quando pro re pretioſa, & fertili ſoluitur iuſta penſio,vt probatur in auth.perpetua.C.de ſacr.eccleſ.& in corpore,vnde ſumitur,in §.quia vero Leonis.in auth.de non alienand. vbi imperator refert,quandoq; fuiſſe ſtatutum per Leonem,eccleſiaſticã rem concedi in emphyteuſim ſine ulla diminutione:ipſe autem cõſentit quòd,quando res eſt talis,qualis erat,quando peruenit ad eccleſiam, & eſt fructifera , poſſit cõcedi cũ diminutione ſextę partis:ſin aũt fuerit ob cladẽ diminuta,vel ſi ſit ꝑtioſa,parũ tñ fructifera,ꝙ tũc iuſta ſoluat̃ pẽſio, & cõſequenter tũc ſoluit̃ penſio ĩ recõpenſationẽ fructuũ:& tñ dicit̃ emphyteuticus contractus,vt ibi habetur & in §.ẽphyteuſim,in auth.de nõ alienand. emphyt. Si igr̃ eſt ẽphyteuticus cõtract⁹,ſequit̃ ẽt iſto caſu,quo canon correſpõdet fructib.vt ſterilitas cedat ad dãnũ ẽphyteutæ,iuxta l.1. C.de iure ẽphy.& ꝙ ẽphyteuta ob canonẽ nõ ſolutũ poſſit iure ſuo priuari,iuxta l.2.C.eod.& c.potuit.de loc.& ꝙ ei nõ ſit facienda remiſſio iuxta c.pp ſterilitatẽ.extr.eod.vt ſit differẽtia iter locationẽ, & ẽphyteuſim, & iura iurib.cõcordẽt,vt fieri d3,iurib. vulgarib.& ne uideat̃ sũm⁹ Põtifex ĩ d.c.pp ſterilitatẽ corriger̃ ea,q̃ dixit ĩ d. ſequẽti c.potuit.cõtr.l.nã ad ea.ff. de cõd.& dem.Quinto adducor ex traditis ꝑ Bart.ĩ d.l.1.C.de iure ẽphyt. circa pricipiũ,vbi ĩqt,ꝙ cõtract⁹ ẽphyteuticus celebrat̃ hoc modo,nã ab

initio

initio datur certa quantitas, & poſtea conſtituitur quid modicum:quod
adeo aliquibus verum viſū eſt,vt exiſtimauerint pro ſubſtantia, & forma
emphyteutici contractus, hanc numerationem a principio requiri, & ſi
alij contrarium ſenſerint, vt patet ex ſcriptis a Iul.Clar.in §.emphyteuſis.
quæſt.3.lib.4.ſent.recept.tamen quod ad propoſitum noſtrum ſatis eſt,
10 quòd contractus emphyteuſis,intercedente maxima quantitate pecuniæ
fieri poteſt,& res tūc dicitur haberi titulo oneroſo,vt declarat Bart.Alex.
& alij in l.ſi mihi,& Titio.de verb.obligat. & nedum pro maxima quan-
titate pecuniæ,ſed ēt iuſto pretio ab initio pro conceſſione recepto ēphy
teuſis conſtitui poteſt, ad tradita per Speculat.in d.§.nunc aliqua,quæſt.
103.de locato.& per apoſt.ibidem, in verbo Non placet. Et vtroque ca-
ſu ēphyteuſis ſubiacet pœnæ.d.c.potuit.de locato.& aliis legibus de ēphy
teuſi loquentibus,ad not.per Bart.& doct.in d.l.ſi mihi,& Titio.de verb.
obligat.& per nos ſupra in decima ampliatione.Ergo eodem modo, imo
multo magis ſubiacere debet,vbi a principio nulla,aut parua numeratur
pecunia:ſed annuatim penſio,fructibus reſpondens,vel quaſi, conſtitui-
tur:quia magis durum,& magis iniquum videtur,quòd emphyteuta ob
ceſſationem,etiam vnius nummi,emphyteuſim amittat, quam ex titulo
oneroſo,& iuſto,& æquiualenti pecunia acquiſiuit, quàm quòd amittat
illam,quam ſub penſione fructibus reſpondente,nulla pecunia interue-
niente,conduxit,cum hic amittat ſolum,quod ei fuit datū, & potius cō-
moditatem rei, quàm rem, cum deducto canone ei nihil, aut parum ex
fructibus ſuperſit, & alter amittat, quod ei fuit datum, & pecuniam rei
æquiualentem,quam pro emphyteuſi obtinenda ſoluit.Sexto hanc ſen-
tentiam amplector ex eo, quòd contractus iſte emphyteuticus non vide
tur habere propriam aliquam regulam,& naturam:ſed eam tantummo-
11 do,quam partes ſibi imponunt paciſcendo,l.1.& 2.C.de iure emphyt.§.
adeo.inſtit.de loc.& vtrobique per doct.& paſſim legum interpretes ex-
12 clamant,vbi agitur de emphyteusi,in primis,& ante omnia tenorem in-
ueſtituræ attendēdum eſſe,Alex.conſ.24.num.2.vol.5.Pariſ.conſ.5.num.
1.vol.1.Alciat.conſ.146.num.6.Caſtr.conſ.146.num.1.vol.2.Dec.conſ.
194.ſub num.3.Roman.conſ.33.num.1.Igitur,ſi res in emphyteusim cō
ceſſa eſt, & conuentum extiſtit, quòd non modicum quid ānuatim ſol
uatur pro recognitione dominii,ſed magna pensio, inconueniēs nō eſt,
quòd iſte dicatur contractus emphyteuticus, poſtquàm cōtrahentes ita
conuenerunt, & conuentio contrahentium imponit naturam contra-
ctui ſecundum iura præallegata. Et quamuis daremus,pactum de ſoluen
do iuſtam pensionem eſſe contra naturam ordinariā emphyteusis,vt vo
lunt, qui cōtrariam ſententiam tuentur:tamen ſatis eſt,quòd huiuſmo
di pactum valet, vt ipſi concedunt: quia nō eſt contra ſubſtantialia:ſed
13

contra

contra naturalia, & accidentalia contractus gloſ.magiſtr.in l.pacta conuenta.ff.de contrah.empt.Bart.in l.vbi ita donatur.ff.de donat.cauſa mortis. Bart.in d.l.2.C.de iure emphyt.Bald.in l.ſi pater.in.2.lectura.ff.de adopt.& in c.1.§.nulla.num.7.per quos fiat iueſtit.& in reliquis cõtractus iſte debet remanere firmus in ſui natura. Quia, cum reperiatur duntaxàt ex pacto alterata emphyteuſis a cõtrahentibus quantum attinet ad canonis quantitatem, & nihil ſit dictum circa expulſionem, & damnum contingens, hoc remanere debet ſub diſpoſitione iuris communis l.commodiſſime.ff.de lib.& poſth.l.ſi extraneus.ff.de condit.cauſa data.& dánum
14 quodcunque, non perimens penitus ſubſtantiam rei in ẽphyteuſim conceſſæ, ad emphyteutam pertinet, iuxta l.1.C.de iure emphyt.& quòd ob non ſolutionem canonis poſſit expelli iuxta l.2.C.eod.& c.potuit, extra, de locato. ſicut videmus, quòd pactum, vt emphyteuta poſſit alienare ir-
15 requiſito domino, alterat naturam emphyteuſis duntaxàt circa id, quod eſt pactum, vt alienando abſque licentia domini non priuetur iure ſuo, Iaſ.in l.3.num.2.& ſeq.C.de iure emphyt.Dec.conſ.614.num.6.Beto.cõſ.122.num.3.lib.1.Roland. a Valle conſ.79.num.26.vol.1. non tamen alterat, vt poſſit alienare in potentiorem[circa quod non eſt pactum]abſque eo, quòd cadat a iure ſuo, Iaſ.d.l.fin.num.28.de iure emphyt.Ruin.conſ.143.num.11.lib.1.Imol.in d.c.potuit.de locato, num.52.Natt.conſ.491.num.1.& 2.& conceſſo etiam, vt volũt noſtræ huic opinioni aduerſantes; vt emphyteuſis data ſub iſta magna pẽſione fructibus, vel quaſi, correſpõdente, non ſit proprie emphyteuſis: non tamen inde probatur eorum ſẽtentia, cum non deſinat in reliquis eſſe ẽphyteuſis.& in illis debeat regulari ſecundum leges de emphyteuſi loquentes, vt damnum ſterilitatis ſit emphyteutæ, & vt ob nõ ſolutionem integri canonis poſſit expelli, ſicut videmus etiam in ſimili in feudo, in quo quælibet pacta extranea ſeruanda ſunt, etiam ſi ſint apposita cõtra communem feudi rationem, & ordinariam eius naturam: quia tenor inueſtituræ derogat cuicunque naturæ
16 feudorũ, vt tradit Bald.in c.1.in fine, de duobus fratribus a Capit. iueſtit. & huiuſmodi pacta valent, & in reliquis remanet cõtractus feudi, & pro feudo habetur c.1.de feudo non habente propr.naturam feud.ibi, Licet propriam naturam feudi non habeat: feudum tamen cenſetur, & idẽ probatur in c.feudum ea lege. Si de feud. fuerit controuerſ. inter domin.& agnat.& tenet Caſtr.in conſ.311. Circa id, quod primo quęritur, in primo dubio, vol.1. Natta in d.conſ.49.num.19. nam etiam feudum impropriũ
17 regulatur ſecundum omnes leges, & conſuetudines feudi, vt generaliter volunt omnes feudiſtæ, vt ſcribit Iul.Clar. in.§.feudum, quæſt.16.verſ.ſed quæro. Septimo ſuadeor, quia, & ſi daremus hãc emphyteuſim, quæ cõceditur ſub dicta magna penſione fructibus, vel quaſi, correſpondente,

non eſſe proprie emphyteuſim: tamen negari non poteſt, quin ſimilitu-
dinem maiorem habeat cum emphyteuſi, quàm cum locatione propter
tráſlationem vtilis dominii, & retentionem directi, & ob ſolutionem ca-
19 nonis iniunctam. Ideo debet regulari ſecũdum naturam veræ emphyteu
ſis: quia innominati contractus regulantur ſecundum naturam contra-
ctuum nominatorum, quibus magis aſſimilantur l.1.§.ſi quis ſeruam.ff.
depoſiti.l.cum qui.§.1.ff.commod.l.naturalis.§.fi.ff.de præſcript.verbis.
vt conſiderat in terminis noſtris Natt.in d.conſ.49.in quinto fũdamẽto,
num.21.ex doctr. Alberic.in l.1.col.3. C.de iure ẽphyt.cui rationi poteſt
addi, quòd contractus, qui poteſt vario modo valere, ſemp dicitur eo mo
do geſtus, quo partes voluerunt, l.nõ omnis.ff.ſi cert.petat.nam ſemper
attenditur quòd pricipaliter agitur l.ſi quis nec cauſam.ff.eod.& ex vno
facto non debet naſci effectus biformis, & duplex contractus: ſed vnus tá
tum, & ille, quem principaliter partes agere volebant, iuxta.l.Lucius.la 1.
& l.Die ſponſaliorum.§.fin.ff.depoſ.& nulli dubium eſt, quòd intentio
20 partium in caſu noſtro fuit velle contractum emphyteuſis celebrare, vt
clare patet propter tranſlationem vtilis dominii, & retentionem directi,
& ſolutionem canonis in ipſo appoſitam: & ideo ſecundum naturá ẽphy
teuſis regulari debet. Octauo mouet me ratio, quam aſſignant doct. cõ-
muniter in d.l.1.C.de iure emphyt.Cuman.& Alex.in d.l.ſi interdum.§.ex
naufragio num.7.ff.de acq.poſſeſ.& doct, in c.potuit, de locato. dú quæ-
runt, quare ſimplici conductori fiat remiſſio mercedis quæ emphyteutæ
negatur. nam ideo hoc dicunt eſſe, quia conductor ſoluit penſionem cõ-
21 templatione fructuum percipiendorum, quos ſi non percipit ob caſum
fortuitum, æquum eſt ſibi fieri remiſſionem: ſed emphyteuta ſoluit pẽſio
nem in recognitionem directi dominii, non habito reſpectu ad fructus:
ideo non diminuitur penſio, nec remittitur, licet fructus pereát. Hæc aũt
ratio, quæ communiter adducitur per doct.comprehendit emphyteutá
non ſolum ſoluentem modicam penſionem: ſed etiam magnam, cú ma-
gna pẽſio etiam præſtari poſſit in recognitionem directi dominii: & licet
dicatur, quòd iſto caſu habetur reſpectus ad perceptionem fructuum: ta
men, ex quo fuit etiam in conſideratione recognitio directi dominii, p̃-
pter ꝙ contractus cenſetur emphyteuticus, impeditur remiſſio, tũ, non
ſolum, vt ſit differentia inter hunc contractum, & locationem, ad tradita
per gloſ.2.& doct.in d.l.1.de iure emphyt.ſed etiam quia in cõcurſu dua
rum cauſarũ, quarũ vna prodeſt, & altera nocet, inſpicitur regulariter ea,
22 quæ nocet, l.2.§.ſi pupillo.ff.pro empt.l.ſi quis in graui.§.fin.cum l.ſeq.
ff.ad Sylan.Bart.in l.ſi vir.ff.pro don.Natta d.conſ.49.in octauo fun-
damento. Nono eandem ſententiam mihi ſuadet ratio, quá ponit Petr.
23 de Ancar.in d.c.potuit.num.20.quæſt.11.quæ ante eũ fuit Cyn.& Petr.

in d.l.

23 in d.l.1.in 7.quæſt.& Salic. ibidē, qui eos ſequitur, num.12.de iure em
phyt. vbi aſsignans rationem differentiæ inter conductorem ad longū
tempus,& emphyteutam, quia dicto conductori fit remiſsio mercedis
ob ſterilitatem, quæ emhyteutæ negatur,inquit hoc ideo eſſe, quia em,
phyteuta recipit rem, vt eam perpetuò retineat,donec penſionē ſoluat
& ſic acquirit dominium vtile perpetuo apud ipſum remanſurum, pro
pter quod eſt ſpes meliorationis, & augmēti etiam alluuionis; quæ ratio
non viget in conductore ad longum tempus: quia finito tempore, licet
non modico,reſtituere tenetur,ideo cum differentia ſit penes rationem,
eſt differentia penes iuris conſtitutionem;ſed hęc ratio viget in emphy-
teuſi conceſſa pro magna penſione, quia non eſt longo tempore finitu
ra:ſed perpetuò apud emphyteutam, & eius filios, & nepotes, vel apud
eius hęredes remanſura, donec penſio fuerit ſoluta: ergo idem ius eſt
24 ſtatuendum, vt huic emphyteutæ non ſit facienda remiſsio propter ſte-
rilitatem,l.illud.ff.ad l.Aquil.l.a Titio,vbi doct.ff.de verb.obligat.præſer
tim propter ſpem vbertatis, quæ veriſimiliter eueniet in tot generatio-
num tēpora,cū qua venit compenſanda ſterilitas,l.licet.C.locati.c.ꝑpter
ſterilitatem, extr. eod. vt etiam conſiderat Natta in d.conſ.49.num.23.
25 Decimo apud me facit, quòd emphyteuta eſt ſimilis uſufructuario, vt
tradit Bald.in l.vnica.§.1.col.2. verſ. extra gloſ. quæro.num.12.in fine.C.
de caduc. tollend. Specul. in §.nunc aliqua, quæſt.10.num.19.Iaſ.in l.2.
num.18.C.de iure emphyt.vbi refert Alber.in l.codicillis,in principio.ff.
de vſufr.& vſufr.legato.idem dicentem, & inquit eſſe gloſ.notab.in c.1.
in fine,in verbo Meliorem, de īueſt.de re alien.facta.Sed vſufructuario
26 nulla fit remiſsio, quando acquiſiuit vſufructum formalem tit.oneroſo,
quia emit:nam tunc ius vtendi eſt pro conceſsione iuris:quia vendens
ꝑ fruitione facti nō ſe obligauit, vt ait Bald.in l.licet. quæſt.5.C. locati.
Ergo nec huic emphyteutæ eſt facienda:quia pariter ſatis eſt,quòd do-
minus concedens durante emphyteuſi præſtet patientiam vtendi em-
phyteutæ,cum pro fruitione facti non ſit obligat9, d.l.1.C.de iure em-
phyt.& ad not.ſupra in ātecedēti āpliatione,& is habeat cauſalē vſumfru
ctum,nec ſit facienda differentia,vt ſimilis dicatur vſufructuario, an ſol
uat paruam penſionem,vel magnam; quia hoc eſſet abſurdum, vt tra-
dit Natta d.conſ.49,num.24.in nono fūdamento. Vndecimo moueor
quia,licet communiter doct.velint,emphyteutam excuſari a canonis ſo
27 lutione,quando propter bellum fructus percipere non potuit, quia pa-
ria ſunt rem eſſe inundatam a flumine, vel a mari, & eſſe occupatam ab
hoſtibus,& ſicut inundatum ab aquis,donec durat inundatio,cenſetur
deperditum: eadem ratione dicitur deperditum id, quod ꝑpter vim
hoſtium non poteſt poſſideri, vt tradit Imol.ex cōmuni doct.ſententia

in d.c.

28 in d.c.potuit.n.42.& Bero.nu.176.nihilominus omnes doct.declarant,
hoc non eſſe verum,quando tempore belli emphyteuta aliquos fructus
percepit,vel percipere potuit pro illo anno,quo ceſſauit i. ſolutione:quia
non poteſt cenſeri res pro illlo anno totaliter perempta,ex quo ẽphyteuta
pro parte poſſidet,& dominus pro parte præſtat patientiá:ideo iſto caſu
ad integram penſionem tenetur:quia, durante in parte re, emphyteuſis
non dicitur perempta,& emphyteuta ad totum canonem tenetur, ſicut
idem Imol.tradit.in d.c.potuit num.43.& vř de mente Bero.ibidem nũ.
176,dum inquit,quòd emphyteuta non potuit etiam pro parte rei, vel
temporis habere patientiá domini,vt re vti poſſet,& expreſſe conſiderat
Alex.in d.l.interdum.§.ex naufragio.ſub nũ.7.ff.de acq.poſſeſſ.defenden
do communem opinionem: quia quando res in totum non potuit pp
vim hoſtium cultiuari,iuris interpretatione in totum cenſet̃ deperdita,
29 l.ſi in venditione,in fine.ff.de peric.& commod. rei vendit.& dominus
nec in parte,nec in totum præſtat patientiam vtendi, & fruendi, & ſic
non implet contractũ ex parte ſua,ſed ſecus eſt,quando potuit cultiuari
in parte,quia tunc dominus ſatis præſtat emphyteutæ patientiam vtendi
& fruendi,licet redditus ſit modicus:ideo penſio tota debet ſolui ĩ reco-
gnitionẽ dominii.ceterũ pp ſterelitaté nullo modo iuris interpretatione
poteſt dici,vt res in totum fuerit illo anno deperdita, quia nulla lex hoc
probat,ergo ẽphyteutæ pp ſterelitatẽ nõ eſt facienda remiſſio, & con-
ſequenter ob non ſolutionẽ canonis poteſt expelli,quia nõ intereſt,quòd
penſio ſit magna,cum in caſu parui canonis,etiam ſi emphyteuſis fuerit
in totum ab hoſtibus occupata,non excuſatur emphyteuta,ſed ſolum in
caſu,quòd cenſus eſſet notabilis quantitatis,& nihil potuerit percipi, vt
poſt Iacob. de Aret.& Cin.tenuit Bald.in d.l.1.num.10.verſ.quæro, an
pp ſterilitatem,C.de iure emphyt:cum quo videtur tenuiſſe Collegium
Mediolanenſe,& Rom.in d.§.ex naufragio.quia doct.nõ faciunt differen
tiam,& uim, vtrum ſoluat emphyteuta magnam penſionem,vel paruá,
niſi in caſu,quo propter bellum fundus penitus non potuit cultiuari, &
ex eo aliquos fructus percipi,cum tunc perinde ſit,ac ſi res non extaret,
& penitus eſſet perempta l. cum vnus.§.fin.de bon.auct.iudic.poſſid.l.ſi
30 is,qui rẽ §.is qui.ff.de furt.quæ ratio nullo modo poteſt militare in caſu
ſterilitatis. Quinimmo ẽt ſi pp bellũ ẽphyteuta nullos fructus percipere
potuerit,ipſũ nõ excuſari multi exiſtimauerunt,vt Alber. in d.l.1.num.7.
C.de iure ẽphyt.Cuman.in d.§.ex naufragio,pro quorum ſententia con
ſuluit Cardinal.Pataui,cuius conſilium fuit confirmatũ a toto collegio
illius ciuitatis,vt refert Bero.in d.c.potuit.ſub nu.176.verſ.Dominus Car
dinalis,quia d.l. prima requirit ad hoc,vt fiat remiſſio emphteutæ, vt res
totaliter fuerit perempta,quod non contingit in caſu belli:quoniam pro

illo tempore dominus,ſiue emphyteuta potuiſſet reperire emptoré, qui
rem emiſſet:ergo multo minus facienda eſt in caſus ſterilitatis, cú nullo
modo res in totum,aut pro parte poſſit dici perempta.

DVODECIMO, & vltimo moueor,quia in hac controuerſia ad
ſunt opiniones contrariæ,& doct.hinc inde,qui teſtantur, eorú opinio-
nem eſſe frequentiorem, & adſunt etiá rónes,ideo tenenda eſt ſententia
vt emphyteuta propter ſterelitatem non excuſetur à canonis ſolutione:
31 nam hanc opinioné tenet gloſ.in d.c.potuit,& vbi opiniones ſunt variç,
adhçrédum eſt gloſ. ita Bald. in l. 1. in fine. ff. de vulg. & pupill.
l.2.in fine. C.de ſent.quæ.ſine certa quantit. proferuntur.Alex.conſ.147.
perſpectis,ſub num.4.verſ.& poſtquam gloſ.vol.5.Fulgos.conſ.220.no-
biles,circa finem.Barth.Veronenſis.conſ.crimin.71.circa accuſationem.
num.4.Cuman.conſ.36.prçponitur.num.2.Iacob.But.i l.1.C qui pro ſua
iurisd.quem refert;& ſequitur Dec.multos alios citans in l.vt vim.num.
34.ff.de iuſt.& iure.Roland.à valle conſ.34.num.9.vol.4.& eo præſertim
quia gloſ.opinio eſt melioribus rationibus fulcita,& etiam magis com-
munis,ſi recte numerentur doct.quæſtioné hanc ex profeſſo tractantes,
& gloſ.ſequentes,& eorum auctoritas recte ponderetur,vt fieri debet,in
diſcernendo,q́ ſit frequentior opinio, quia nedú numerus,ſed auctoritas
doct.attenditur Alex.conſ.202.num.7.vol.7.Alicat. de preſumpti reg.1.
33 preſumpt.51.n.3.nec in conſideratione habentur doct.qui perfunctorie
loquuntur,& quæſtionem in caſu,de quo agitur,non diſputant, vt ſunt
multi pro contraria opinione citati,nam doctoris opinio dici nó debet,
quando non examinat articulum ad partes,& ſe firmat, Soc.Iun.conſ.1.
num.143.lib.1.Pariſ.conſ.91.num.49.vol.3.Curt.Sen.in l.ſi quis maior,
nu.8.C.de Tranſact.Roland.a Valle conſ.39.num.38.vol.4.Tobias Non.
conſ.48.num.27.Nec obſtant rationes in contrarium adductæ:quia ad
illas commode reſpondet Natta in d.conſ.49.num.27.vſque ad finem
illius conſilii,& reſpondent alii doct.quos pro opinione noſtra ſupra.
citauimus,ad quos breuitatis cauſa me remitto,cú etiam ex fundamentis
ſupra factis ſatis appareat reſponſio.

DECLARATVR primo ſupradicta cóclusio,niſi éphyteuta pro-
miſiſſet in eadem oratione,& inſtrumento ſoluere talé canonem de fru
ctibus ipſius rei in emphyteuſim conceſſæ:quia tunc, cum dicatur facta
mentio de fructibus per modum taxationis,& non demonſtrationis,nó
eſſet obligatus ſoluere ꝓ canone,niſi fructus, quos percepiſſet ex éphy-
teuſi,& ſi nó aſcenderent ad integrú canoné pp ſterilitaté,vel aliud ac-
cidens,pp integrú canoné nó ſolutú illo anno nó poſſet expelli éphy-
34 teuta:ná locus adiectus cauſa taxationis conditioné facit,& obligatio re-
ſtringit̃ ad illud,quod in tali loco naſcitur,ita Decius conſ.280.num.2.in

fine,

fine, per l.cum certus.ff. de vino, tritico, oleoq; legato. vbi, ſi teſtator le
gauit certum numerum amphorarum uini, quod in fundo Sẽproniano
natum eſſet, & minus natum ſit, amplius nõ debetur, & per alia iura, quæ
citat Caſtr.conſ.47.vltra ea, quæ allegata ſunt, col.fin. verſ.quantum ve-
ro ad illud quæſitum, vol.2.ad not.per Rot.deciſ.868.in antiquis, per Io
ann.Baptiſtam Ferret.conſ.241.num.2.vbi loquitur in legato facto de
redditu certæ poſſeſſionis, & conſ.266.num.12.vol.2. Et ita in terminis
emphyteuſis noſtræ tenuit Bero.in conſ.131.num.13.vol.1.per not.per
35 Bart.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.de verb.obligat. & per Caſtr.conſ.
327.quia exceptiones, lib.1.quod eſt conſ.338.in nouis, lib.eodem.& p
Felin. in c.ad audientiam, il 2.col.7.de reſcriptis, & in c.ſuper literis, ibi
quarto limita, tit.eod.per quam rationem puto Bero.recte reſpondiſſe
in illo caſu. Sed bene verum eſſet, quòd emphyteuta quo ad canonem te
neretur compenſare ſterilitatem cum vbertate aliorum annorum: quia,
ſi annis elapſis, vel ſequentibus fuerit fertilitas, & vbertas, ſuppleri debet,
36 quod defuit, & minus fuit ſolutum ex vbertate, & fertilitate aliorum an
norum, vt concludit idem Bero.loco citato num.14.arg.l.ſi vno, in prin
cipio.ff.locati.& Caſtr.in d.conſ.338.col.2.num.3.verſ.quid ſi alio anno.
vol.1.Rot.d.deciſ.868.prope finem, & ſi culpa, vel negligentia ipſius em
phyteutæ eſſet cauſata ſterilitas, ſeu fructus percepti non eſſent, quia for-
taſſe non coluit, nec curauit fundum colendum, tunc emphyteuta non
excuſaret̃, arg.not.p Alex.& Soc.ĩ l.de diuiſione.ff.Sol.matr.dũ q̃runt, an
37 rõe moræ irregularis debeat̃ fruct⁹ rei nõ traditę, & cõcludũt, ꝙ ſi ex re fru
ctuoſa pcipi potuerũt, ſed culpa, vl̃ negligẽtia nõ fuerũt pcepti, debẽt̃ fru
ct⁹, q̃ pcipi potuerũt p tex.ĩ l.Iulianus.§.ex vẽditione, ĩ verſ.facultatẽ.ff. de
act.ẽpt.& ad tradita p Neg.ĩ tract.de pig.ĩ 2.mẽb.tertię partis n.18.& ſeq.

DECLARATVR ſecundo, niſi in loco contractus adeſſet lex par
38 ticularis, vel ſtatutum, quo declararetur, quòd, quando res datur in em-
phyteuſim, & ſoluitur penſio æquiualẽs ferè fructibus, quo ad remiſſio
nem faciendam ratione caſus fortuiti, contractus locatio ſimplex cen
ſeatur, & iudicetur, & id, quod ſoluitur cenſeatur ſolui in recompenſatio
nem fructuum, & non in recognitionem directi dominii: nam tunc eſ-
ſet emphyteutæ propter ſterilitatem facienda remiſſio, vt conſultus reſ-
pondet Bero.conſ.130.ſub num.8.vol.1.cuius reſponſum per hanc ratio
nem verum exiſtimo: quia partes contrahendo videntur ſe potius cõfor
39 mare cum diſpoſitione ſtatuti, quàm cũ diſpoſitione iuris cõmunis, ad
not.p Iaſ.in l.2.n.187.C.de iure ẽphyt.& ibidẽ p Salic.n.26.p Imol. ĩ d.c.
potuit, ĩ fine, de loc.Soc.Iu.cõſ.71.n.11.vol.1.Bar.Soc.cõſ.51.n.36.vol.4.Ca
ſtr.cõſ.300.viſo quodã pceſſu, col.2.vol.2.dũ cõcludũt, ĩ ẽphyteuſi rece-
pta p filiis maſculis, & fœminis filias ſimul, & ſemel cũ maſculis admitti,

niſi adſit ſtatutum in loco excludens fœminas, ſtantibus filiis maſculis,
cui partes potius ſe præſumuntur conformaſſe, quàm cum iure cõmuni:
ideo, cum ex præſumpta mente contrahentium, cenſeatur actum, vt contractus,
quo ad remiſſionem mercedis ſit locatio, & non emphyteuſis,
& ceſſet ratio principalis quòd canon non ſoluitur in recognitionem dominij,
ſed in recompẽſationem fructuum, debet etiam ceſſare diſpoſitio
40 l. 1. C. de iure emphyt. quæ vult, vt damnum non perimens penitus rem,
ad emphyteutam pertineat, & conſequenter emphyteutæ eſt facienda
remiſſio.

41 DECLARATVR tertio, niſi in eodem contractu, & inueſtitura
promiſcue eſſet facta mentio de emphyteuſi, & locatione, & adeſſent alia
pacta, quæ magis conuenirent locationi, quàm emphyteuſi, puta, quia
dictum eſſet, vt quinquaginta ſoluerentur annuatim pro affictu, & vt
pro tempore, quo vti & frui nõ poſſent inueſtiti, fiat eis remiſſio: quia hęc
omnia ſapiunt locationem; & ſtante, quòd contrahentes nominauerint
contractũ emphyteuſim, & locationem, debet in dubio potuis locatio,
quàm emphyteuſis iudicari, cum pro locatione adſit nominatio contrahentium,
& adſint plura pacta, quæ potius locationi, quàm emphyteuſi
conueniunt, ita Belloń. cons. 21. verſ. quibus tamen non obſtantibus, nũ.
5. & ſeq. Iul. Clar. in §. emphyteuſis quæſt. 1. verſ. unum ſcias. Quarto etiam
declara, vt infra hac eadem cauſa priuationis, limitatione vigeſima nona.

AMPLIATIO XIII.

1 EMPHYTEVTA, *qui rem conduxit in emphyteuſim ab eccleſia, non ſeruatis debitis ſolennitatibus ſi ceſſet per bienniũ in ſolutione canonis, a iure ſuo cadit.*

2 EXTENDITVR decimo tertio in emphyteuta, qui rem in emphyteuſim conduxit ab eccleſia, non ſeruatis debitis ſolennitatibus, de quibus in authentica, perpetua, & in authentica, ſi quas ruinas, C. de ſacro. eccleſiis, & in c. vt ſuper, & toto tit. de reb. eccl.

eccleſ.non alienand.& in c.1.& 2.tit. eodē.in 6.nam & is tenetur canonē ſoluere ipſi eccleſiæ, Sicut ſi ēphyteuſis eſſet cū debita ſolēnitate cōceſſa Iaſ.i l.2.n.11.C.de iure ēphyt.ſequutus Angel.in §.ſi vero,in primo notab. in auth.de non alienand. col.2. & tradit Guliel. Reodan.in tract.de reb. eccleſ.non alienand.rubrica de his,qui conſentiunt,& de conſenſu, qui adhibetur in alienationibus eccleſ. cap.11. num.16. pag.225. num.3. & pag.250.num.17.

AMPLIATIO XIIII.

1 EMPHYTEVTA *diuerſi fori, qui rē, ſub foro domini concedētis ſitam in emphyteuſim recepit, ſi ceſſat in ſolutione canonis, iure ſuo priuatur.*

2 EMPHYTEVTA *tenetur ad domum domini accedere, & canonem ſuis ſumptibus deferre, & gabellas pro eo ſoluere.*

EXTENDITVR decimo quarto i ēphyteuta diuerſi fori,qui rē ſub foro domini cōcedētis ſitā, in emphyteuſim accepit: quia is tenetur
1 canonē ad domum domini deferre, Iaſ.in d.l 2.quæſt.38.num.93.C.de iure ēphyt.per doct. Bart.quam dicit diligenter notandam,in l.itē illa,in 2.col. verſ.tu diſtingue latius.ff.de cōſti. pecun.Ant.Rub.in Repet.l.vinum,num.123. verſ.nota tamē.ff.ſi cert. petatur.Cotta in ſuis memorialib', in verbo Emphyteuta,verſ.ſed an teneat',Alberic.in d.l.itē illa, & ibidem Guliel. & Fulgoſ.Ideo, ſi per biennium, aut triennium, in canonis ſolutione ceſſet, iure ſuo priuatur, cum non ſolum teneatur ad domū domini accedere: ſed canonem ſuis sūptibus deferre, & gabellas
2 pro eo ſoluere,Iaſ.in d.l.2.num.97.C.de iure emphyt.Bald.in l.acceptam. quæſt 15.nu.26.C.de vſur.Cotta in ſuis memorialibus loco ſupra citato.

AMPLIATIO XV.

1 EMPHYTEVTA *ob non ſolutum canonem iure ſuo priuatur, nec reſcriptum Papæ, vt emphyteuta, non ſoluendo canonem, non incurrat priuationem, valet.*

2 RESCRIPTVM *penitus contra legem non valet, & per importunitatem præſumitur obtentum, niſi in reſcripto adſit clauſula, Non obſtãte quacunque lege contrarium diſponente.*

3 PAPA *regulariter non exercet actus iuriſdictionis laicalis in terris imperij, & extra territorium, licet ex cauſa poſſit.*

4 RESCRIPTVM *Principis ſecularis, vt per non ſolutionem canonis res non cadat in commiſſum, non valet, quo ad emphyteuſim eccleſiæ, etiam ſi ſit cum clauſula, Non obſtante quacunque lege in contrarium faciente.*

5 POENA *caducitatis alternatiue remiſſa, ſi canon non ſoluatur, aut renouatio non petatur, intelligitur remiſſa, ſi vnum duntaxàt factum non fuerit, non ſi neutrum.*

1 EXTENDITVR decimo quĩto, vt ſit adeo vera ſupradicta principalis concluſio, vt emphyteuta propter canonem nõ ſolutum iure ſuo priuetur, vt non valeat reſcriptum Papę in cõtrarium, quòd emphyteuta, non ſoluendo canonem, priuationem iuris ſui non incurrat, vt notat Bald. in l. ſi a te, num. 1. C. de pact. inter empt. & vendit. cui aſſentitur Dec. in l. cum tẽpus n. 8. de reg. iuris. Mariã. Soc. in conſ. 111. n. 1. vol. 2. vbi citat Iacob. de ſancto Georg. in auth. qui rẽ. col. 15. C. de ſacr. eccleſ. idẽ tenẽtẽ. Franc. Crem. ſingul. 107. nõ valet. Bertach. ĩ tract. de gabellis in ſeptima parte, quæſt. 10. Curt. iun. in tract. de feud. part. 2. quæſt. 3. n. 4. Guliel. Reod. in tract. de reb. eccleſ. nõ alienãd. quæſt. 20. de moræ purgatione ob ceſſatã ſolutionem canonis, cap. 1. n. 18. pag. 445. nã tale reſcriptũ cẽſet nullũ, & obreptitiũ, cũ ſit cõtra ius, nec pręſumatur Papa habuiſſe talẽ volũtatẽ: ſed per importunitatẽ fuiſſe obtentũ, cũ intentio
2 Principis ſit, vt leges ſeruẽtur, c. reſcripta 25. quæſt. 2. l. omnes. C. ſi cõtra ius, vel vtilit. public. l. reſcripta. C. de precib. iperat. offer. vbi Paul. de Caſt. ĩ pric. Iaſ. & alii hoc docẽt. Verũtamẽ, ſi in reſcripto adeſſet clauſula Non obſtãte quacũque lege contrariũ diſponẽte, vł alia clauſula æquipollẽs, ẽphyteuta ob nõ ſolutũ canonẽ nõ poſſet expelli: qa tũc reſcriptũ Põtificis valeret, cũ ꝓpter appoſitionem dictę clauſulæ cõſtet, ipsũ voluiſſe cõtra ius reſcribere, gloſ. vltima, & cõmuniter doct. in d. l. fin. C. ſi cõtra ius, vł vtilit. public. & ĩ d. l. reſcripta, C. de precib. ĩperat. offer. dũmodo reſcriptum ſit contra dominium directum ſibi ſubditum, nam tale reſcriptum ex præſumpta voluntate ad dominum directum ſibi non ſubditum non extenderetur, cum regulariter Papa non exerceat actus iuriſdictionis laicalis in terris imperii, & extra territoriũ, licet ex cã poſſit l. fi. ff. de iuriſd. omniũ iudic. c. nouit. & c. per venerabilẽ. vbi Innoc. n. 2. Abbas

num. 15. Ant.de Butr.& alii.extra qui filii ſint legitimi. not. per Alex.cō
ſilio 3.ex his,quæ in themate num.1.& ſeq.vol.5.& per Ant.de Roſol.in
tract.de legitimat.lib.2.de legitimatis principum clementia numero 2.
cum pluribus ſeq.& per Mart.laud.in eodem tract.de legitimat.num.87.
& Papa præſumatur in dubio nolle vti illa poteſtate extraordinaria, qua
ex cauſa vti poteſt.Innoc.in c.innotuit num.5.ad finem.de elect.Alex.cō
ſilio 60.num.20.vol.2.& ex defectu etiam poteſtatis reſcriptum princi-
pis ſecularis,cum ſupradicta clauſula Nō obſtante, vel æquipollenti, aut
eius conſtitutio,quæ aperte prouideret, vt per non ſolutionem canonis
res non cadat in commiſſum,nō valeret, quo ad emphyteuſim eccleſiæ,
vti reſpondit Corneus.in conſ.271. in hac conſulatione, num. 1. iunctis
ijs,quæ tradit col.fin.verſ.non obſtat dictum ſtatutum,vol. 3. Cotta ta-
men in ſuis memorialibus in verbo Emphyteuta non ſoluendo canonē
dubitat de veritate ſupradictæ ampliationis per ea, quæ conſulius reſpō-
dit Abb.in conſ. 122.circa principium,breuiter,in 2.dubio,vol.1.vbi cō
cludit valere conſuetudinem,vt emphyteuta eccleſiæ non cadat, licet in
canonis ſolutione ceſſet,cum ſit eccleſię ſuccurſum,vt poſſit emphyte-
tam cogere ad penſionem:veruntamen ego veram ampliationem exiſti-
mo in reſcripto Pontificis abſq.clauſula Non obſtante lege in contrariū
faciente,vel alia æquipollenti clauſula, quia vis non eſt, quòd Papa non
potuerit taliter reſcribere,quò tendunt fundamenta Abbatis in d.conſi
lio,ſed quòd noluerit,& fuerit circunuētus, & reſcriptum ſit nullum ex
defectu volūtatis, & non poteſtatis, vt ſupra declaraui: & differentia eſt
inter reſcriptum,& huiuſmodi conſuetudinem,quæ habet tacitum con
ſenſum vtriuſq;,ſicut in pacto tradit Iaſ.in d.l.reſcripta, num.9.C.depre
5 cib.imper.offerendis.Aduertendum tamen eſt,quod, ſi ex diſpoſitione
bullę conceſſę alicui populo, vt non committatur pœna priuationis, ſi
non ſit facta canonis ſolutio,& remittatur caducitatis pœna,ſi non ſolua-
tur penſio,aut renouatio non petatur,& ſic alternatiuę, non obtinet lo-
cum bulla,quando non eſt ſoluta penſio, & non eſt petita renouatio, &
pœna non dicitur remiſſa: quia alternatiua etiam prolata negatiue ex
propria ſignificatione verificatur in vno l.ſi ita quis ſtipulatus fuerit de-
cem.ff.de verb.oblig.vt vult etiā Imol. & Alexander in l.ſi ita quis ſtipula
tur.eod.tit.Imol.in c.inter cęteras,de reſcript.& probat in l.ſi is,qui ducē
ta.§.cum ita.de reb.dub. vbi ēt Soc. & qn̄ nō eſt ſolutus canon, & nō eſt
petita renouatio, tunc ex proprietate ſermonis non verificatur alterna-
tiua: quia verum non eſt, quòd non ſit ſoluta penſio, aut quòd reno-
uatio non ſit petita, vt in terminis docet Ruin.in conſilio 167.numero
19.vol.primo.vbi magis late hoc cōprobat, vt eſt apud ipsū videre. Nec
ēt obtineret locū reſcriptū Principis, ꝙ ēphyteuta pp nō ſolutū canonē

non poſſit expelli, quando eſſet expreſſe pactum in inueſtitura, vt propter ceſſationem in ſolutione canonis emphyteuta priuationem incurrat, vt tradit in terminis Lancellot. in templo omnium iudic. lib. 1. cap. 1. §. 4. verſ. 23. num. 6. & probatur ex his, quæ tradit Soc. in conſ. 169. Circa primum conſultationis articulum, num. 2. vol. 2.

AMPLIATIO XVI.

1 EMPHYTEVTA, *ſi ceſſet per vnum annum in ſolutione canonis, & poſtea vendat, & emptor ceſſet per aliũ annũ, res cadit in cõmiſſũ ſecundum Speculat. cuius dictum declaratur.*

2 IN *pœnalibus non fit coaceruatio temporum, & delictorum perſonarum ad inducendam priuationem.*

3 EMPHYTEVSIS *alienata abſque domini licentia, & abſque incurſu caducitatis, vt contingere poteſt remanet, omnino eadem, & eſt eodem iure apud emptorem, quo erat apud venditorem, & reſoluitur reſoluto iure venditoris.*

4 CANONIS *ſolutio reſpondet iuri reali, & afficit quemlibet ſucceſſorem ſingularem, qui non debet admitti, niſi ſatisfaciat de penſione.*

5 BIENNIVM *ſi non eſt completum, quando lis conteſtatur a domino ſuper caducitate, ſed poſtea lite pendente completur, caducitas committitur.*

1 DECIMO ſexto ampliatur ſecundum Specul. in §. nũc aliqua, de locato. quæſt. 9. num. 18. quãdo emphyteuta ſtetit per vnũ annũ, in quo canonem non ſoluit, & poſtea vendidit, & emptor ſtetit per alium annum: nam finito biennio, aut trienio, res cadit in commiſſum, nec poteſt emptor allegare, ſe ſoluere nõ debuiſſe quia nõ diutius durabit emphyteuſis apud eũ, quàm duratura eſſet apud emphyteutam vẽditorem, ſiue morte, ſiue ceſſatione in ſolutione canonis, ſiue deterioratione res deuoluatur, arg. l. neceſſario. §. vltimo. ff. de peric. & cõmod. rei venditæ. l. 1. & 2. C. ſi pign. pigno: datũ ſit. l. præfectus, in fine, C. ſi mancip. ita venierit, ne proſternat quod ſi eſſet verũ, diligẽter notãdũ eſſet pro eccleſiis, & dominis directis. Veruntamẽ ego ab eius doctr. hoc in loco cauendum exiſtimo. in caſu, quòd res de licentia domini fuiſſet alienata,

quia

quia,ſequuta alienatione de licentia domini, primus ēphyteuta, deſinit
eſſe ēphyteuta, Soc.conſ.256.verſ.ſed præmiſſis non obſtantibus,vol.2.
Bart. in l.ex aſſe.num.3.in fine.ff.ad Trebell.Ancar.cōſ.63.motiua iudicis,
gloſ.in verbo, Aliis vendere, in l.fin.& ibi doct.C. de iure ēphyt.Marin.
Freccia de ſubfeud.Baron.lib.2.quæſt.6.num.7.Bald.in auth. ſi quas rui-
nas,col.2.verſ.vlterius quæro,C.de ſacr. eccleſ.& obligatio emptoris ſol-
uendi canonem non eſt eadem cum illa, qua emphyteuta venditor erat
adſtrictus,nec etiam emphyteuſis,licet ſit eadem res, eſt eadem emphy-
teuſis per omnia & omnino,ad not.per Afflict.decis.153.& a nobis ſupra
in prima limitatione octauæ ampliationis,per Bart.Caſt.in fine,& alios
in l.ſi vſusfructus,ff.de nouat. Si ergo non eſt eadem obligatio canonis,
nec omnino eadem emphyteuſis,ſequitur in caſu ſupradicto, vt emphy
teuſis non ſit deuoluta ob non ſolutum canonem:quia requiritur,quòd
fuerit ceſſatum in ſolutione per biennium, aut triennium continuum,
Salic.in l.2.num.1.& 6.Alberic.num.13.C.de iure emphyt.Soc.cōſ.118.
num.9.vol.4.quod non verificatur in propoſita quæſtione, cum neuter
emphyteuta per biennium,aut triennium continuum ceſſauerit,nec tē-
pus,in quo ceſſauit emphyteuta venditor, debeat coniungi cum tempo
re,in quo ceſſauit emphyteuta emptor ad inducendam priuationem em
phyteuſis:quia, cū materia ſit pœnalis, vt res cadat in commiſſum,Soc.
conſ.118.num.7.vol.4.& alibi paſſim doct. non fit coaceruatio tempo-
2 rum,& delictorum perſonarum ad priuandum emphyteutam iure ſuo,
ad tradita per Bart.Paul.de Caſtr.Soc.Dec.Curt. & communiter doct.in
l.ſi idem cum eodem.ff.de iuriſd.omnium iudic. per gloſ.& Bart.in l.vbi
fideiuſſor.ff.de ſolut.per Soc.in d.conſ.118.num.7.vol.4.per Alex cōſ.113.
viſo themate,& ſtatuto.nu.5.vol.5.per Zaſium in repet.d.l.ſi idem cum
eodem, num.7. cum ſeq. Non obſtat l. ſi præfectus, in fine.C.ſi mācip.
ita venierit,ne proſter. quia non mutatur lex contractus emphyteuſis,
vt emphyteuta non ſoluendo biennio,aut triennio,iure ſuo non priuet,
ſed non fit coaceruatio temporum,& non ſolutionum,ex quo ſumus in
odioſis,& pœnalibus.Nō obſtat,quòd emphyteuſis nō ſit duratura diu
tius apud emptorē emphyteutam,quàm eſſet duratura apud venditorē,
ſiue morte,ſiue i ceſſatione ſolutionis canonis, ſiue deterioratione:quia
hoc eſt falſum. quando emphyteuſis transfertur in emptorem ex volun
tate domini: nam dominus videtur recipere emptorem in nouū emphy
teutam,& in eo,vt in nouo emphyteuta emphyteuſis ſumitur principa-
liter, cum interueniat quædam noua actio interuentu nouæ perſonæ
c.1.de iur.patronat.in 6.Ancar.d.conſ.63.num.1.& ſeq.Soc.d.conſ.256.
vol.2. not. per Caſtr. in fine & alios in d.l. ſi vſusfructus.ff. de nouat. per
3 Corn.conſ.250.verſ.ſed præmiſſis nō obſtantibus,vol.3.& Petr.Beni tēd.

decis.

dec.87.in caſu tñ quòd ēphyteuſis eſſet alienata abſque licentia domini, & abſque incurſu caducitatis, vt contingere poteſt multoties, vt patet ſupra de cauſa priuationis ob alienationem irrequiſito domino factam, in limitationibus, puto veram eſſe opinionē Speculatoris: quia tūc emphyteuſis alienata remanet omnino eadem, & eſt apud emptorem eodem iure, quo erat apud emphyteutam venditorem, Alberic. in d.l. fin. num. 5. verſ. quærit dominus Dinus. C. de iure emphyt. arg. d.l. 1. C. ſi mancip. ita venierit ne proſternatur. Ideo non poteſt diutius apud emptorem durare, quàm eſſe duratura apud venditorem: quia reſoluto iure datoris reſoluitur ius accepturis d.l. neceſſario, §. vlt. ff. de peric. & commod. rei venditæ. d.l. ſi vſufructus, cum ibi notatis per doct. ff. de nouat. l. lex vectigali, & l. 3. ff. Quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluitur. Nec obſtat, ſi dicatur ſecundum emphyteutam emptorem non poſſe expelli, cum non ſit in mora ſoluendi canonem reſpectu domini directi, cum canō non debeat domino, niſi promiſſus, & nulla facta reperiatur promiſſio domino ſoluendi canonem per emphyteutam emptorem: ideo, cum reſpectu domini non poſſit adeſſe petitio, reſpectu emptoris non videtur quòd adſit mora, l. lecta. §. pen. & ibi doct. ff. ſi cert. pet. & l. ſi pupillus. ff. de verb. obligat. quia reſpondetur, quòd, quamuis ius agendi ad canonem non trāſeat in emptorem, ſiue ſingularem ſucceſſorem, quando emphyteuſis abſque domini conſenſu ſit in eum alienata: tranſit tamen, ius excipiēdi canonem nō eſſe ſolutum, vt tradit Roman. conſ. 311. in caſu propoſitę cōſultationis, col. 1. verſ. hoc tamē nō refragante, & poteſt iſte ſecundus emphyteuta expelli: quia canonis ſolutio reſpondet iuri reali, & afficit

4 quemlibet ſucceſſorem ſingularem, qui non debet admitti, niſi ſatisfaciat de penſione, vt concludunt Alberic. num. 9. Salic. num. 22. Iaſ. ſub nu. 150. ex cōmuni doct. ſētentia in l. 2. C. de iure emphyt. & Afflict. decis. 95. num. 3. & ſeq. arg. l. in venditione. ff. de act. empti. & illud etiam certum eſt, quòd, ſi tempore, quo dominus litem conteſtatur ſuper caducitate ex cauſa nō ſolutionis canonis, biennium non ſit tranſactum, vel completum, & poſtea pendente lite tranſeat, ſeu compleatur, caducitas committitur: quia hæc tempora iunguntur, Capicius decis. 16. ſub num. 6. quam approbauit Rota, vt per Achil. decis. 1. de locato: & Puteo. decis. 426. lib. 3. Caputaquē decis. 299. ſeu. 2. in 1. parte. & ſequut. ſunt ēt DD. de Rota in vna Romana caſalis Truſellę, ſub die 29. Ianuar. 1582. in manuſcriptis.

A M-

AMPLIATIO XVII.

1 MVLIER, *& ruſticus ob non ſolutũ canonem ab emphyteuſi cadunt*

1 DECIMO ſeptimo ampliatur in muliere, & ruſtico: nam & hi, ſi debitum canonem per biẽnium, aut triẽniũ ſoluere ceſſauerint, iure ſuo priuãť, nec iuris ignorantia eos excuſat, cũ agatur de rigore iuris cõſeruãdo, ita ĩ terminis gl, 1. l. iuris ignorãtia, la 2. ff. de iur. & fact. ignor. Alex. cõſ. 14. n. 1 & vlt. vol. 2. Bero. cõſ. 120. n. 28. vol. 1. Tiraq. de pœnis, cauſa 11. n. 18. & de retract. cõuẽct. §. 4. gloſ. 7. n. 16. Curt. in l. venia, n. 5. & Alciat. n. 12. ff. de in ius vocãdo, quos recẽſet, & ſequiť Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. centur. 2. caſu 194. num. 21. ſicut etiã icidũt in pœnã amiſſionis, & priuationis, ſi alienãt ẽphyteuſim cõtra naturã cõtract⁹ non requiſito domini conſenſu, & non ſeruata forma l. fin. C. de iure ẽphyt. vt diximus ſupra de cauſa priuationis ob alienationem irrequiſito domino factam, ampliatione quadrageſima ſexta.

AMPLIATIO XVIII.

1 *EMPHYTEVTA ob non ſolutum canonem iure ſuo priuatur, etiam ſi Prælato aut Rectori, cui canon ſoluendus erat, eſſet mota quæſtio de prælatura, ſiue eccleſia, niſi eis adminiſtratio eſſet interdicta, vel niſi emphyteutæ eſſet interdictum, ne canonem ſolueret.*

1 AMPLIATVR decimo octauo, etiam ſi Prælato, aut Rectori, cui canon ſolui debet, ſit mota quæſtio de prælatura, & eccleſia nã etiã pẽdente illa quæſtione præiudiciali, emphyteuta teneť ei canonẽ ſoluere, niſi ſit ei iterdicta adminiſtratio, vľ niſi ſit emphyteutæ interdictũ, ne canonem ſoluat, Bal. in l. emptorem. num. 8. C. locati,

per

per l.vltim.§.ex quadrante.ff.de except.doli.& l. filiæ. & l.quod ſi forte.ff. de ſolut.l.ſi vrbana.ff.de condit.indebiti.& alia iura, quæ citat:ſufficit enī ſola poſſeſſio, nec requirit̃ iuſtificatio tituli ad hoc, vt ēphyteuta teneatur Prælato canonem ſoluere, vt tenuerũt DD. de Rota ī vna Roman.Caſalis Trefuſellę ſub die 29. Ianuarij 1582. vbi allegant Rotam deciſ.1.de reſtit. ſpoliat.in nouis, & Achil.deciſ.vnica, de ſucceſſor.in benefic. & tenuerũt etiam in alia deciſ.ſub die, 4.Maij in eadem Roman.caſſalis Trefuſellę, in manuſcriptis, vbi dicunt (quia aliqui voluerunt, hoc procedere in poſſeſſione longæua, non autem in recenti] poſſeſſionē trienalem dici longæuam ad hunc effectum, vt emphyteuta teneatur canonem ſoluere.

AMPLIATIO XVIIII.

1 EMPHYTEVTA, *ſi ceſſionario domino canonem non ſoluat, a iure ſuo cadit.*

EMPHYTEVTA *poſt denunciationem ei legitime factã a ceſ-*
2 *ſionario domino, ne canonem domino cedenti ſoluat, aut poſt litem conteſtatã, aut poſtquam ceſſionarius incepit ab eo canonem recipere, non excuſatur a caducitate ex eo, quòd domino cedenti canonem ſoluerit.*

DECIMO nono ampliatur, vt emphyteuta teneatur etiam ceſſionario domino canonem
1 ſoluere: nã nomen debitoris cedi poteſt, adeo vt ceſſionarius poſit cogere debitorem inuitũ ad ſoluendũ l.1.C.de nouat.l. ſi forte.§. libertus verſiculo ſed ſi delegatus .ff. de condit. indebiti. tradit Alex. poſt alios in l.2. num.28.ff. ſol.matrim. ideo, cũ p ceſſionem ceſſionarius effectus ſit dominus directus rei emphyteuticę, tenet̃ ēphyteuta eũ in dñũ recognoſcere, vt tradit Natta in cõſ.382. & pſertim n.3.& cõſequēter, ſi ei canonē nõ ſoluit, poterit ab eo expelli, ita
2 vt poſt denunciationē legitime factã ēphyteutæ a ceſſionario domino, ne canonem ſoluat domino cedenti, aut poſt litem conteſtatã, aut poſt quàm ceſſionarius incepit canonem ab eo recipere, non excuſetur emphyteuta,

phyteuta,ſi domino cedenti canonem ſoluerit; quia his tribus caſibus debitor ſoluendo cedenti non liberatur.l. 3. & ibi doct.C.de nouat.

AMPLIATIO XX.

1 SECVNDVS *emphyteuta, qui emphyteuſim à primo emphyteuta recepit, ſi primo emphyteutæ canonem non ſoluat, poteſt ab eo expelli, & n. 3. vbi hoc declaratur.*

2 CONTRACTVS *ſi permittitur, cenſetur permitti ſecundum eius naturam.*

3 AMPLIATVR vigeſimo ĩ ſecundo ẽphyteuta, qui emphyteuſim a primo ẽphyteuta ſub certo canone conduxit: quia primus emphyteuta eſt dominus reſpectu ſecundi emphyteutæ, ſicut dominus directi eſt dominus reſpectu primi acquirentis emphyteuſim, & ius expellendi, quod competit domino directi, ſi ei canon nõ ſoluatur, aduerſus primũ ẽphyteutam, cõpetit primo emphyteutæ aduerſus hunc ſecundum emphyteutam, vt tradit Ioan.Fab.inſtit.de loc.& cond.§.adeo.ſub num.5. nam, licet iſte tranſtulerit vtile dominium in alterum ſecundum emphyteutã: dicitur tamen habere ius percipiendi canonem, ita vt res ſibi committatur, niſi penſio ſoluatur, propter reliquias emphyteuſis, quæ remanent: nam, ſi conceditur, quòd ẽphyteuta poſſit dare in ẽphyteuſim vt idẽ Fab.loco ſ. citato prius firmat, de qua re nos dixim⁹ ſ. de cã priuat. ob alienatio.irrequiſito domino factam, ampliat.quadrageſima octaua; ſequitur, vt iſte emphyteutã primus retineat ius in re; quia ſecundũ ipſũ Ioan.Fab. vbi aliquis contractus permittitur; cenſetur permitti ſecundũ
2 naturam eiuſdem; ff. de vſu, & habit.l.plenum.§.equitii.ff.locat.l.ſi vno. ff.de iniuſt.rupt.teſtam.l.ſi quis exheredato.§.ſed ſi quis.ideo cum de natura contractus emphyteutici ſit vt tradens habeat certa iura, ſ3, quòd poſſit expellere ob non ſolutum canonem iuxta l. 2.C. de iure emphyt. & c.potuit, de locato; ſequitur quòd dictum ius expellendi habeat etiam iſte primus emphyteuta, qui vtile dominium in ſecundum emphyteutã

tran-

transtulit, quia non incōuenit, vt diuerſis reſpectibus illud vtile ſit apud plures, & remaneat etiam apud primum emphyteutam, vt docet Ioan. Fab. loco ſupra citato, quod etiam videtur de mente Baldi in l. prædia. n. 3. C. de fideicommiſſ. in caſu tamen, quòd iſte primus emphyteuta con-
3 ceſſiſſet ſecundo in emphyteuſim de voluntate domini, qui ſecundus eſſet a domino inueſtitus, & ab eo recepiſſet capiſoldum, & penſionem, eſſetque deſcriptus inter alios emphyteutas domini, ita vt emphyteuta primus deſiiſſet eſſe emphyteuta, ſupradicta ampliatio non procederet, quia tunc omne ius primi emphyteutæ diceretur translatum in ſecundū emphyteutam: & licet huic primo emphyteutæ eſſet reſeruata penſio: deberetur tamen actione perſonali, & nō in recognitionem dominii, aut reliquiarum emphyteuſis, vt videtur de mente Iaſ. in l. 2. num. 152. C. de iure emphyt. & optime docet Barth. Soc. in conſ. 256. col. 2. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus, vol. 2. vbi etiam habes, quando hæc emphyteuſis alteri in emphyteuſim conceditur de voluntate domini ā primus, vel ſecundus teneatur domino directi canonem ſoluere, & an, & quādo domino, & non primo emphyteutæ emphyteuſis aperiatur; de quo vide etiam Ioann. Fabr. in d. §. adeo. inſtit. de locato. num. 5. verſ. in hoc pōt dici. Iaſ. in d. l. 2. num. 154. C. de iure empyt. Specul. in. §. nunc aliqua. de locato. num. 192. Afflict. deciſ. 95.

AMPLIATIO XXI.

1 *IS, cui conceſſus fuit fundus, vt reddat concedenti quartā partē fructuum ſi in ſolutione dictæ quartæ partis fructuū ceſſet p biennium, iure ſuo priuat.*

AMPLIATVR vigeſimo primo, quando conceditur fundus alicui, vt reddat concedenti
1 quartam partem fructuum: nam & is, ſi ceſſet p biennium, aut triennium in ſolutione dictæ quartæ partis fructuum, res cadit in commiſſū; nam is, aut eſt colonus partiarius, quo caſu, vt conductor, non ſoluendo lapſo biennio expellitur, c. propter. de locato. aut eſt emphyteuta, & tunc ſimiliter lapſo biennio, aut triennio expellitur, d. l. 2. C. de iure ē-phyt. d. c. potuit. de locat. ita Speculat. in. §. nunc aliqua. quæſt. 80. num. 102. tit. eod. de locato.

AMP-

AMPLIATIO XXII.

1 MARITVS, *qui habuit in dotē bona ēphyteutica, ſi ceſſat ī ſolutione canonis, facit emphyteuſim cadere in commiſſum.*

2 MARITVS *de dolo ſuo, ſiue culpa remanet obligatus vxori ad intereſſe.*

3 MVLIER, *ſi eius maritus factus ſit non ſoluendo, an habeat recurſum aduerſus dominum in ſubſidium, ne emphyteuſis in dotem data ob non ſolutum canonem cadat in commiſſum, & num. 5.*

4 ECCLESIA *propter culpam Prelati non amittit feudū, niſi eo viuente & Prelato mortuo, vel remoto feudum recuperat.*

6 NEGLIGENTIA *uiri nocet vxori in rebus dotalibus.*

7 IMPVTATVR *ei, qui incaute agit.*

AMPLIATVR vigeſimo ſecundo in marito, qui habuit bona emphyteutica i dotem a ſua vxore.
1 nam, ſi ceſſet in ſolutione canonis per bienniū aut triennium, res cadit in commiſſū: quia ad eū ſpectat ſolutio, quamuis vxor in contrariū pacta ſit, l. ex conuentione, C. de pactis. l. 1. & ij. & iij. C ſine cenſu, vel reliquis. l. nequā ſtipendium. ff. de inpenſ. in reb. dotalibus fact. & conſequenter ſi non ſoluit res in commiſſum cadit, & culpa eius nocet vxori. l. lex vectigal. ff. de pignor. per quæ iura ita in terminis tradit Specul. in d. §. nunc aliqua tit. de loc. queſt. 111. n. 136. & videtur de mēte Baldi nouelli ī tract. de dote, parte 7. priuil. 27. nam alienatur fundus dotalis neceſſaria alienatione pp culpam, vel dolum mariti, ſicut alias contingit, quòd ſi non caueat de damno infecto, ponitur uicinus ī poſſeſſionem fundi dotalis ex ſecundo decreto, & ſit eius dominus, l. 1. ff. de fund. dotali. Quamuis maritus de
2 dolo ſuo, ſiue culpa remaneat obligatus mulieri ad intereſſe, l. ſi cōſtante §. ſi maritus, & l. 1. §. ſi maritum. ff. Sol. matr. Specul. in d. §. nunc aliqua. nū. 137. Bald. Nouel. loco ſupra. citato, qui etiam ponit quómodo fieri debeat æſtimatio intereſſe, Hoſt. in ſumma de locato. num. 12. verſ. quid ſi em-

emphyteuta dedit ĩ dotem,vbi etiam verſ.ſequenti,quid ergo, ſubiungit
quod forte habebit mulier recurſum aduerſum dominum in ſubſidium,
ſi eius maritus factus ſit non ſoluendo,arg.ff.de eo, per.quem fact.erit.
4 l.vltima, ff.de dolo.l.eleganter.§.pen.& arg.ex eo, quia, ſi pp culpam
Prælati eccleſia amittit feudum,non priuatur eccleſia feudo,niſi viuente
Prælato,qui fuit in culpa,& recuperat feudum eo mortuo, vel remoto,
vt in conſt.feud.de pace tenend.§.ſi clericus.nam reipublicæ intereſt, vt
dotes mulieribus ſeruentur,l.1.& 2.ff.de iure dot.l.1.ff.Sol.matr.vt etiam
tenet Bald.conſ.476.ex actis factis.vol.4.Burſ.conſ.56.n.14.& conſ.80.
num.3.vol.1.ſed.Afflict.poſt Andr.de Iſer.in.§.item ſi clericus.num.20.
5 de capit.Corrad.in vſib.feud.tenet,quòd indiſtincte negligentia viri,etiã
ſi ſit nõ ſoluendo,præiudicet vxori,quia maritus dicit᷑ dominus cõſtante
matrimonio l.doce ancillam.C.de rei vendic.& eius negligentia nocet
vxori in rebus dotalibus.d.l.ſi conſtante.§.ſi maritus.ff.Sol.matr.&,ſi nõ
6 eſt ſoluendo,imputãdum eſt vxori,quę debuit ſibi facere cauere de dote
reſtituenda, vt hodie fieri poteſt, l.1.C.ne fideiuſſ.dotium dentur.cum
imputetur ei, qui incaute agit, l.2.C.de furt.& ratio eſt ſecundum
7 Andr.ibidẽ,quòd negligẽtia uiri præiudicet uxori in fundo dotali.quia
vxor prçſumitur eſſe in negligentia pp negligẽtiam uiri,vt C.de ĩ integr.
reſtit.l.de tutela, & ff.vnde Cognati.l.octaui.cũ potuerit vxor, & debue-
rit ſupplere negligentiam viri,arg.l.ſi ſuſpecta.ff.de inoffic.teſtam.&
inquit,quòd etiam idem tenet Angel.in conſ.244. quia omne datum
optimum.& quòd iſta eſt veritas.Ideo curent mulieres, vt canon a uiris
ſuis pro emphyteuſi in dotem data ſoluatur:nam deuoluta emphyteuſi
reſoluitur etiam hypotheca pro dote conſtituta,vt videbimus infra hac
eadem cauſa priuationis,ampliatione trigeſima quarta.

AMPLIATIO XXIII

1 *CONDVCTOR ad longum tempus,ſi per biennium,aut triennium
ceſſet in ſolutione canonis,cadit a iure ſuo.*

1 AMPLIATVR vigeſimo tertio in conductore ad longum tempus:quia iſte,ſicut emphyteuta acquirit ius in re, & vtile dominium,l.1.§.1.ff.ſi ager vectig.vel emphyt.pet.& ſicut ēphyteuta ob non ſolutum canonem iure ſuo priuatur l.2 C.de iure emphy.C.potuit, de locato.eodem modo conductor ad lōgum tempus priuatur; quia eadem eſt ratio,vt Angel.tradit in §.ſcire, in princ.in auth de non alienand.Abbas ī c.propter ſterilitatē.in vltimo notabili.extr.de locato,Bart in l.vectigalia.§.1.ff.de publican.Bald.in c, litterę.col.2.extr.de dilat.Iaſ.d.l.2. nū.39.C.de iure emphyt.Soc.in conſ. 167.non inutilis quęſtio.num.7.verſ.ſi uero dicamus.vol.2.vbi etiam citat Fulgoſ.in auth.qui rem.C.de ſacr.eccleſ.idem tenentem.

AMPLIATIO XXIIII.

1 EMPHYTEVSIS *recepta abſque aliqua quantitate pecuniæ a principio ſecundum communem non eſt proprie emphyteuſis,ſed contractus innominatus illi ſimilis,& amittitur ob non ſolutū canonem,ſicut amittitur emphyteuſis propria.*

2 AMPLIATVR vigeſimo quarto etiā, quando non fuit data aliqua quantitas pecuniæ a principio pro obtinenda emphyteuſi:quia,licet ſit de ſubſtantia huius contractus, vt a principio certa quantitas numeret̃ ſecundum Iacob.de Aren.Bart.Alberic. num.4.in l.1.C.de iure emphyt.vbi dicit,hanc eſſe communē opinionē & ēphyteuſis aliter recepta ſecundū prædictos doct.nō poſſit dici proprie ēphyteuſis:eſt tamen contractus inominatus illi ſimilis,qui regulat̃ ſecundū naturā contractus ēphyteutici,vt tradunt Alberic.nū.4.& Iaſ.nū.2.l.1.C.de iure emphyt.quæ res caret omni difficultate,ſi cōcludatur de neceſſitate hui⁹ cōtract⁹ nō requiri aliquā quātitatē a principio pſtari,vt voluerūt Petr.Cin.Sal.& alii,quos cit.Iaſ.ibidē n.3, & ſeq.

AMPLIATIO XXV

1 **E**MPHYTEVSIS, *quæ non apparet ſub quo canone fuerit conceſſa, præſumitur conceſſa pro canone, qui poſtea apparet ſolutus; &, ſi in ſolutione illius canonis ceſſetur, res cadit in commiſſum.*

1 **A**MPLIATVR vigeſimo quinto etiam, vbicũque non cõſtat, ſub quo canone res fuerit in ẽphyteuſim conceſſa: quia, ſi poſt inueſtituram obtẽtã fuerit certus canon ſolutus, puta vnus nummus, vel decem, præſumitur, rem fuiſſe cõceſſam ꝑ illo canone poſtea ſoluto, Bald. in l. Si certis annis, col. 3. n. 9. C. de pact. vbi inquit, hoc eſſe notandum pro emphyteutis, qui inſtrumenta amiſerunt, & ibidem ſubdit, quòd præſumitur facta cõceſſio ſub canone ſolito, & ſecundum conſuetudinem concedentis, allegat, l. licet. C. locat. l. cum de ĩ rem verſo. ff. de vſur. cui etiam aſſẽtitur Alex. conſ. 107. in cauſa, & lite, vol. 1. per totum. Felin. in c. cum Bertoldus, num. 28. de re iudicata.

AMPLIATIO XXVI.

1 **E**MPHYTEVTA, *qui voluit ſoluere canonem caſteldioni, ſeu nuncio domini, & illo conſentiente canonem retinuit, & non ſoluit, iure ſuo priuatur, niſi ille caſtaldio, ſeu nuncius erat conſtitutus ad exigendos illos canones: quia tunc excuſatur.*

AM-

1 AMPLIATVR vigeſimo ſexto etiã in ẽphyteuta qui voluit ſoluere canonẽ caſtaldioni ſeu nuncio domini, & illo conſentiente canonem retinuit, & nõ ſoluit: quia ꝓpter hoc nõ excuſat a caducitate, vt tradit Specular. in d. §. nunc aliqua. de locato. quæſt. 81. n. 103. per l. tñ. ff. de inſtitor, credo ipſũ voluiſſe citare l. quicunque. §. tamen. eod. tit. & p l. pacta curatoris. C. de pact. & l. præſes. C. de Tranſact. quod tamen non eſt indiſtincte verum; quia, ſi ille caſtaldio, vel nuncius erat conſtitutus ad exigendos illos canones, emphyteuta pœnam euadet. l. fin. §. ſi quis profeſſus. ff. de public. c. ſignificãte, extra, de pignorib. quæ a Speculatore loco ſuprà citato in contrarium allegatur, per quæ iura apoſt. ad eum ibidem ita diſtinguit, & dicit, nõ obſtare l. ſi præſes. cum non quæratur, an emphyteutæ potuerit remittere, ſed an ille emphyteuta propter hoc excuſetur, & pœnam euadat.

AMPLIATIO XXVII

1 ECCLESIA, *quæ ab alia eccleſia, vel a priuato domino rem in emphyteuſim habuit, ſi ceſſat in ſolutione canonis cadit a iure ſuo ſecundum verãm, & communem opinionem.*

2 DOMINVS *directi poteſt conditionem reſolutiuam contractus, ſi canon non ſoluatur, ad præiuditium eccleſiæ emphyteuſim acquirentis apponere.*

3 QVIS *poteſt in conceſſione rei ſuæ factæ eccleſiæ apponere legem, quã vult.*

4 EPISCOPVS *in fundatione eccleſiæ ad ſolam petitionem layci patroni poteſt transferre in alium ius confirmandi, quod ad ipſum pertineret de iure, & in hoc ſuo epiſcopatui præiudicare.*

5 PACTVM, *vt donator poſſit propria auctoritate ingredi rem donatam eccleſiæ, donatione reſoluta per modum non adimpletum, valet.*

6 RES *donata eccleſiæ cum pacto, ut poſſit reuocari, ſi alienetur, propter alienationem Pralați eccleſia, reuocatur ſecundum utram opinionem.*

7 FACTVM *Rectoris nocet eccleſiæ, quando transferens rem in eccleſiã diſpoſuit exprẽſſe, quòd, ſi per Prælatum res alienetur, eccleſia ſit priuata.*

8 PRAESCRIBITVR *cõtra eccleſiam, & contra eam etiam præſcriptiones triennales currunt.*

9 ECCLESIA *vtitur iure communi, vbi non reperitur expreſſe priuilegiata.*

10 NATVRAE *conſonum eſt, eum non recuſare incommoda, qui acceptat commoda.*

11 EMPHYTEVSIS, *quam habet eccleſia ab altera eccleſia, vt cadat in commiſſum propter non ſolutum canonem, an ſufficiat bienniũ, vel requirat triennium.*

12 ECCLESIA *aduerſus eccleſiam vtitur iure canonico, & non ciuili, ſi ius canonicum a iure ciuili diſcordet.*

13 CONTRAHENTES *ſecundum ius, quo ligantur, & non ſecundũ ius alterius, quo non ligantur, præſumuntur contrahere.*

14 CONCESSVM *ad fauorem in odium retorquetur, quando odium venit ex natura eiuſdem conceſſionis, & habet diſpoſitionem legis.*

15 ECCLESIA, *quæ ob canonem non ſolutum cecidit a iure ſuo, poteſt reſtitutionem in integrum implorare, vt canonem ſoluat, & ſibi rem retineat ad inſtar minoris, & reipublicæ, & quomodo hoc intelligendum num. 18.*

16 ECCLESIA, *cui fuit relicta hæreditas, ſi intra annum ædificauerit monaſterium, ſub pœna, vt priuetur, & ĩ aliũ trãsferatur, ſi nõ fuerit impleta conditio, reſtituitur aduerſus conditionem non impletam.*

17 ECCLESIA *reſtituitur contra eccleſiam pariter priuilegiatam.*

19 PRAELATVS, *ſiue Rector eccleſiæ propter negligentiã in nõ ſoluendo canonem ab ipſo commiſſam tenetur eccleſiæ reſarcire damnum, & intereſſe.*

20 HAERES *infãtis, qui deceſſit hæreditate non adita, reſtituitur aduerſus àditionẽ omiſſam ex clauſula generali, Si qua mihi iuſta cauſa: & ſi eius tutori poſſit imputari negligentia, non reſtituitur, cum ſit conſultum hæredi infantis contra tutorem.*

21 MINOR, *ſi inſtantia culpa tutoris periјt, habet regreſſum contra tutorẽ, nec reſtituitur aduerſus lapſum inſtantiæ, niſi in ſubſidium, ſi eius tutor, vel curator non ſit ſoluendo.*

22 ECCLESIA *ob culpã Prælati feudum amittit abſque ſpe reſtitutionis in integrum, vt dominus habeat iniuriæ ſuæ ultionem, licet fauor eccleſiæ operetur, ut poſt mortem Prælati delinquentis, uel poſt eius depoſitionem feudũ ad eccleſiam reuertatur.*

23 ARGVMENTVM *de feudo ad emphyteuſim valet, vbi viget eadem ratio, & de iure communi non requiritur deciſum contrarium.*

24 ECCLESIA *quo ad reſtitutionem in integrum minori æquiparatur.*

25 MINOR, *& eccleſia ſecundum veram opinionem, ſi mora commiſſa ſit in ſoluendo canonem, non habẽt optionem, an velint reſtitui aduerſus canonẽ non ſolutum, vel conuenire curatorem, vel Prælatum ad intereſſe, vt habent optionem in alijs rebus: ſed reſtituuntur duntaxàt in ſubſidium, ſi curator, vel Prælatus non ſit ſoluendo.*

26 LEX, *ne reddatur eluſoria, ſicut extenditur etiam, ſi ſit pœnalis; ita, ne reddatur eluſoria, debet reſtringi.*

27 RESTITVTIO *in integrum eccleſiæ aduerſus canonem non ſolutũ intra quod tempus concedatur.*

1 AMPLIATVR vigeſimo ſeptimo etiam in eccleſia, quæ ab alia eccleſia, vel a priuato domino rem in emphyteuſim habuit: nam & ipſa nõ ſoluens penſionem, ſiue canonem per biẽnium, aut triẽnium cadit a iure ſuo, ſicut alius priuatus non ſoluens, d.c.potuit. extr.locati. & d.l.2., C.de iure emphyt. ita tenet in terminis Bald.num.10.in c.vnico.de alienat.feud. & ibi dẽ Aluarot.§.inde poteſt. col.3.verſ.quæro ab extra, & Afflict.num.15. Quia iſta reſolutio ineſt ex natura contractus l.quæro.§.inter locatorẽ. ff. locati. idem Bald. in l. placet, num.3. C.de ſacr.eccleſ.& in auth.qui rem.n.4.C.eodem, & ibidem Cagnol.n.61.& ſeq.vbi teſtatur, hãc eſſe cõmunem opinionem, Bald.in conſ.27.Reuerendiſſime, & ſingulariſſime pater, vol.3.Bart.in.§.ſi vero quis, in auth. de alienat.& emphyt.gloſ.in c.conſtitutus, in verbo, Iuxta ratam, extr.de religioſ.domib', & eo loci Panormit. num.18.Hoſt.& alij, Speculat.in.§.nunc aliqua, quæſt.15.nũ. 25.de locat.Iaſ.d.l.2.num.48. C.de iure emphyt. Ruin.conſ.110.num.2. vol.1.gloſ.in d.auth.qui rem, in verbo Repelli poteſt.C.de ſacroſ.eccleſ. & ibi late Salic.num.2.Thomas Parpal.in repet.d.l.placet. C.eod.num. 120.vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem opinionem canoniſtarũ, & ibidẽ Iaſ.num.16.in 1.lectura, & num.18.in 2.lectura.Guliel.Reodan. in tract.de reb.eccleſ.non alienand.tit.de caducitate feudi ob nõ ſolut. c.2.num.3.pag.494.nec obſtat, quòd Ioannes Andr.in d.c.conſtitutus, vt eum refert Abbas in c.1.num.18.de dol.& contum.diſputando tenue-

rit,ecclesiam non poſſe perdere vtile dominium rei, quod habet in em-
phyteusi ex ſolutione canonis nō facta:quia,cum sine ſolennitate,de qua
12.quęſt.2.c.sine exceptione.non poſſint clerici tale dominium alienare,
multo fortius non poterint tacite canonem non ſoluendo: aliàs aperiret̃
via fraudibus, contra. cap. quanto. de diuort. cuius ſententiam ample-
ctitur Goffred. in ſumma, de immunit. eccleſ. & Hoſt.in ſumma, eod.tit.
§. tertio ſequitur, & c. quos refert, & cauſę inſeruiendo ſequi uidetur
Ruin.conſ. 156. num. 22. vol. 1. quia non poteſt dici, quòd hęc sit alie
natio, ſed reintegratio iuris domini concedentis, quod videtur per-
miſſum arg. l. si vnus §. pactus ne. ff. de pactis. vt inquit apoſt. ad Spe
culat. in d. §. nunc aliqua, ſub nú.26. in verbo Si fundus, Ruin.conſ.
27.in fine.vol. 2.cum tractetur de translatione facienda in eum,a quo rē
recépit,qui ſibi dominium directum retinuit,& potuit conditionem re-
2 ſolutiuam contractus,ſi canon non ſolueretur, ad præiuditium eccleſiæ
acquirentis apponere, Abbas num.2.& alii in c. verum. de condit.ap-
poſitis.cum vnuſquiſque in re ſua ſit moderator,& arbiter,l.in re manda
3 ta, C.mandati.& poteſt quis in conceſſione rei ſuæ factæ eccleſiæ appo-
nere legem,quam vult,c.verum & ibi per doct,de foro compet.c.cum
dilectus, de conſuetud. vbi probatur, quòd Epiſcopus in fundatione
eccleſiæ ad ſolam petitionem layci patroni poteſt transferre in alium
4 ius confirmandi,quod ad ipſū pertineret de iure, & ſic in hoc poteſt ſuo
epiſcopatui præiudicare. ad quod etiam faciunt notata p Ancar. conſ.
217.dubium facit, & per Ruin. d.conſ.27.vol. 2.num. 4. dū inquiunt,
quòd licet res, quæ tranſit ad eccleſiam, efficiatur exempta a collectis
de iure:poteſt tamen teſtator legando rem apponere legem, quòd ad
5 collectas teneatur, & ad oneta pro re legata, & quòd valet pactum,vt
donator poſſit propria auctoritate ingredi rem donatam eccleſiæ,
donatione reſoluta per modum non adimpletum, vt dicunt Ho-
ſtienſis, Ioannes Andreas, & doctores communiter in capitulo verum,
de foro compet. & tenet Bartolus, & Baldus, & Salicetus in l. ſi quis
curialis, C. de Epiſcop. & cleric. quos refert, & ſequitur Ruinus,
dicto conſilio vigeſimo ſeptimo, numero quarto, volumine ſecundo,
Tiraque. de retract.conuent. ad finem tituli, numero 14. vbi multos
alios idem tenentes citat. Nec obſtat, quòd delictum Prælati, & ad-
miniſtratoris non noceat eccleſiæ, c.delictum. de reg. iur. in 6.præ-
ſertim poſt ius quæſitum: quia, ſi donata ſit res eccleſiæ cum hoc,
vt non poſſit alienari, & quòd, ſi alienabitur, poſſit reuocari;
per alienationem Prælati non ſit præiuditium eccleſiæ, neque res
poteſt reuocari, poſtquàm fuit eccleſiæ ſemel acquiſita, vt con-
cludunt doctores in dicto capitulo verum, de cōditionib⁹ appoſitis
6

per

per d.c.delictum, vt refert Ruin.d.conſ.27.num.1.vol.2.nã in contrariũ
eſt veritas, vt conſtat ex auctoribus, quos congerit Tiraq.de retract.con-
uent.ad finem tituli, num. 15.quia, quamuis factum Prælati non poſſit
regulariter ĩ quæſitis eccleſiæ præiudicare: fallit tamen ſi ille, qui transfert
7 rem ĩ eccleſiam, aliter diſponit expreſſe, & ſpecialiter, quia dixit, quòd
ſi per Prælatum, vel Rectorem res alienetur, eccleſia ſit priuata: nam tunc
factũ Rectoris, vel Prælati nocet eccleſiæ, vt concludit Angel.conſ.168.
Teſtator in omnibus, & in conſ.154.Andreas. Ruin.d.conſ.27.num.2.
verſ.ſed contrariũ videtur verius, vol.2. Ancar.d.conſ.217.num.2.Tiraq.
loco ſupracitato de retract.conuent.ad.finẽ tituli, num.15.Ideo in quæ-
ſtione noſtra, cum res ſit conceſſa eccleſiæ auferenda, ſi canon debitis tẽ-
poribus non ſoluatur, negligentia Prælati nocet eccleſiæ: nã per nõ factũ
translatio habet locũ, & pœna a domino concedente impoſita cõmittit:
tum quia pœna ex culpa Prælati non poteſt cadere in ipſum Prælatũ, ſed
in eccleſiam, apud quam eſt ipſa emphyteuſis: tum quia non tantum
Prælatus, ſed totum capitulũ negligentiam cõmiſiſſe dicitur, quo caſu
delictum Prælati nocet eccleſiæ, l. iubemus nullam, & ibi doct.
C. de ſacroſ. eccleſiis, Afflictus, in. §. & iterum ſi clericus, numero
3.in fine.de Capitul.Corrad.in vſib.feud.Ruin.d.conſ.27.num.5.verſ.&
hoc vltimum, vol.2.ſicut videmus, quòd contra eccleſiam præſcribitur,
& contra eam etiam triennales præſcriptiones currunt ĩ effectu, vt tradit
8 Salic.in d.auth.qui rem, ſub num.2.C.de ſacr.eccle. per not. per gloſ.pe-
nult.ĩ auth.quas actiones, C.eodem titulo, & hoc eſt, quia tunc nõ cauſat
alienatio ex facto Prælati tantũ, ſed potius ex negligentia totius eccleſiæ
& iuris auctoritate inducentis præſcriptionem, vt declarat Abbas in c.1.
de dolo, & contumac.circa vltimam col. quẽ refert, & ſequit Ruin.loco
proxime citato, ſicut etiam inducitur priuatio ob non ſolutum canonẽ
ex c.potuit, de locato.cuius diſpoſitio, cum ſit generalis, eccleſiam etiam
comprehendit, cũ ipſa eccleſia nõ reperiatur in hoc expreſſe priuilegiata
9 & regatur iure communi, niſi de expreſſo eius priuilegio appareat, vt
tradit Salic.in d.auth.Qui rem.ſub num.2.per tex.in c.1.de alienat.feud.ĩ
10.col.Nõ obſtat l.placet.C.de ſacr. eccleſ.tum quia aliud eſt in tributo,
quod venit ex diſpoſitione legis, aliud in canone, qui venit ex natura con
tractus, vt declarat Bald. numero decimo, & Aluarot. §. inde po-
teſt, columna tertia. verſiculo quæro ab extra, de alienat. feud.nam
aliàs eccleſia poſſet rem retinere, & canonem non ſoluere de facto,
quod eſt falſum ſecundum ipſos, cum eccleſia debeat colere iuſti-
tiam, nec poſſit ipſa lucrum amplecti, onus autem canonis anne-
xum contemnere, vt inquit Ancaranus dicto conſilio 217. per
l. primam. §. pro ſecundo C. de caducit. tollend. & natura conio-

num ſit,eum non recuſare incommoda,qui acceptat commoda,Clem.1.
de cenſib. tum quia d.lex placet.potius probat contrarium, vt eccleſia
ob nõ ſolutũ canonẽ cadat, vt declarat Thom.Parp.ibidem ĩ repet.num.
120.ideo tenendum eſt cum gloſ.cõiter recepta in d.c.conſtitutus,vt pp
Prælati,ſiue Rectoris ceſſationẽ in ſolutione canonis,& eius negligẽtiá
11 res cadat in commiſſum. Sciendum tamen eſt, ꝙ ſecundũ Salic.in d.auth.
qui rem.C.de ſacr.eccles.non ſufficit bienniũ,vt emphyteuſis, quá habet
eccleſia,cadat in commiſſum, ſed requiritur, quòd fuerit ceſſatum per
triennium in canonis ſolutione,cum quo tenet Iaſ.in d.l.2.num.50.de
iure emphyt.ne illud,quod ad fauorem eccleſiæ eſt inductum, vt eius
emphyteuta per ceſſationem ſolius biennij poſſit priuari, retorqueatur
contra ipſam eccleſiam,quod fieri non debet,l.quod fauore, C.de ll.ſed
Bald.in d.auth.qui rem.num. 4 dicit,veritatẽ eſſe in contrariũ,& ſufficere
biennium:quia ille tex.indiſtincte loquitur,& inquit, ita ſentire gloſ.&
Petr.Bu.vt etiam tenet Specul. in §. nunc aliqua, quęſt. 22. num. 33. de
locato,& etiam expreſſe gloſ.in d. cap.conſtitutus,de religioſis domibus,
in verbo,Iuxta ratam,dum dicit quòd vere priuari debuiſſet monaſteriũ
iure,quod habebat ĩ prædicta conceſſione,ſi vere ille contractus fuiſſet
emphyteuticus,ex quo non ſoluerat penſionem debito tempore:quam
etiam ſequitur Ancar.ibidem col.pen.verſ.ex hac etiam gloſ.num. 18.per
d.c.potuit.de locato.quod gloſ.citat,Apoſt.ad Speculat. de reſtit.ĩ integr.
§.1.verſ.vt autem, num.29.quæ allegat d.c.potuit.quorum ſententiæ me
12 ſub ſcribo,tum quia, vbi ius canonicum diſcordat a iure ciuili, eccleſia
aduerſus eccleſiam iure canonico,& nõ ciuili utitur,c.illud, iuncta gloſ.
3.in verbo Aduerſus eccleſiam,extr.de præſcript.tum quia inſpecta con
cedentis,& recipientis conditione,præſumendum eſt, quòd ſecundum
ius canonicum,& non ſecundum ius ciuile voluerint contrahere, cum
eccleſia,& ecleſiaſticæ perſonæ iure canonico, & nõ ciuili vtãtur,c.quòd
13 clericis,cum ibi not.per doct.de for.compet.c.quæ in eccleſiarum, extr.
de conſtit.& contrahentes ſecundum ius, quo ligantur,& non ſecundũ
ius alterius,quo non ligantur,præſumantur contrahere,ad not.per Bart.
& cõiter doct.in l.hęredes mei.§.cum ita.num.4.ff.ad Trebell.per Socin.
conſ.51.num.33.vol.4.& arg.l.plenum.§.equitii.ff.de vſu, & habit.leg.nec
14 obſtat,quòd illud quod eſt ad fauorem eccleſiæ inductum,non debet in
eius odium retorqueri:quia in quæſtione noſtra odium venit ex natura
eiuſdem conceſſionis,& habet diſpoſitionem legis,& tunc fieri poteſt,vt
conceſſum ad fauorem,in odiũ retorqueatur,vt declarat Bald.ĩ.d.l.quod
fauore,in octaua oppoſitione num.11,& probatur ex traditis per gloſ.3.
in d. c. illud, de pręſcript.quæ communiter recepta eſt a doct.in auth.
quas actiones. C.de ſacroſ.eccleſ.vt eam ſequendo teſtatur Balb. in tract.

de

de prçſcript.in prima parte,quintæ partis principalis,num.4.Cæterum,ſi
eccleſia haberet emphyteuſim a priuato, tunc requireretur triennium,
nec bienniũ ſufficeret:quia eccleſia tunc vteretur iure communi, & per
non ſolutionem canonis priuanda eſſet,quemadmodum alius priuatus,
non ſoluens,ſicut concludit ĩ prçſcriptione ex communi doct.ſententia
vt tradit Balb.loco ſupra citato,& etiam quia,vt ait Bald.in d.auth.qui rẽ
num.4.C.de ſacr.eccleſ.inſpicitur conditio lçſi,& ille dicitur lçdi,cui non
ſoluitur,& hoc modo poſſunt opiniones concordari, vt ſententia Salic.
& Iaſ.ſit vera,vbi eccleſia habet emphyteuſim a priuato domino,& Bald.
vbi eccleſia obtinet emphyteuſim ab alia eccleſia.

PRAETEREVNDVM tamen hic nõ eſt,eccleſiam,quç ob cano
15 nem non ſolutum cecidit a iure ſuo, poſſe reſtitutionem in integrum
implorare, vt canonem ſoluat,& ſibi rem retineat ad inſtar minoris, &
Reipublicç , c.1.extr.de in integr.reſtit.l.vt inter diuinum.C.de ſacroſ:
eccleſ.l.Reſpublica.C.ex quib.cauſ maior.25.ãnis in ĩtegr. reſtit.l. Rem
publicam.C.de iure.rei fiſcalis.lib.10.Specul.in d.§.nunc aliqua,quçſt.15.
num.26.de locato.Iaſ.in d.l.2.quçſt.11.num 49.C.de iure emphyt.Ruin.
in conſ.110.num.7.& conſ.156.in fine.vol. 1. Guid. de Suzar. in tractat.
de iure emphyt.num. 15. in vol. Tract. Curt. in tract. de feudo, in 2.
parte,quæſt.18.num.8.quod etiam probatur ex notatis per Bald.in l.pu-
pillorum,ſub num.3.verſ.quçro nunquid, C.de repud.hçredit.qui dicit,
quod,ſi relinquit hçreditas eccleſiæ,ſi intra ãnũ ædificauerit monaſteriũ
& alioquin priuetur , & transferatur ĩ alium , & non fuerit impleta con-
16 ditio,eccleſiç datur reſtitutio: cum quo tenet Alex.conſ.5.n.16.vol.5.vbi
multos alios idem ſentientes citat.eccleſia enim contra eccleſiam pariter
17 priuilegiatam reſtituitur,vt ex communi doct.ſententia tradit Roman.
con.166.viſa diligenter,num.14.poſt gloſ.& doct.in auth.item ſi quis,
C.de ſacr.eccleſ. Quam tamen concluſionem, vt eccleſia reſtituatur ad
18 canonem ſoluendum in ſubſidium,& non ita generaliter,& indiſtincte,
vt ſupracitati doct.loquũ videntur, intelligendam exiſtimo, ſicut ſentit
Angel.in d.conſ.168.num.1.ſequutus Cin.in d.l.iubemus nullam.C.de
ſacr.eccleſ,Alciat.conſ.160.num.19.& conſ.513.num.5.Guliel.Reodan.
in tract.de reb.eccleſ.non alienand.quæſt.24.de caducitatibꝰ feudatarii
19 cap.2.num.4.pag.495,nam Prælatus,ſiue Rector eccleſiæ pp negligentiã
in non ſoluendo canonem ab ipſo commiſſam tenetur eccleſiæ reſarcire
damnum, & intereſſe, l. ſi tutoris. C.de adminiſtr.tut. Plot.in repet.l.ſi
quando.§.5.n.22.C.vnde ui.ad tradita p Soc.conſ.2.vol.1.Ideo, vbi ipſe
ſit ſoluendo,eccleſia non debet in integrũ reſtitui,primo p d.l.ſi tutoris
C.de adminiſtr.tut.quç,cũ ſuccurrat minori,p regreſsũ cõtra tutorẽ,ſeu
curatorem,qui fuit negligens in ſoluendo canonem,propter quod em-

phy-

phyteuſis pupilli, ſeu minoris incidit in commiſſum in damnum pupil-
li, videtur excludere beneficium reſtitutionis in integrũ, vt declarat Soc.
in l. cum filiusfamilias. §. in hac, ſub numero 5. in fine, verſ. ad idem eſt
tex. ff. de veb. obligat. Ruin. conſ. 119. col. pen. vol. 5. Roland. a Valle cõſ.
10. num. 22. vol. 2. Secundo quia, cum poſſit eccleſiæ eſſe ſuccurſum ad-
uerſus Prælatum, & Rectorem, qui canonem ſoluere neglexit, ceſſare de
bet beneficium reſtitutionis: quia non ſubeſt æquitas, ex quo conſultum
20 eſt eccleſiæ contra eius Prælatum: nam etiam infantis hęres, qui deceſſit
hęreditate non adita, reſtituitur aduerſus aditionem omiſſam ex clauſu-
la generali, quia in articulo mortis fuit læſus. l. Pãtonius. ff. de acq. hęred.
& tamen, ſi eius tutori potuit imputari negligentia, non reſtituitur, cum
conſultum ſit hęredi infantis contra tutorem, vt tradit Bart. in l. ſi infã-
ti. C. de iure deliber. quem alij communiter ſequuntur, vt teſtatur Ro-
land. a Valle in d. conſ. 10. numero 21. vol. 2. Bart. & cæteri in l. qui duos. ff.
de reb. dub. Rui. d. cõſ. 119. col. pẽult. vol. 5. Tertio quoniã Prælatus æqui-
paratur marito, vt tradit Afflict. in . §. & iterum ſi clericus. num. 18. de ca-
pit. Corrad. per tex. in c. inter corporalia. de translat. epiſcop. & negligen-
tia mariti in emphyteuſi dotali præiudicat vxori ita, vt non reſtituatur
aduerſus dominum, aut duntaxàt in ſubſidium, vt diximus ſupra hac ea-
21 dẽ cauſa priuationis, ampliatione vigeſima ſecunda. Quarto quia vbi in
ſtantia perijt culpa tutoris, vel curatoris, minor habet regreſſum contra
tutorem, & non reſtituitur in integrum aduerſus lapſum inſtantiæ, niſi
in ſubſidium, ſi eius tutor, vel curator non ſit ſoluendo vt ex communi
doct. ſententia tradit Sfort. Oddus in tract. de reſtit. in integr. quæſt. 22. ar
tic. 3. num. 22. & idem dicitur in eccleſia. vt tradit Alex. in l. properandũ,
§. fin. C. de iudic. ex ſententia Salic. ibidem, & Paul. de Eleazar. & Cardi
nal. in clem. 1. de reſtit. in integr. quæſt. 10. & Hoſtiens. de reſtit. in inte-
grum. §. aduerſus. Quinto quia ſi ex vera, & communi doct. ſententia cõ-
ceditur, ob negligentiam, & culpam Rectoris, ſeu Prælati in non ſoluen
do canonem domino emphyteuſim amitti, cum potuerit dominus di
recti in conceſſione rei ſuę conditionem reſolutiuam contractus appo-
nere, & pœnam ex culpa Prælati non poſſe cadere in Pręlatum, ſed in ec-
cleſiam, apud quam eſt emphyteuſis, vt ſupra ĩ ampliatione tradidimus;
videtur etiam neceſſario concedendum, vt eccleſia aduerſus canonem
non ſolutum reſtituatur duntaxàt in ſubſidium, Pręlato exiſtente non
ſoluendo, aliàs fruſtratorie eſſet appoſita pœna, ſi diceremus, eccleſiam
habere electionem, vel agendi contra Pręlatum ſuum ad intereſſe, vel pe
tendi reſtitutionem in integrum aduerſus dominum directi, iuxta gloſ.
in c. 2. in verbo Reſtituimus, in fine. vbi Imol. col. 5. verſ. in eadem gloſ. in
fine, & Ancar. col. 4. verſ. vndecimo oppono. extr. de reſtit. in integr. Nã

ſemp

Prælatus, qui ceſſauit, quando dominus directi vellet emphyteuſim vendicare, eligeret reſtitutionem aduerſus dominum, & ſine effectu eſſet lex, quę a principio a domino concedente fuit emphyteuſi impoſita, quam legem omnes concedunt potuiſſe imponi, dicto capitulo. verum.
22 de condit. appoſit. Sexto quia propter culpam Prælati eccleſia amittit feudum abſque ſpe reſtitutionis in integrum, vt dominus habeat iniurię ſuę vltionem, licet fauor eccleſię operetur, vt poſt mortem ipſius Prælati delinquentis, vel poſt eius depoſitionem feudum ad eccleſiam reuertatur, §. & iterum ſi clericus. de capitul. Corrad. in vſib. feud. nam hoc operatur natura feudi, vt tradunt ibidem Aluarot. Bald. & alii: ergo idem dicendum eſt in emphyteuſi, vt ipſa ſeruet naturam ſuam, cum ſit eadem ratio: nam dominus, cui canon non ſoluitur, dicitur contemni, Bald. in c. 1. §. aut ſi libellario, numero 1. in
23 fine, Quibus modis feud. amitt. Natta conſilio. 479. numero 8. & non reperitur de iure communi determinatum contrarium, quòd eccleſia debeat in integrum aduerſus canonem non ſolutum ita reſtitui, vt etiam viuente Pręlato, vel Rectore, qui fuit negligens in ſoluendo penſionem, dominus directi non poſſit emphyteusim reuocare, & apud ſe illo viuente retinere, vt contingit in feudo, d. §. & iterum ſi clericus. quia iſto caſu valet argumentum de feudo ad emphyteuſim, & emphyteusis ſecundum ius feudorum deciditur, Speculator in. §. quoniam. verſiculo 40. de feudo. communiter receptus teſte Soc. in conſilio 167. numero 22. volumine 2. Nec obſtat, quòd eccleſia
24 quo ad reſtitutionem in integrum minori ęquiparetur, capitulo 1. & capitulo auditis, & vtrobique gloſ. & doct. extr. de in integr. reſtit.
25 l. orphanatrophos. C. de Epiſcop. & cleric. & quòd minor poſſit reſtitui aduerſus dominum, vt canonem ſoluat, vel conuenire tutorem, qui canonem ſoluere neglexit, vt tradunt Alberic. & Salic. numero 5. in d. l. ſi tutoris. C. de adminiſtr. tut. sicut etiam eadem electio videtur competere eccleſię, gloſ. in capitulo. 2. in verbo Reſtituimus, in fine, & ibi Abbas numero 20. Imol. columna 5. & Ancar. in oppoſitione vndecima, extra, de in integr. reſtitutione. quia contrarium, quòd minor, qui commiſit moram, & habet curatorem, non poſſit reſtitui, ſi eius curator, vel tutor ſit ſoluendo, & rectius tenuit idem Albericus ex ſententia Iacob. de Arena ibidem in l. in minorum, numero quarto. & Baldus numero ſeptimo. C. in quibus caus. in integer. reſtitutio non eſt neceſſar. Angel. in dicto conſ. 168. nu. 1. ſequutus Cin. in d. l. iubemus nullam. C. de ſacr. eccl. Nec obſtat d. l. etiam. C. ſi tutor, vel curat. interue. quia, & ſi regulare ſit, vt eccleſia, & minor habeant optionem, an velint conuenire curatorē, & ad-

adminiſtratorem, vel reſtitui ad rem, gloſ. & doct. in d.c.2. de reſtit. in integr. & d.l. etiam, tamen ſpeciale eſt in emphyteuſi, vt non reſtituatur eccleſia, niſi in ſubſidium propter legem, & conditionem reſolutiuam cõtractus, a principio in conceſſione rei a domino concedente aduerſus eccleſiam, recipientem emphyteuſim, impoſitam: quæ lex in conceſſione rei appoſita ſicut operatur contra reg. delictum. de reg. iur. in 6. vt delictum, & culpa Prælati poſt ius acquiſitum noceat eccleſiæ, Angel. d. conſ. 168. Ruin. d. conſ. 27. vol. 2. cum aliis a nobis ſuptacitatis num. 7. ita etiam auferre debet optionem, quæ regulariter competit minori, & eccleſiæ, an velint conuenire procuratorem, vel reſtitui ad rem, ne pactum reſolutiuum contractus a principio in conceſſione rei appoſitum ſeruiat domino concedenti de vento, & dominus concedens, qui fuit neglectus ob non ſolutum ſibi canonem, poſſit habere iniuriæ ſuæ vltionem, iuxta text. in d. §. & iterum ſi clericus. de capit. Corrad. nam, ſi eccleſia in quæſtione noſtra haberet optionem, ex d.l. etiam. C. ſi tutor, vel curat. inter. ſequeretur, quòd Prælatus, qui deliquit in canonis ſolutione, poſſet legem reſolutiuam contractui appoſitã, & a l.2. C. de iure ẽphyt. & ab auth. qui rem. C. de ſacroſ. eccleſ. & a c. potuit, de locato. approbatã, eluſoriam reddere, contra not. per Marian. Soc. in rubr. ff. Sol. matrim. in 2. parte, num. 68. ex communi doct. ſententia, & per Iaſ. in l. 1. in ſecũda lectura, n. 13. ff. eod. nam ſemper Prælatus, qui deliquit, quando dñs vellet emphyteuſim vendicare nomine eccleſiæ, aduerſus dominum reſtitutionem peteret, & diſpoſitionem d. c. potuit, & legem contractus eluderet. Sicut igitur, ne hoc ſequatur, & ne lex reddatur eluſoria, fit ex-
26 tenſio legis, etiam ſi ſit pœnalis, ex not. per gloſ. & omnes in c. quanquam. de vſur. in 6. & per Ruin. in conſ. 24. num. 11. vol. 2. ita eadẽ ratione, reſtringi debent tradita per gloſ. & doct. in d.c.2. de in ĩtegr. reſtit. & diſpoſitio d.l. etiam. C. ſi tutor, vel curator interuen. arg. l. fin. §. ſi filius de leg. 3. vt eccleſia iſto caſu non habeat optionem: ſed teneatur prius aduerſus Prælatum, vel eius hęredes experiri, & in ſubſidium poſtea reſtitui vel poſt mortem, aut depoſitionem Prælati, qui deliquit, emphyteuſim recuperare de manibus domini, vt contingit in feudo. Et hæc eſt veritas, ni fallor, licet alij doct. quos ego viderim, hanc quæſtionem non ita declarent: ſed generaliter dicãt, quòd eccleſia reſtituitur in integrum aduerſus non ſolutionem canonis, maxime ſi Prælatus non ſit ſoluendo, & contra eum non poſſit eccleſiæ eſſe ſuccurſum. Si quis autem vult
27 ſcire intra quod tempus eccleſiæ concedatur hęc reſtitutio, videat Iaſ. in d.l.2. num. 49. C. de iure ẽphyt. & Speculat. in d. §. nunc aliqua, de locato. quęſt. 16. num. 27. doct. in c. 1. de reſtit. in integr. Imol. & alios in Clemẽtina. 1. tit. eod. de in integr. reſtit.

A.M.P.

AMPLIATIO XXVIII.

1 MINOR *vigintiquinque annis, ſi debitis temporibus ceſſat in ſolutione canonis, emphyteuſi priuatur.*

2 ECCLESIA, *& minor æquiparantur.*

3 MINOR, *licet abſque decreto iudicis, & ſolennitate iuris nō poſſit vtile dominium alienare: tamen non ſoluendo canonem ſibi præiudicat, & nō dicitur alienatio: ſed reintegratio iuris domini concedentis.*

4 MINOR *25. annis, ſicut maior, poteſt feudo priuari ob non petitam inueſtituram intra annum, & diem.*

5 GLOSSA *in l. fi. C. ex quib. cauſ. maior. in integr. reſtit. non ſit neceſſ. quæ cenſuit, minorem ob non ſolutum canonē iure ſuo nō priuari, reprobatur.*

6 TEMPUS *conuentionale currit minori, licet ei ſubueniatur beneficio reſtitutionis in integrum.*

7 TEMPUS *conuentionale ad reemendum currit minori.*

8 EMPHYTEUTA *priuati patrimonij Principis ob nō ſolutum canonē iure ſuo non priuatur, & id eſt ſpeciale.*

1 AMPLIATUR vigeſimo octauo etiam in minore vigintiquinque annis; nam & ipſe, ſi per biennium, aut triēnium ceſſet in ſolutione canonis, emphyteuſi priuatur, l. ſi tutoris. C. de adminiſtr. tut. vbi expreſſe hoc notant Bart. & Salic. in principio: ꝑ quam legem idem tenet Vbert. vt eum refert, & ſequitur Speculat. in. §. nunc aliqua, verſ. decimo quarto quæritur, nu. 24. tit. de locato. Iaſ. in l. 2. num. 48. C. de iure emphyt. Bald. in l. 2. num. 3. C. ſi aduerſ. vendit. pignor. Thomas Grammatic. decis. 52. num. 1. Guliel. Reodan. in tract. de reb. eccleſ. non alienand. quæſt. 24. cap. 2. num. 4. pag. mihi 495. Guid. Papa deciſ. 435. num. 1. qui citat gloſ. in d. l. 2. C. de iure emphyt. in quæſt. fin. & Cin. ibidem in 12. quæſt. & Din. in c. qui in ius. de reg. iuris in 6. idem tenentes, & eſt de mente Bart. Alex. Iaſ. Soc. Alciat. & communiter ſcribentium in l. cum filiusfamilias. §. in hac. ff. de verb.

verb.obligat.dum concludunt;minorem aduerſus canonem nõ ſolutũ
non reſtitui,vbi emphyteuſis non ab ipſo minore fuit acquiſita, ſed ab
2 eius patre originem habuit:nã eccleſia,& minor parificantur c. 1. extra
de integr.reſtit.l.orphanatrophos.C.de epiſc.& ecleric.Sicut ergo eccle
ſia per non ſolutionem canonis priuatur iure ſuo, quia potuit dominus
directi,emphyteuſim concedens,conditionem reſolutiuam contractus,
ſi canon non ſoluatur, ad præiuditium eccleſiæ acquirentis apponere,
Abbas num.2.& alii doct.in c.2.de cõdit.apposit.cum vnuſquiſque in re
ſua ſit moderator,& arbiter.l.in re mandata.C.mandati.& dictum eſt in
antecedenti ampliatione: ita debet priuari minor vigintiquinque annis,
cum dominus concedens potuerit eandem conditionem reſolutiuam
3 contractus apponere ad præiuditium minoris acquirentis ẽphyteuſim;
nam,licet minor abſque ſolennitatę iuris, & decreto iudicis non poſſit
alienare toto tit.C.de pręd.& aliis rebus minor.& toto tit.de reb.eorum
& idem iuris ſit de re,in qua minor ſolum vtile dominium habet, Bero.
conſ. 113.nu.10.vol.1.per tex.clarum in l.ſed ſi peccunia. §. item quęri,
& ibi gloſ.in verbo ſi ius.ff.de reb.eorum,tamen non ſoluendo canonẽ
ſibi pręiudicat:quia dici nõ poteſt,quòd ſit alienatio,ſed eſt reintegratio
iuris domini concedentis,quod uidetur permiſſum, arg.l.ſi vnus.§.pac-
4 tus ne.ff.de pact.vt dictum eſt ſupra de eccleſia,Pro qua opinione etiam
facit,quòd ita minor vigintiquinque annis,ſicut maior,poteſt feudo pri
uari ob non petitam inueſtituram intra annum,& diem, vt tradunt cõ-
muniter doct.in c.imperialem.§.pręterea,de prohib.feud.alienat.per fri-
derich.Hoſt.in ſumma de feud.§.quibus.modis.verſ.ſed nunquid, Ioan.
Andr.in addit.ad Speculat.in tit.de feudo.§.in aditione, quę incipit, ſi
5 minor.quos refert,& ſequitur Alex.i conſ.179.num.11.vol.1. Nec.obſtat.
l.fin C.ex quib.cauſ.in integr.reſtit.non eſt neceſſaria.per quam legem
gloſ.in d.l.ſi tutoris.C.de adminiſtr.tutor.in verbo, Voluiſſent, cenſuit,
hodie minorem,ipſo iure illeſum ſeruari, & ob non ſolutum canonem
iure ſuo non priuari,vt voluit etiam Mart.de Fano,arg.eiuſdem legis,& l,
2.C.de feud.patrimonial.lib.11.Bero.conſ.49.n.10.vol.3.Vaſq.de.ſuceſ.
creat.§.10.num.26.quia hic non agitur de pręſcriptione legali:ſed de
conditione reſolutiua contractus,ſi canon debitis temporibus Solutus
non fuerit,quę potuit a domino in emphyteuſim concedente, & cum
minore contrahente apponi,cum huiuſmodi conditio reſolutiua con-
tractus non ſit etiam in contractibus cum minorę improbata,& tempus
in conuentione appoſitum ipſo minori currat,licet ei ſubueniatur bene
6 ficio reſtitutionis in integrum,vt eſt tex.in l.ſi creditor,§.& ſi quidem ita
venierit ff.de diſtract.pignor.ſicut,etiam currit minori tempus conuen
7 tionalę ad reemendum,ad tradita per Curt.Sen. i conſ.58.per Cagnol.in

l.2.quæſt.16.num.82.C.de pact.iter empt.& vendit.& p Tiraq.de retract.
conuent.§.1.gloſ.2.num.56.Non obſtat l.2.C.de fund.patrimonil.lib.
11.nam illud ſpeciale eſt in emphyteuta priuati patrimonij Principis, qui
8 ob ceſſationem ſolutionis canonis non priuatur iure ſuo, vt voluit gloſ.2.
in eadem lege,& gloſ.in verbo, Voluiſſent in d.l.ſi tutoris.C.de admini-
ſtrat.tut.nam imperator huic emphyteutæ fuit in hoc gratioſus:quia in
aliis grauat ſuos emphyteutas,vt patet in aliis legibus illius tituli;vel di-
cendum eſt ſecundum Cin.quòd d.l.2.intelligatur ſecundum l.impera-
tores.ff.de publican.vt refert,& declarat Salic.in d.l.ſi tutoris.num.4.&
num.7.ad quem remitto lectorem, cum ipſe ibidem reſpondeat ad om-
nia contraria.

AMPLIATIO XXVIIII.

1 *PVPILLVS, & infans ob non ſolutum canonem ab emphyteuſi ca-
dunt, licet Guid.Papa decis.435.contrarium exiſtimauerit.*
2 *RECIPIENS emphyteuſim, quisquis ſit, non poteſt lucrum ample-
cti, & onus canonis annexum contemnere.*
3 *ANNVS, qui datur ad petendum inueſtituram, non currit, niſi a die
ſcientiæ.*
4 *ÆTAS infantis, quicquid videt, ignorat.*
5 *PVPILLVS dicitur habere ſemiplenum intellectum.*
6 *INFANS, pupillus, & minor vigintiquinque annis reſtituuntur in
integrum, vt canonem ſoluant, & emphyteuſim retineant.*
7 *INFANS, pupillus, & minor 25.annis non reſtituuntur aduerſus ca
nonem non ſolutum, vt emphyteuſim retineant, quando non ipſi, ſed eorum pa
ter, cui ipſi ſucceſſerunt, fuit de emphyteuſi inueſtitus.*
8 *EDICTVM de minoribus locum non habet, vbi negotium non eſt geſtũ
cum minore, & damnum fuit cauſatum ex pacto defuncti, & ex ſolo curſu tẽ
poris propter non factum minoris.*
9 *TEMPVS non eſt modus inducendæ obligationis.*
10 *VT minori detur reſtitutio, duo copulatiue requirũtur, ſcilicet quòd ſit ge
ſtum cum minore, & quòd minor ſentiat damnum ex eo, quod geſtũ eſt cũ eo.*
11 *MINOR, pupillus, & infans non reſtituuntur aduerſus non ſolutum
canonem, quando emphyteuſis non fuit ab ipſis acquiſita, ſed ab alio maiore,
cui ipſi ſucceſſerunt, etiam ex capite ignorantiæ, & ex clauſula generali Si
qua mihi iuſta cauſa, ſi tutorem, aut curatorem habuerunt, qui ſciebat qua-*

litatem

litatem bonorum, & ſit ſoluendò.

12 TVTOR *ſiue curator, qui bona adminiſtrauit, tenetur damnum, ex non ſolutione canonis cauſatum, minori reſarcire.*

13 RESTITVTIO *in integrum ex capite ignorantiæ eſt remedium contra ordinarium, & non competit minori, qui habet remedium ordinarium extra eius curatorem, qui eſt ſoluendo.*

14 TVTOR, *ſiue curator pupilli, vel minoris præſumitur ſoluendo.*

15 MINOR, *& pupillus ob non ſolutum canonem ex capite ignorantiæ non reſtituuntur, quando eis eſt cõſultum aduerſus eorum tutorem, & curatorẽ, etiam ſi prohibitum ſit minori, aut pupillo ex teſtamento illius, cuius ipſe minor eſt hæres, ne conueniat eius tutorem, vel curatorem ob eius adminiſtrationem ratione etiam doli, nedum leuis, aut latæ negligentiæ.*

16 LIBERATIONE *legata, quòd adminiſtrator non teneatur rationes reddere, neque ratione doli, leuis, vel latæ culpæ poſſit conueniri, nõ intelligitur remiſſus dolus, vel negligentia, per quam rerum pupilli, vel minoris alienatio vel dilapidatio inducitur.*

17 TACITVM, *& expreſſum regulariter a pari procedunt.*

18 TACITE *non cenſetur quis id velle, quod expreſſe non poſſet, vel nollet.*

19 IN *generali mandato, ſicut non venit facultas alienandi, ita non venit facultas faciendi compromiſſum, ex quo ſequi poteſt alienatio.*

20 TESTATOR *non poteſt ad præiuditium domini directi diſponere, vt tutor, vel curator negligendo, aut dolum committendo in bonis emphyteuticis non teneatur.*

1 AMPLIATVR vigeſimo nono meo quidem iudicio etiam in pupillo, & infante, quamuis Guid. Papa decis. 435. contrariũ exiſtimauerit, ſ3. quòd pupillus, & ĩfans ob nõ ſolutũ canonẽ emphyteuſi non priuentur: nã adultus minor 25. annis ex eo priuatur emphyteuſi, quia lex, & conditio reſolutiua contractus fuit in conceſſione rei a domino concedente appoſita, cum hoc veniat ex natura contractus, & cenſeatur id actum, etiam ſi non ſit expreſſe cautum, Bald. in §. inde poteſt. num. 10. & Aluarat. col. 3. verſ. quæro ab extra, de alienat. feud. & dictum eſt ſupra in ſecunda, & tertia ampliatione huius cauſæ priuationis: quæ ratio ad vnguem militat in emphyteuſi conceſſa pupillo, & infanti, ma-

xime

In emphyteuſi conceſſa pupillo,& infanti, maxime ſi ſit factũ pactum
ſuper ſolutione canonis,vt res reuertatur ad dominum,ſi canon ſolutus
non fuerit,vt vidi ſemper fieri in inueſtituris:quia dubium non eſt, quòd
dominus concedens potuit etiam ad præiudiciũ pupilli,& infantis, hanc
conditionem contractus reſolutiuam apponere,cũ vnuſquiſque in con-
ceſſione rei ſuæ poſſit legem,quam vult imponere. c.verũ &ibi per doct.
communiter. de. condit. appoſitis, l. in re mãdata. C. mandati. not. per
Ruin.conſ.27.n.4.vol.2.per Bald.& Salic.ĩ l.ſi quis curialis.C.de epiſcop.
& cleric.& per Tiraq.de retract. conuent.ad finem tituli n.14. & ſeq.nec
poſſit, quisquis ſit is,qui accipit rẽ,lucrũ amplecti, & onus canonis an-
2 nexum contemnere,vt inquit Ancar.conſ.217.per l.1.§.pro ſecundo.C.
de caduc.toll.cum naturæ conſonum ſit,eum non recuſare icommoda,
qui acceptat commoda,Clem.1.de cenſib.Cum ergo eadem ratio vigeat
in emphyteuſi conceſſa pupillo,vel in fanti,quę viget in emphyteuſi cõ-
ceſſa minori vigintiquinque annis,idem ius in ea ſtatuendum eſt, l.fin.
C.ad l.Falcid.l.illud.ff.ad l.Aquil.Nec faciẽda eſt differentia,an is , qui ceſ-
ſauit in ſolutione canõis,ſit adultus,minor tamen 25.annis, vel ſit pupil-
lus,vel infans,vt colligit ex iis, quæ tradit Ruin.in conſ.119.n.7. & n.17.
verſ.quinto,& vltimo,& n.20.vol.5.& ex iis,quæ tradit Curt. Sen.ĩ d.cõſ.
58.qui ambo in infante,& pupillo loquuntur,& videtur de mente com-
muniter ſcribentium in d.l.cum filiusfamilias.§. in hac.de verb.obligati.
dum generaliter concludunt, minorem non reſtitui ex capite minoris
ætatis aduerſus non ſolutum canonem, quando emphyteuſis nõ fuit ab
eo acquiſita,ſed ab eius patre originem habuit:nec diſtinguunt , an is ſit
pupillus,uel adultus.Nec obſtant rationes Guidon. Papæ. nã prima ratio
ſumpta eſt, ex l.fin.C.in quib.cauſ.in integr.reſtit.non. eſt neceſſ.ad quã
ſupra eſt reſponſum,quòd hic non agitur de præſcriptione legali: ſed de
cõditione reſolutiua contractus, & tempore conuentionali: quod currit
etiam minori,pupillo,& infanti,vt ex ſupra traditis patet. Non obſtat ſe
cundum fundamentũ Guid.Papæ, quòd negligentia anni, & diei adulto
imputatur,ſi nõ petierit inueſtituram,quæ tamen non imputatur pupil-
lo.c.1.§.præterea.de prohib.feud.alienat.p Frideric.nam annus, qui dat
3 ad petendam inueſtituram,non currit , niſi a die ſcientiæ, vt not.gloſ.&
doct.in c.1.Quo temp. miles.Alex. conſ.79.num.11. vol. 1.& conſ.14.n.
5.vol 2.Ideo ſtatutũ fuit a iure,vt nõ currat infanti:quia illa ætas, quicquid
4 videt,ignorat,l.1.C.de falſa moneta.nec etiam pupillo:quia ipſe dicitur
5 ſemiplenum intellectum habere,vt not. per Accurſ.in l. in negotiis.ff.de
reg.iuris. & per Bald. in dicto capitulo 1. §. niſi iuſta cauſa, uerſiculo
infantiæ. Quo tempore miles inueſt. petere debet quæratio ceſſat in
quæſtione,de qua agitur,cum tempus ſoluendi canonem currat ẽt igno

ranti, licet ignorāti ſubueniatur ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, gloſ. fin. in l. 2. C. de iure emphyt. quæ eſt communiter recepta, teſte Dec. cōſ. 58. in fine. Altera ratio Guid. Papę, quòd non debeat pupillus priuari, qui ſucceſſit in ius alterius, quia ignorantia, & ætas habet eum excuſare, ſi eò tendit, vt pupillus non cadat, quia ignoranter ceſſauit, eſt falſa, vt ſupra eſt dictum, & latius dicam infra hac eadem cauſa priuationis, limitatione vigeſima: ſi eò tendit, vt pupillus reſtituatur, non pertinet ad quæſtionem propoſitam, cum nunc nō agamus, an infans, vel pupillus, qui ceſſauerunt in ſolutione canonis, aduerſus non ſolutum canonem reſtituātur: ſed an res cadat in cōmiſſum de rigore iuris, vt ego cadere exiſtimo. Bene verum eſt, quòd iſta caducitas in ſupradictis duabus ampliationibus non erit cum effectu, cum tàm infans, quàm pupillus, & minor 25.
6 annis reſtituendi in integrum ſint, vt canonem ſoluant, & emphyteuſim retineant, vt ſcriptum reliquerunt Speculat. in d. §. nunc aliqua. num. 26. de locato. Iaſ. in d. l. 2. num. 49. C. de iure emphyt. Grammat. deciſ. 52. Guliel. Reodan. in tract. de reb. eccleſ. non alienand. quæſt. 24. verſ. 2. num. 4. pag. 495. Bald. in l. 2. num. 3. C. ſi aduerſus vendit. pignor. Ruin. conſ. 119. num. 5. vol. 5. idem Ruin. conſ. 110. num. 7. vol. 1. & videtur tex. in l. Si ex cauſa. §. ſi in commiſſum. ff. de minor.

CÆTERVM id, quod dictum eſt, infantem, pupillum, & minorē 25. annis reſtitui aduerſus non ſolutum canonem, vt emphyteuſim reti-
7 neāt, non eſt indiſtinctè, & abſolute verum, vt aſſerit Sfort. Oddus in tract. de reſtit. in integr. quæſt. 89. articulo nono, ſub num. 78. vt patet ex deciſione Grammat. 52. & aliis doctrinis ab ipſo citatis, & ex infra dicendis, nam non procedit, vbi non ipſe infans, pupillus, vel minor fuiſſet inueſtitus: ſed alius, cui ipſe minor, pupillus, vel infans ſucceſſerit: nam tūc, cum ſtipulatio, & emphyteuſis inceperit a defuncto, & minor ſuccedat maiori, non conſideratur perſona minoris, cum quo nihil eſt geſtum, ſed perſona maioris a quo emphyteuſis fuit recepta, & originem habuit. Ideo minori nō competit in integrum reſtitutio ex capite minoris ætatis aduerſus non ſolutum canonem, licet propter hoc dicat ſe læſum; quoniā verba edicti de minoribus loquūtur de geſtis cum minoribus, ex quibus dicuntur læſi, vel decepti ſecundum gloſ. in l. ſi cum militaribus C. de reſtit. milit. Bart. & alij d. l. 2. C. ſi aduerſ. vendit. pignor. Ideo iſto caſu aduerſus non ſolutum canonē ex capite minoris ætatis in integrum nō reſtituuntur, ita ī terminis Bart. ī l. cū filius familias §. in hac. n. 4. ff. de verb. oblig. cui ibidē aſſentiunt Alex. n. 7. Iaſ. n. 5. & 6. Soc. n. 6. Paul. de Caſtro, & Alciat. Ruin. conſ. 119. n. 6. & 17. verſ. quinto, & vltimo, vol. 5. Annibal. ī repet. l. naturaliter, numero 249. ff. de vſucap. Crot. in conſilio 56. prope finem illius conſilii, Natta conſilio 269. num. 4. Rolandus à Valle

conſ.

conſ.99. in fine, vol.1. & conſ.10. num.14.vol.2.vbi hanc communem
dicit, Iaſ.conſ.162.col.2.in principio, vol.4. Soc. Iun. conſ.46.num.6. &
conſ.18,vol.4.Curt.Sen.conſ.58.nu.1.qui ſupradicti omnes citati poſt
Roland.a Valle, fatentur & ipſi, hanc ſententiam eſſe frequentiori calcu
lo a doctoribus receptam: nam, vbi negotium non eſt geſtum cum mi-
nore, & damnum cauſatur ex pacto defuncti, & ſolo curſu temporis pro
8 pter non factum minoris, minor non reſtituitur, & edictum de minori-
bus locum non habet, vt inquit Soc.in conſ.112.num.19.vol.1.Curt.
in d.conſ.58.Bald.in d.l.2.C.ſi aduerſ.vendit.pignor.nam temporis cur-
ſus, qui incepit in minori ætate, non attenditur: quia tempus per ſe non
9 eſt modus inducendæ obligationis, vt loco citato inquit Bald.per l.obli
gationem fere.§.placet.ff.de action.& obligat. Quod etiam verum exiſti
mo, ſi minor poſt mortem maioris, cui in emphyteuſi ſucceſſit, vno an-
no, vel pluribus canonem debitum ſoluiſſet, & poſtea in ſolutione cano
nis per biennium, aut triennium ſecundum naturam emphyteuſis ceſ-
ſaſſet: nam, licet iſto caſu poſt mortem defuncti aliquid ſit geſtum cum
ipſo minore, quia fuit ab eo canon receptus, & quando fuit aliquid ge-
ſtum cum ipſo minore, ipſe ſit reſtituendus, vt ſentit Soc. in d.conſ.112.
in fine, & plerique alii ex ſupracitatis doctoribus; tamen ipſa caducitas
non eſt cauſata ex eo, quòd poſt mortem geſtum eſt cum ipſo minore:
quia non eſt cauſata a ſolutione canonis poſt mortem defuncti facta:
ſed ex pacto ipſius defuncti, & ex ſolo curſu temporis lapſi poſt ſolutio-
nes factas, & conſequenter dari non debet ipſi minori reſtitutio in in-
tegrum ex eo, quòd aliquando poſt mortem defuncti ſoluerit canonem:
quia ex ſolutione nedum minor fuit læſus, ſed eius emphyteuſis fuit cõ-
ſeruata, nec ſufficit aliquid eſſe geſtum per minorem cum domino dire-
cto poſt mortem defuncti, cum per id, quod ipſe minor cum domino
geſſit, læſus non fuerit, nec damnum ſenſerit: nam, vt minori detur reſti
tutio, duo copulatiue requiruntur, ſcilicet eſſe geſtum cum minore, &
10 quòd minor ex eo, quod geſtum eſt cum eo, damnum ſentiat, l.verum.§.
ſciendum.ff.de minor.l.minoribus.la 1.& ibi Bald.in ſummario.C. de
in integr.reſtit.minor.l.fin.C.eod.l.nam & poſtea.§.ſi minor, & ibi no-
tat.ff.de iureiu.& ita aſs cõſului ĩ cauſa ꝓpria cõtra illos de Donzella, quo
rũ aduocatus prætẽdebat, eorũ bona ob canonẽ nõ ſolutũ nõ eſſe deuo-
luta, & ĩter alia vtebat̃ hoc fũdamẽto, quòd poſt mortẽ eorũ patris erãt
factæ aliquæ ſolutiones, ideo ipſi tãq̃ minores erãt reſtituẽdi ex eo, ꝙ ali
quid erat geſtũ cũ ipſis minoribꝰ, cũ cauſa pẽderet corã D. Demophõte
Pariſano, viro doctiſſimo, itegerrimo, & nũq̃ ſatis laudato, & Vicar.
Reuer. Epiſc. Arimineñſis fuit cõcordata, & ipſi fuerũt renouati a me, vti
ď bõis deuolutis ob canonẽ nõ ſolutũ: ſed fortaſſe reſtituẽdus eſſet minor

hæres,licet a patre fuerit acquiſita ẽphyteuſis, vbi minor fuiſſet interpella
tus in iudicio,vel extra,vt canonem ſolueret nam , cum iſto caſu aliquid
ſit geſtum cum minore,& potuerit minor ſibi celeri ſatiſfactione ſuccur
rere,& non ſuccurrit, reſtituendus eſt ſecundum Fulgos.in conſ.7.ſub.n.
7.verſ.ad tertium.

ADEO autem verum eſt , vt minor,pupillus,& infans nõ reſtituant
aduerſus non ſolutum canonem,quando emphyteuſis non fuit ab ipſis
acquiſita, ſed ab alio maiore,cui ipſi ſucceſſerunt,vt nec etiam ex capite
ignorantię,& ex clauſula generali,Si qua mihi iuſta cauſa,reſtituantur, ſi
tut orem,aut curatorem habuerint,qui ſciuerit qualitatem bonorum ẽ-
phyteuticorum,& fuerit in canonis ſolutione ceſſatum:ratio illa eſt,quia
iſta reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ datur ſolum ex æquitate,
l.1.ff.de in integr.reſtit. Soc.iun.conſ.128.n.174.vol.1.& conſ.104.n.21.
vol.3.Bero. conſ.121.n.19.& ſeq.vol.3.Roland.a Valle in d.conſ.10.n.18.
vol.2.qui in eandem ſententiam citat Bertrand.in conſ.273.n.8.vol.1.&
ex cõmuni Ruin.conſ.119.n.19.& ſeq..vol.5.ideo,cum poſſit ipſi minori
pupillo,vel infanti eſſe ſuccurſum aduerſus eius tutorem,vel curatoré,qui
bona adminiſtrauit,nam ipſe tenetur hoc damnum, ex non ſolutione ca
12 nonis cauſatum,ipſi minori reſarcire.l.ſi tutoris. C.de adminiſtr.tut. iun
ctis not.per Soc.in conſ.2. vol. 1.& per Plot. loquentem in terminis de
damno cauſato minori propter non ſolutionem canonis , in repet.
l.ſi quando.§.5.n.22.C.vnde vi.ceſſat in integrum reſtitutio ex iſto capite
ignorantiæ:quod remedium extraordinarium eſt,cum ipſe minor cõtra
eius tutorem,vel curatorem,ſi ſit ſoluendo,remediũ ordinarium habeat
13 l.ĩ cauſſæ,la 2.ff.de minor.l. plane. eod.tit. Grat.conſ.119.n.51.& ſeq.vol.
1.& uidetur de mente Iaſ.in d.l. 2. C. de iure emphyt.n.49.& Fulgos. in
d.conſ.7.ſub n.7.verſ.ad tertiũ, & tradũt Roland.& alii ſupracitati doct.
14 & præſertim Ruin.in d.conſ.119.n.19.cũ ſeq.vol.5.vbi hanc cõmunem
teſtatur,Bero.conſ.120.n.23.cũ tribus ſeq.uol.1.Et , quoniã tutor,uel cu
rator minoris,ſeu pupilli pręſumitur ſoluendo, Grat.d.conſ.119.in fine,
uol.1.Sfort.Oddus in tract.de reſti in integr,quęſt.48.articulo 8.n.67.ca
utus ſit aduocatus minoris capitulare,& probare, curatorem.ſeu tutoré
minoris,uel pupilli nõ eſſe ſoluendo,ſi uult minorem iſto caſu,& ex iſto
capite ignorantiæ aduerſus non ſolutum canonem reſtitui.

EXTENDITVR id,quod dictum eſt,minorem,& pupillũ ob nõ
15 ſolutum canonem ex iſto capite ignorantię non reſtitui, quando eis eſt
conſultum aduerſus eorum tutorem,ſeu curatorem,vt procedat,etiam ſi
prohibitũ eſſet minori,& pupillo ex teſtaméto illius,cuius ipſe eſt hęres
ne conueniat eius tutorem,uel curatorem ob eius adminiſtrationé ratio
ne etiam doli , ne dum culpę leuis,aut negligentię nam, & ſi uideatur

tutor

tutor, vel curator nõ poſſe cogi ad aliq̃d ſoluẽdũ occaſione canonis nõ ſo-
luti ob negligẽtiã, vel obliuionẽ, cũ ex hac omiſſione nihil lucratus fuerit
vnã huiuſmodi legatũ, & liberatio reddit adminiſtratorẽ imunẽ in jis, quæ
citra dolũ ex ſola negligẽtia proueniũt, Dec. cõſ. 178. & cõſ. 192. n. 4 & 5. ta-
mẽ, quia liberatio hoc modo relicta, remouet tantũmodo ſcrupuloſã iq̃ſi
tionem, & facit, vt adminiſtrator nõ poſſit cõueniri ex leui culpa, ſed nõ
operat, ut adminiſtrator rõne doli cõmiſſi & ex culpa lata, & ad reliquorũ
reſtitutionẽ cõueniri nõ poſſit, idẽ Dec. cõſ. 178. col. 1. ppe finem col. Rui.
cõſ. 69 p totũ, & pſertĩ n. 3. 4. & 5. cũ ſeq. vol. 2. & ĩ cõſ. 54: n. 13. vol. 3. Cremẽs
iter cõſ. Alex. cõſ. 62. pſertim n. 5. & 6. vol. 4. Ang. cõſ. 185. viſo. Anc. cõſ. 118.
caſus talis eſt, col. 2. verſ. circa ſecũdũ dubiũ, apoſt. ad. d. cõſ. Dec. 178. ĩ ver
bo Scrupuloſã, & ĩ verbo Poſtquã, & nõ ſoluere debitũ canonẽ, ne dũ latæ
culpę, ſed dolo adſcribit, arg. eorũ, q̃ tradit Aim. ĩ cõſ. 97. n. 6. & ſeq. qa non
facere, qđ eſt cõſuetũ, nõ leuis, ſed latę culpę eſt ſpecies, l. doli mali. §. fin. ff.
de nouat. & q nõ vtit remediis opportunis, dicit ĩ dolo, Bald. ĩ cõſ. 395. li.
2. relatus ab Aimone loco ſupra citat. nã ſciẽs, & non faciens id, ad qđ ſcit
ſe teneri, dicitur dolo facere, l. ſi procuratorem, §. dolo. ff. mandat. Aimo.
conſ. 115. num. 2. a qua lata culpa, & dolo ſecundum veram, & cõmunem
opinionem, ſtantibus etiam verbis maxime prægnantibus, adminiſtrator
non dicitur liberatus, vt per doct. ſupracitatos, & maxime per Ancar. in d.
conſ. 118. & per Ruin. d. conſ. 59. & Cremenſ. in d. conſ. 62. & late per Dy-
dac. Couar. lib. 2. variarum reſolut. cap. 14. præſertim in caſu noſtro, quia
16 per liberationem, vt ſupra legatam, quòd adminiſtrator non teneatur
reddere rationes, neq; ratione doli, leuis, vel latæ culpæ conueniri
poſſit, nunquam intelligitur remiſſus dolus, vel negligentia, per quã rerũ
pupilli, vel minoris alienatio, vel dilapidatio inducitur, tũ quia ille dolus
non poteſt remitti, tum quia, non obſtantibus quibuſcunq; verbis
hoc non præſumitur fuiſſe de mente teſtatoris, Cremenſis d. conſ. 62. n.
5. & 6. vol. 4. iter cõſ. Alex. Rui. d. cõſ. 69. n. 3. & 4. lib. 2. cũ aliis ſupracitatis.
Cũ ergo p nõ ſolutionẽ canonis res ẽphyteutica minoris alienet, quia iu
re ſuo priuat. Iaſ. & doct. omnes in d. l. 2. C. de iure ẽphyt. & in d. c. potuit,
de locato. ex præſũpta mẽte teſtatoris defũcti negligẽtia, vl dolus circa
ſolutionẽ canonis ex dictis verbis nõ intelligit remiſſus, ſeu remiſſa: taci
17 tũ eni, & expreſſũ regulariter à pari procedũt, l. cũ qd. ff. ſi cert. petat. l. tri-
ticũ. ff. de verb. obligat. ſicut ergo ex dicta liberatione nõ liberat a ſolu-
tione dãni, qđ ex expreſſa alienatione rerũ pupilli, ſeu minoris cõtigeret: ita
18 nõ eſt liberat ab itereſſe, ad qđ tenet pp tacitã alienationẽ ob nõ ſolutũ ca
nonẽ: tacite. n. nõ cẽſe q̃s id velle, qđ expſſe nõ põt, vl nõ vult, arg. l. q̃q̃. ff.
de rit. nupt. vbi ĩ arbitrio dato itelligit, ne eligat pſona phibita, licet arb.
triã concedens eã eligere potuiſſet: faciunt not. p Aim. conſ. 103. nu. 16.

19 facit in ſimili, quia, ſicut in generali mandato nõ venit facultas alienandi Bero.quæſt.33.ita non venit facultas faciendi compromiſſũ, ex quo tacita ſequi poteſt alienatio, ad not.per Menoch.de arbitrariis iudic.quæſt.centur.2.lib.2.caſu 171.num.43.verſ.extendit quinto, iunctis his, quæ Dec. ſcripſit in conſ.60.in princ.conſilii num.1. Nec poteſt etiam huiuſmodi
20 legatum, vt tutor, vel curator ſit anologiſta, & intelligatur ei legatum id, ĩ quo propter male geſta reperiretur debitor, circa bona emphyteutica operari: quia teſtator non poteſt ad præiuditiũ domini directi diſponere vt tutor, vel curator negligendo, aut dolum committendo in bonis emphyteuticis non teneatur, vt tradit Grat.in conſ.23.num.17.& 18.vol 1. ideo, cum non obſtante diſpoſitione teſtatoris, qui prohibuit, ne tutor, ſiue curator poſſit conueniri ratione doli, culpæ leuis, vel negligentiæ, ipſe tutor, vel curator teneat pupillo, vel minori ad itereſſe pp caducitaté ex eius negligentia in non ſoluendo canonẽ commiſſá; fit, vt ipſe minor ex iſto capite ignorantiæ in integrum reſtitui non poſſit, cum ſit ipſi remedio ordinario contra eius tutorem, vel curatorem conſultum, vt p Ruin.in d.conſ.119.vol.5.cum aliis in princ.huius quæſtionis citatis.

AMPLIATIO XXX.

1 CIVITAS, *villa, & quodlibet caſtrum ob non ſolutum canonem ab emphyteuſi cadunt, ſed ad inſtar minoris aduerſus non ſolutũ canonẽ reſtituuntur, vt emphyteuſim retineant.*

2 CIVITATI, *caſtro, & villæ datur in integrum reſtitutio aduerſus canonem non ſolutum duntaxàt in ſubſidiũ, Si adminiſtrator, qui canonẽ ſoluere neglexit, non ſit ſoluendo damnum, quod ciuitas ob canonem nõ ſolutum paſſa eſt.*

1 AMPLIATVR trigeſimo etiá ĩ ciuitate habente rẽ ĩ ẽphyteuſim, & in villa, & quolibet caſtro, nam ciuitas & quodlibet caſtrũ ob nõ ſolutũ canoné ad iſtar minoris cadit a iure ſuo pp legé & conditioné reſolutiuá contractus appoſitá: ſed etiá ciuitas, & caſtrũ, & villa reſtituũtᵣ ad canonem ſoluendum, vt caducitatem euitent

& em-

& emphyteuſim retineāt, Iaſ.in d.l.2.num.48.C.de iure emphyt.Specul. in §.nunc aliqua.quæſt.17.num.28.tit.de locato.minor enim, & ciuitas quo ad integrum reſtitutionem,ſi adſit lęſio, æquiparantur,Iaſ.in l.ſi hæres.§.vicis.num.3.de leg.1.& in l.vt inter diuinum.num.16.C.de ſacro:eccleſ.Abb.in c.1.num.14.extr.de reſtit.in integr.gloſ.Bald.Bart.& communiter doct.in l.reſpublica, C.quib.ex cauſ.maiores.& quod ibi dicit de ciuitate,procedit etiam in caſtro , &villa ,vt contra gloſ.in d. l. reſpublica.tenuit Iacob,de Aren. Iacob.Butr.Bald. Bart.& Paul.de Caſtro ī cōſ. 37.vt bene attingatur.vol.2.col.1. vbi hanc communem dicit:quā ſentētiam & Abbas amplectitur in d.c.1.num.15.de in integr.reſtit.Comenſ. in.conſ.158.in 1.dubio prope finem.Ant.Rub.in conſ.11.ſub n.9.Alex. l.ſi finita.§.ſi de vectigalib.col.2.& 3.ff.de damno.infecto,vbi & ipſe ſub num 7.hanc eſſe communem ſententiam teſtatur.quā vti frequentiori calculo receptam,& veram ſequuntur etiam Roman.in conſ.423.num. 3.Gomes. in §.rurſus,ſub num.18.inſtit.de actionib.Soc.in conſ.299.capio primum,col.1.verſ.ſed hoc non obſtante.vol.2.Iaſ.in l.fi.num.15.C. de ſacros.eccleſ.& in d.l.ſi hęres §.uicis.in princ.de leg.1. Balb.de præſcript. in tertia parte quintæ partis principalis, quæſt. 2. vbi etiā habes remiſſiue.quid veniat appellatione Reipublicæ, & quot modis capiatur,
2 & intra quantum tempus communitas reſtituatur. Sed aduerte tu,lector, quia non indifferenter datur caſtro, villæ , vel ciuitati hæc in integrum reſtitutio:ſed duntaxàt in ſubſidium, ſi eius adminiſtrator, qui canonē ſoluere neglexit,non ſit ſoluendó damnum , quod ciuitas ob canonē non ſolutum paſſa eſt:nam hæc in integrum reſtitutio datur ex clauſula generali , Si qua mihi iuſta cauſa, vt tradunt Bart.num.2.& Salic.in d.l. reſpublica. C. quib. ex cauſ.maior.in integr.reſt.Abb.in d.c.1.Caſtr.d. conſ.37.vol.2.n.1.in fine,Soc.ex communi doct.ſententia ī conſ.94.col. 4.ſub n.4.vol.2.& apoſt.ad Bart.ī d.l.reſpublica.ideo nō datur,niſi ī ſubſidiū quādo nō ſunt ſoluēdi hi, quorū culpa data eſt læſio,vt ſētit d.apoſt. per not.per Bart.in l.ſi infanti.C.de iure deliber.in fine.cuius doctrina cōmuniter eſt approbata,vt teſtatur Ruin. in conſ.119.nū.19.cum ſeq.vol. 3.& Roland.a Valle in conſ.10.num.19.& ſeq.vol.2.& tradunt alii, quos ſupra citauimus hac eadē cauſa priuationis, ampliatione vigeſima nona verſ.adeo autem verum eſt,num.11.Nec Soc. videtur recte loquutus in conſilio 299.in ſecunda columna, uolumine ſecundo, ubi uult, ut detur reſtitutio , etiam ſi ſyndicus, cuius culpa ciuitas læſa eſt , ſoluendo eſſet , ut patet ex ſupra traditis.

AMPLIATIO XXXI.

1 FVRIOSVS, *vel mentecaptus ob canonem non ſolutum ab emphyteuſi cadit.*

2 PRIVILEGIA *omnia, quæ dantur minoribus, dantur mentecaptis, & furioſis.*

3 FVRIOSVS, *& mentecaptus reſtituuntur in integrum ad ſoluendum canonem.*

4 FVRIOSVS, *& mentecaptus quomodo quis probetur.*

1 EXTENDITVR trigeſimo primo in furioſo, & mentecapto: nam & ipſi propter legem & conditionem reſolutiuam a domino in concedendo emphyteuſi contractui appoſitam ob canonem non ſolutum ab emphyteuſi cadunt, ſicut dictum eſt ſupra de eccleſia, minore, & pupillo: ſed, quoniam omnia priuilegia,
2 quæ dantur minoribus, dantur mentecaptis, & furioſis, glo.2. in l.2. Cod. de curat. furioſi Felin. in c. cum non liceat de præſcript. num. 9. Bald. conſ. 347. ecce formata num. 5. vol. 3. & in c. 1. num. 4. de beneficio fratris in vſib. feudorum Bald. in l. iubemus in 3. quæſt. C. de ſac. eccleſ. & in l. vltima circa principium, C. quibus cauſis in integr. cum alijs multis, quos citat, & ſequitur Oct. Simoncell. in tract. de decretis in præfat. num. 73. ideo ſicut mino-
3 res ad canonem ſoluendum in integrum reſtitui debent, ad tradita per Bald. in l. ſi procuratorem habens. C. de in integr. reſtit. minorum & per Bart. in l. ergo. ff. Quib. ex cauſis maior. in integr. reſtit. per Paul. de Caſtr. in l. Marcellus, in fine, vbi etiam Bald. ff. de fideiuſſ. ita reſtitui debent furioſus, & mentecaptus, & conſequenter eo modo, quo reſtituitur minor, quando curatorem habuit, qui ſciebat qualitatem bonorum emphyteuticorum, vt diximus ſupra hac eadem cauſa priuationis, ampliatione vigeſima nona, verſ. bene verum eſt, & verſ. cæterum id quod di-

ctum,

ctum, reſtituendus eſt furioſus, & mentecaptus, & ſi curatorem non habuit, ſimiliter eſt reſtituendus, cum furioſus, & mentecaptus ignoranti comparetur, ad tradita per Bart. in l. filiusfamilias. la 1. ff. de teſtam. cui ignoranti ex clauſula, Si qua mihi iuſta cauſa datur ſimiliter in integrũ reſtitutio, vt videbimus infra hac eadem cauſa priuationis, limitatione vigeſima. Quomodo autem quis probetur furioſus, vel mentecaptus,
4 vide per Alex. conſ. 86. num. 10. cum ſeq. vol. 2. & in conſ. 54. num. 2. vol. 1. per Iaſ. in l. furioſum. num. 4. C. qui teſtam. facer. poſſ. & per Alex. in cõſ. 141. per totum vol. 1. per Alciat. reg. 1. præſumpt. 28. in tract. de præſumpt. per Pariſ. conſ. 88. vol. 3. per Ioann. Baptiſt. Ferret. conſ. 207. vol. 1. per Soc. conſ. 42. vol. 1. & per Dec. conſ. 448. per totum. & per Ioán. Villem. in repet. l. diuus num. 78. ff. ad l. Cornel. de ſicarijs. per Ioſeph. Maſcard. de probat. concluſ. 827. & concluſ. anteced. vol. 2.

AMPLIATIO XXXII.

1 *SOLVTIO canonis volente domino eſt diuidua, et beneficium minoris, qui eſt in integrum reſtituendus aduerſus non ſolutum canonem, non prodeſt maiori, qui emphyteuſim cum eo in communi poſſidet.*

1 AMPLIATVR trigeſimo ſecundo etiam in emphyteuſi, quæ poſſideatur in communi à minore 25 annis & à maiore, qui minor ad ſoluendum canonem ſit reſtituendus, vt emphyteuſim retineat: nam ratione communionis maior reſtituendus non eſt, quia non gaudet beneficio ipſius minoris, & pro ſua parte emphyteuſim amittit: nam ſolutio canonis volente domino eſt diuidua, & in hoc beneficium minoris, qui eſt in integrum reſtituendus, maiori non prodeſt vt in terminis docet Petr. Benintenda decis. 4. quamuis Cæſar Vrſillus ad deciſ. Afflicti 151. num. 2. ſenſerit contrarium, allegans ita ſentire Corſet. in verbo Ephyteuſis. 40. Cogita.

AM-

AMPLIATIO XXXIII.

1 EMPHYTEVSIS *duobus, aut pluribus inſolidum conceſſa propter ceſſationem canonis in parte vnius, cadit in totum in commiſſum.*

2 CVLPA, *& mora vnius ſocij alteri nocet.*

1 AMPLIATVR trigeſimo tertio in emphyteuſi duobus, vel pluribus inſolidum, & pro indiuiſo conceſſa: nam, ſi vnus pro parte canonem ſoluere ceſſet, vel in totum ſit ceſſatum, omnes a iure ſuo cadunt: quia duo rei debendi, & ſocij conſtituuntur, & inſolidum tenentur ratione eiuſdem rei, cuius commoditas eſt inter eos cōmunis, iuxta ea, quæ traduntur per Bart. in l. ex duobus. col. 4. & in l. fin. num. 6. ff. de duob. reis, & in auth. hoc ita num. 19. C. eod. tit. ita in terminis Bero. conſ. 120. num. 9. & ſeq. vol. 1. ſequutus Iaſ. in l. 2. in. 2. limitatione, col. 47. C. de iure emphyt. & notatur per Bart. in l. fraudati. ff. de publican. qui in fine verborum vr idem ſentire; ex quo enim ſunt duo rei ſocii, mora, & culpa vnius alteri nocet, Bart. 2 in d. l. ex duobus, quæſt. 11. & 12. & in d. auth. hoc ita. cui etiam aſſentitur Bald. in addit. ad Speculat. poſt titulum de locato. col. 6. verſ. ſi duobus pro indiuiſo. Quibus non obſtat, quòd hæc non videantur procedere de iure canonico per ea, quæ voluit Iaſ. in d. l. 2. C. de iure emphyt. num. 60. verſ. & cum prædicta. nam ad hoc reſpondet Bero. in ſupracitato cōſ. 120. num. 11. cum ſeq. & ego late ſupra hac eadem cauſa priuationis in quinta declaratione octauæ ampliationis dictum Iaſ. reprobaui.

AMPLIATIO XXXIV.

1 EMPHYTEVSIS *ob canonem non ſolutum reuertitur ad dominum libere ſine aliquo onere hypotheca, vel pignoris, ſeruitutis realis, vel perſonalis, aut alterius obligationis ab ipſo emphyteuta impoſita.*

EM-

3 OBLIGATIO *emphyteuſis non reſoluitur, quando dominus conſenſit, obligationi, vel quando emphyteuſis rediјt ad dominum tanquàm priuatam perſonam: quia emit illam ab emphyteuta, vel ex donatione, aut alio titulo acquirit,*

1 EXTENDITVR trigeſimo quarto, vt ẽphy
teuſis ob canonẽ nõ ſolutũ ad dominũ directi
libere reuertat̃ ſine aliquo onere pignoris, vel
hypothecæ vel ſeruitutis realis, aut perſonalis,
aut alterius obligationis ab ipſo ẽphyteutæ impo
ſitæ ita vt res in eã libertatem, & qualitatẽ redi-
gatur, in qua erat tempore, quo fuit in emphy
teuſim conceſſa, l. lex uectigali. ff. de pignor. nã
reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris,
& ita per eundem text. in terminis noſtris tenuerunt Bald. Salic. Caſtr.
poſt Petr. & Iacob. Rauen. in l. in prouinciali. C. de ſeruit. & aqua, Bero.
conſ. 196. n. 12. vol. 1. Caſtr. conſ. 68. in caſu præſẽti, vol. 2. in fine. Guliel. Be
nedict. in c. Raynutiùs, in verbo, Et vxorem nomine Adelaſiam, decis. 4.
n. 15. & ſeq. de teſtam. Alex. in conſ. 38. conſideratis, verſ. alia ratione, n. 4
vol. 2. Dec. conſ. 607. n. 12. Guid. Papa decis. 575. & decis. 428. quidam An
tonius, in fine. Bald. in d. l. lex vectigali. ff. de pignor. vbi inquit, quòd res
2 libellaria poteſt obligari: ſed finita emphyteuſi finitur obligatio: & ideo
ſi quis nõ haberet aliud, quàm domum libellariam, & obligaret bona ſua
pro dote, & poſtea caſu, vel ceſſatione reuerteretur ad dominum; mulier
nõ poſſet pro ea recurrere pro dote ſua: quod dicit menti tenendum: idẽ
in eodem caſu contra mulierem tradit Francis. Burſat. in conſ. 80. n. 31. &
ſeq. vol. 1. Iacob. Mandell. in conſ. 28. n. 9. Afflict. loquens in ſeruitute
decis. 389. n. 3. Bald. in con. 371. Maſſiolus iueſtiuit, vol. 1. Alex. in con. 173
viſo themate, n. 3. vol. 2. Barth. Cæpolla de ſeruit. vrban. prædiorum, ca-
pite 14. n. 3. Aluarot. & Bald. in c. 1. §. rurſus. quib. modis feud. amitt.
vbi etiam reſpondet ad contraria, Tiraq. qui more ſuo multos alios con-
gerit, ĩ tract. de retract. conuent. §. 3. gloſ. 1. & vnica, n. 13. Boer. decis. 181.
3 n. 3. & 4. vbi ex mente Andr. de Iſernia: & Cardinal. in §. quid ergo. c. 1. an
agnat. vel filius hæredit. repud. declarat, hoc verũ, niſi dominus cõſenſerit
obligationi, & n. 7. & dicit etiam, obligationem non reſolui, quando em
phyteuſis reuertitur ad dominum, tanquàm priuatum, quia emit illam
ab emphyteuta, vel ex donatione, aut legato, aut alio titulo eam ab em-
phyteuta

phyteuta, vel ex donatione, aut legato, aut alio titulo eam ab emphyteuta habuit, & non iure prælationis, aut iure commiſſi, & caducitatis, ut etiã declarat Guid. Papa d. decis 575. Iacob. de Sancto Georg. de feud. in verbo Ita etiã quòd ipſi uaſalli, & eorum hæredes, n. 10. & in verbo. Qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum. n. 62. & multi alii ex his, quos ſupra citauimus, apud quos poteris etiam videre, ſi emphyteuſis extraneo, nõ domino, vendatur, an pignus in ea contractum reſoluatur.

AMPLIATIO XXXV.

1 EMPHYTEVSIS *ob non ſolutum canonem reuertitur ad dominum cum omni augmento, ſiue latenti, ſiue patenti, quod acquiritur emphyteuta.*

2 AVGMENTVM, *licet acquiratur emphyteutæ: pertinet tamen ad eum iure emphyteuſis, cum ſit inſeparabile.*

3 AVGMENTVM *cenſetur eiuſdem iuris, ſicut eſt res, cui adiungit.*

4 AVGMENTVM *ſequitur conditionem eius, cui accedit.*

AMPLIATVR trigeſimo quinto, vt emphy-
teuſis ob canonẽ non ſolutum reuertatur ad
1 dominum cum omni augmento, ſiue latenti,
ſiue patenti, quod acquiritur emphyteutę: nã
in caſibus, in quibus augmentum acquiritur
emphyteutę: & non domino (de qua re tractãt
Speculat. in §. nunc aliqua. quæſt. 136. n. 162. de
locato. Iaſ. in l. 1. n. 79. & ibidem Alberic. n. 5. &
9. C. de iure ẽphyt. Iul. Clarus in §. ẽphyteuſis, quęſt. 41. Imol. in c. potuit.
n. 46. de locato. Guliel. Reodan. ĩ tract. de reb. eccleſ. non alienand. quęſt.
16. cui cedat augmentum rei emphyteuticę, Tiraq. de retract. conuent.
ad finem tituli. num. 94. ad quem lectorem breuitatis cauſa remitto) licet
augmentum acquiratur emphyteutę: pertinet tamen ad eum iure ẽpy-
teuſis, cum eſt inſeparabile, ad tradita per Petrũ Ferr. in forma libelli, quo
2 agitur ad reuocationem feudi, in verbo cum omnibus ſuis iuribus, & per
Bero. quęſt. 96. n. 2. & ſeq. ideo cum emphyteuſi ad dominum reuertitur,
iuxta c. potuit. de locato. & l. 2. C. de iure emphyt. nam augmentũ cen-
ſetur eiuſdem iuris, ſicut eſt res, cui adiungitur, vt in c. fi. §. 1. & ibi Gemin.
de conceſſ. prębende. Prępoſſit. in c. 1. §. fin. col. fin. de inueſtit. de re aliena
fact.

4 fact.afflict.in §.ſi vaſallus.n. 7.hic.finitur lex Friderich.vbi ẽt n.18.inquit, ꝙ augmẽtum ſequitur conditionem eius,cui accedit,vt in l.ſi ex toto, in princ.& in.l.quod in retum.§.ſi quis poſt.de leg.1.& Bald. in §. ſi quis de manſo.de cõtrouerſ.feud.

AMPLIATIO XXXVI.

1 EMPHYTEVTA *ob non ſolutum canonem emphyteuſim amittit vna cum omnibus melioramentis in emphyteuſi factis.*

2 EMPHYTEVTA *ob non ſolutum canonem non amittit meliorationes emptas a conductore.*

1 AMPLIATVR trigeſimo ſexto, vt emphyteuta ob non ſolutum canonem non ſolum emphyteuſim amittat,ſed etiam melioramenta, quæ in emphyteuſi fecit,quæ vna cũ ipſa emphyteuſi ad dominum reuertuntur,vt eſt tex. in d.l.2. C.de iure emphyt.per quem ita tradunt Bart.& Caſtr.in l.colonus.in fine.ff.locati.quibus conſentit Bald.in rubr.C.de iure emphyt.num.4.Iaſ.in d.l.2.num.27.C.eod.Bald. in .fin.§. emptor autem, num.6. C.commun .de legat. & in l.ſenatus.§. Marcellus.de leg.1.vbi etiam Alex. num.5.qui commentatur d.§.ſub l. cætera igitur.idem Bald.in l.in rem actio.§.fin.in fine.ff.de rei vendicat. & in.§.ſi vaſallus.hic finit.lex Friderichi. & eo loci Aluarot.& Afflict.nu. 6.Dec.in conſ.518.num.2.vbi dicit,hanc eſſe frequentiorem doct.ſententiam, in quam tranſit etiam Caſtr.in conſ.237.primo videndum.in fine vol.1.Roland.a Valle in conſ.28.num. 16.vol. 1.Bero.quæſt.19.num.2.& quæſt.96.ſub num.4.verſ.Aut vaſalli magna impenſa, Cæpol.in conſ.25. num.19.Guido Papa decis.438.emphyteuta,num.3.Cuman.in conſ.57. poſt.num.5.Soc.in l.diuortio.num.8.ff. ſol.matrim. Abbas in conſ.74. ſub num.1.verſ.Circa ſecũdum,vol. 1.Dec.in auth.qui rem.num.14.C.de ſacroſ.eccleſ. Franciſcus Sermenta ſelectatum opinionum lib. 3.cap.4. in principio.Guliel.Reodan.in tract.de reb.eccleſ. non alienandis,quæſt. 17.cap.3.num.2.& ſeq.pag. 406. Iul. Clarus ex communi doct.ſententia in.§.emphyteuſis.quæſt.45.lib.4.ſentent.recept.quod procedere inquit tàm in emphyteuſi eccleſiæ , quàm priuati, vt eſt videre etiam apud ſu-

præcitatos doctores: quod etiã ſeruatur de cõſuetudine, vt ipſi aiunt,
2 idemque tenet Alciat. conſ.20.num.8, licet declaret, id non procedere
in caſu mixto, in quo emphyteuta habet meliorationes emptas a condu
ctorib⁹: quia d.l.2.de iure emphyt.pœnalis eſt & ſtricte intelligẽda, quæ
loquitur in meliorationibus factis tanquã ab emphyteuta, & non in ijs,
quæ facta ſunt tanquam a ſimplici conductore, vt ibidem per ipſum.

AMPLIATIO XXXVII.

1 EMPHYTEVSIS *ob non ſolutum canonem reuertitur ad do*
minum vna cum fructibus pendentibus, etiam maturis proxi-
mis perceptioni, in horreo non reconditis, aut a ſolo ſeparatis.
VSVFRVCTVARIVS *fructus maturos, ſed nondum*
2 *perceptos, ad hęredem non tranſmittit.*
EMPHYTEVTA *vſufructuario æquiparatur.*
3 DISPOSITIO *c.1.§.His conſequenter. Hic finit lex Friderichi, nõ ha*
4 *bet locum, quando feudum amittitur alio modo, quàm per mortem, & tunc*
fructus pendentes ad eum pertinent, ad quem feudum deuoluitur.
ARGVMENTVM *de feudo ad ẽphyteuſim non valet, quando de*
5 *iure communi aliter eſt diſpoſitum.*

AMPLIATVR trigeſimo ſeptimo, vt emphy
teuſis ob non ſolutum canonem reuertatur
1 ad dominum vna cum fructibus pendenti-
bus, etiam maturis, & proximis perceptioni,
ſi non ſint in horreo reconditi, aut a ſolo ſe-
parati, nam, licet ſi moriatur vaſallus ante ca
lendas Martij, omnes fructus illius anni ad
dominum pertineant, ſi vero poſt eas calen-
das vſque ad mẽſem Auguſti, omnes fructus
ad hęredes ipſius vaſalli ſpectent; ſi vero poſt Auguſtum, omnes quoq;
habeat dominus, vt eſt tex.in c.1.§.his conſequenter, & eo loci ſcriben-
tes, Hic finit lex Frideric. tamen diſpoſitio d.§.non habet locum in em-
phyaeuta, & in caſu huius ampliationis. vt tradit ibidem Bald.num.1.

qui

qui inquit q; fructus pendentes predii emphyteutici tempore mortis p uenent ad dominum propter coherentiam ſoli, vt ff. quæ in fraud. credit. l. ſin. §. penult. ff. de vſufruct. l. defuncta. ff. de act. ēpt. l. Iulianus. §. ſi fructus ff. de iure fiſci. l. Valerius. ff. Quib. modis vſuſ fruct. amitt. l. ſi vſufructuarius meſſem. ff. de vſufr. l. ſi fur decerpſerit. facit etiam quia diſpoſitio d. §. his conſequenter. locum in vſufructuario nō habet, vt eo loci tradit Afflict.
2 n. 19. nam ipſe fructus, etiam maturos, ſed nondum perceptos, ad heredē nō tráſmittit. l. ſi vſufructuarius. ff. Quib. mod. vſufr. amitt. l. i ſingulos. ī fin. de annu. legatis. Bald. in l. ſi pater. C. de vſufruct. ergo nec etiam emphyteuta, qui vſufructuario comparatur, vt eſt gloſ. ī c. 1. in verbo Melio
3 rem de inueſtit. de re alien. fact. Bald. in l. vnica §. in primis. C. de caduc. Tollend. quem citat, & ſequitur Soc. in conſilio 167. nō inutilis, col. 4. n. 12. vol. 2. idem Soc. in l. diuortio. ff. Sol. matrim. & etiam quia. d. §. his conſequenter non habet locum, quando feudum alio modo amittitur, quá
4 morte: nam tunc fructus pendentes ad eum pertinent, ad quē feudum deuoluitur. quia nec aliud ſtatuitur in feudis, vt voluit Bald. poſt. Odon. ī c. 1. col vlt. verſ. quærit odo, & ibi quoque Martin. Lauden. paulo ante finem, & Cardinal. Alexandr. col. 2. verſ. quærit Bald. an Agnat. vel filius, quos recenſet Tiraq. de retract. conuent. §. 5. gloſ. 4. num. 3. ergo idem dicendum eſt in emphyteuſi, cum id ſit iuris communis, & non valeat ar-
5 gumentum de feudo ad illam, quando aliter de iure communi diſpoſitū eſt, quàm ſit in feudo. & diſpoſitio feudi ſit iuri communi contraria, Speculat. in §. quoniā, verſ. 40. tit. de feudo. cōmuniter receptus teſte Soc. in conſ. 167. n. 24. vol. 2.

AMPLIATIO XXXVIII.

1 EMPHYTEVTA, *cadens a iure ſuo ob non ſolutum canonem, tenet ad fructus vniuerſos a tempore, quo non potuit amplius moram purgare, ſi ipſe poſt dictum tempus emphyteuſim poſſedit, etiam ſi dominus directus nō declarauerit velle eſſe locum caducitati ſecundum vnam opinionē*

2 EMPHYTEVTA *tenetur ſolum ad fructus perceptos a die quo dominus declarauit velle eſſe locum caducitati ob nō ſolutum canonem ſecundū aliam opinionem.*

3 DISTINCTIO *auctoris concordantis ſupradictas opiniones.*

4 IGNORANS *non videtur remittere ius ſuum.*

AMPLIATVR trigeſimo octauo, vt ẽphy-
teuta, cadens a iure ſuo ob non ſolutum cano
1 nem, teneatur ad fructus vniuerſos a tempo-
re, quo non potuit amplius moram purgare,
ſi ipſe poſt dictum tempus emphyteuſim poſ
ſederit, etiã ſi dominus directus non declara
uerit, velle eſſe locũ caducitati ob dictam cau
ſam: nam poſtea domini declaratione ſequu
ta ad vniuerſos fructus a lapſu tẽporis, pur-
gandæ moræ ſtatuti, tenetur, vt cenſuit, Iaſ.in d.l.2.num.17.C.de iure
emphyt.ex ſententia Angel.in §.ſi vero in perpetuum.in auth.de non
alienand.& Speculat.in §.nunc aliqua. quæſt.10.num.19.tit.de locato,
cui etiam videtur aſſentiri Bald.in l.ſi pater, in 3.notab.C.de vſufruct.
Soc.in conſ.167.non inutilis, ſub num.11.verſ.poſtremo.vol.2.Felin.in c.
de quarta.num.33.verſ.ſimile eſt, extr.de præſcript.Barth. Cæpol.conſi-
liorum ciuilium conſ.25.ſub num.7.Ripa in l.ſi vnquam, num.100.C.
de reuocandis donat.& eo loci Tiraq. in verbo Reuertatur, num.271.
& magis expreſſe idem Ripa in l.1.§.hęres.num.16.in fine.ff.ad Trebell.
Guliel.Reodan.in tract.de reb.eccleſ.non alienandis, quæſt.19.cap.2.
num.12.pag.441.pro qua opinione afferuntur multa fundamenta a Pe-
tro Benintẽda decis.37.in cauſa mota, a principio vſque ad num.15.licet
ipſe poſtea uerſ.in contrarium adducebatur uſque ad finem illius deci-
2 ſionis firmet, emphyteutam teneri ſolum ad fructus perceptos a die de-
clarationis factę per dominum, ut tenet etiam Burſat.conſ.26.num.8.
ubi citat Aim. conſuetud. Aluern.tit.21. articulo 4.num.10.& Dyonis.
Pontan.conſuetud.Bleſen.artic.39.uerſ.uerum altiori indagine: quorum
3 ſententiam & ego amplector, ſi dominus ſciuit ceſſatum eſſe in ſolutio-
ne canonis, & non declarauit, per rationes, quas Rot.Bononienſis ad-
ducit, & quia non vrgent contraria, vt ipſamet Rota docet: ſecus autem
vbi dominus non declaraſſet, velle eſſe locum caducitati: quia ignorabat,
canonem non eſſe ſolutum: nam, ſicut ignorans non dicitur caducitatẽ
remittere, Bero.in conſ.116.num.13.vol.1.per not.plene per Præpoſ.
Mediolanenſ.vltra allegata per alios in c.1. Quo tẽp.miles.in vſib.feud.
4 & not.in l.mater decedens, de inoffic.teſtam.vbi quis non videtur re-
mittere ius, quod ignorat, cum concordantibus ibi traditis, & not.per
Grat.in conſ.2.num.75.vol.1.& per Ruin.in conſ.70.num.14.vol.5.ita

domi-

dominus ignorans non videtur ſinere per illud tempus, quo tacet, caducitatem dormire, & ſicut ignorans dominus, vel aliàs iuſte impeditus ex communi doct. ſententia reſtituitur, vt poſſit declarare contra heredes illius, qui delictum commiſit, vt ſit locus caducitati, Octau. Cacher. deciſ. 39. num. 13. in fine, & nos dicemus infra hac eadem cauſa priuationis, ampliatione 45. nu. 25. ita videtur reſtituendus dominus ignorans ad illud tempus, quo tacuit ob ignorantiam, vel aliud iuſtum impedimentum: & quamuis iſto etiam caſu ante declarationem emphyteuta retinuerit ius ſuum, & ſic vtile dominium, & poſſeſſionem, & conſequenter videatur, vt conſequi debeat fructus, qui ad dominum ſpectant l. ex diuerſo. §. 1. cum vulgaribus. ff. de rei vendic. nihilominus etiam dominus ob eius ignorantiam, vel aliud iuſtum impedimentum ex clauſula generali videtur reponendus in priſtinum: quoniam hoc caſu ignorantia non eſt cauſa amiſſionis emphyteuſis, & exactionis pœnæ, ſed eſt delictum, & non ſolutio emphyteutæ, & ignorantia ſolum eſt cauſa, vt non videatur dominus ex ſua liberalitate pœnam caducitatis per illud tempus remiſiſſe, vt in terminis docet Grat. in d. conſ. 2. num. 76. vol. 1. quæ ignorantia ad vtilitatem domini beneficio reſtitutionis ex clauſula generali facit, vt res reponatur in priſtinum; cogita, qui hoc modo fortaſſe poſſent concordari opiniones, vt emphyteuta, quando dominus ſciuit, eum non ſoluiſſe canonem, & per aliquod tempus tacuit, teneatur domino duntaxàt reſtituere fructus, quos percepit a die factæ declarationis per dominum, vt voluit Benintenda d. deciſ. 37. quãdo vero ignorauit, teneatur a die, quo emphyteuta non potuit amplius moram purgare, vt exiſtimauit Iaſ. in d. l. 2. num. 17. C. de iure emphyt.

AMPLIATIO XXXIX.

1 EMPHYTEVTA *præſumptus, vt eſt ille, qui non habet inueſtituram a domino, ſed per longum tempus ei vti emphyteuta vniformem canonem ſoluit, propter non ſolutum canonem cadit a iure ſuo, & a domino poteſt expelli, & num. 3. & 4.*

2 LONGA *præſtatio inducit coniecturam, vt omnia ſolenniter acta videantur.*

DD E M.

verſ.pone quidam.C.de fideicōmiſſ.& in l.ſi certis annis. num. 8. in fine.
C.de pact.vbi dicit, hoc notandum pro emphyteutis, qui inſtrumenta
emphyteutica perdiderunt,Grat.conſ.142. num.18.vol. 2.Felin.in c. cum
Bertoldus,num.28.de rei iudic.Iaſ.in d.l.2.n.160.cū ſeq.C.de iure ēphyt.
Cotta in ſuis memorialibus,in verbo Emphyteuta,qui amiſit,Guliel.Reo
dan. in tract.de reb. eccleſ.non alienand.queſt.19.cap. vltimo. num. 17.
cum ſeq.pag.441.Alberic.in d.l.2.C.de iure emphyt.num.10.Burſat.cōſ.
26.num.31.vol.1.Ruin.conſ.10.num.3.& in conſ.41.poſt num.40.verſ.
præterea vbi etiam, vol.1.in quib.locis,hanc eſſe communem teſtatur, &
poſt ipſum multos alios in hanc ſentētiam citans Ioſeph.Maſcard.de pro
bat.concluſ.603.num.1.vol.2,ideo,cum præſumatur emphyteuta,ſi cano
3 nem ſoluere ceſſet,ius ſuum amittit, & illud ad eccleſiam, vel priuatum
dominum reuertitur, ut concludit Abbas in conſ. 74. duo principalia,
ſub num. 1. verſ. Circa ſecundum,vol. 1.Speculat.in d.§.nunc aliqua,quæ
ſt.52.Balb.in tract.de præſcript.in 4.parte 4.part.princip.quæſt.10.Grat.
in conſ.81.num.2.& ſeq.vol.1.Dec.in c.bonæ memoriæ, num. 56. & ſeq.
de appellat.Bertrad.in conſ.112.non intendo,ante finē.vol.2.in ſecunda
parte.& in conſ. 1. viſo conſultationis themate,in tertio dubio,verſ. quo
præſuppoſito,vol.3.vbi etiā citat Oldrad. in conſ. 120. idem ſentientem
Dec.in conſ.146.pro tenui ſub.num. 2. in fine.qui in eandem ſententiam
citat Angel.in l.qui aliena,§.primo , ff. de acquir. hęredit. & in §.emphy
teuſim , in authen. de non alienand. verſiculo ſed nunc quæro.Iaſ.in
4 d.l.ſecūda num.159.C.de iure emphyt.Quod tamen intellige verum,dū
modo is , vti emphyteuta,per 30.annos continuos nomine ſuo proprio
canonem ſoluerit,vt ex communi doct.ſententia ſcriptum reliquit Bero,
in conſ.204.num.22.& ſeq.vol.1.nam,ſi nomine alieno ſoluiſſet,ſibi nō
noceret,cum res geſta ab aliquo tāquam procuratore,& ſic nomine alie
no,non debeat ſibi nocere ex iure proprio experienti,vt in terminis no
ſtris tradit Alciat.in conſ.258.num.20,iunctis his,quæ tradit num.8.& ſi
minori tempore ſoluiſſet emphyteuta,non poſſet expelli,niſi aliter do-
minus doceret de iure ſuo:ſed ęcclesia,vel priuatus dominus eſſet manu-
tendus in ſua poſſeſſione exigendi canonem,vt declarat Reodan. loco ſu
pra citato,paulo ante finem;& in iſtis terminis poteſt defendi dictū gloſ.
in verbo Repellere,in fine l.2.C.de iure emphyt.nam in eo, quòd ſentit,
emphyteutam;qui non erat emphyteuta,& per 40.annos ſoluit penſio-
nem,præſumi emphyteutam,communiter recipitur,teſte ibidem Iaſ.nū.
160.ſed,dum dicit,non poſſe expelli,communiter damnatur,vt ex ſupra
dictis conſtat.Si vis autem plenius ſcire,quomodo , & quando quis per
ſolutionem canonis præſumatur emphyteuta,vide per eundum Bero.in
conſ.113.per totum vol.1.

6 SVBAMPLIATVR ſupradicta ampliatio, vt procedat etiam in
illo, qui p dictum tempus 40. annorum ſoluit canonem pro re, quæ erat
ipſius ſoluentis, & recognoſcentis alium in dominum, vt voluit Guid. Pa
pa decis. 272. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus:, quia iſto caſu ex tali re-
cognitione inducitur probatio dominij, licet non transferatur dominiũ
per iura, quæ ipſe eo loci adducit: ſed cauendum puto ab eius opinione ĩ
hac re, cum contraria ſententia ſit verior, & magis communis, vt teſtatur
Bero. in conſ. 114. num. 37. vol. 1. ſequtus Bald. in addit. ad Speculat. ĩtit.
de locato. col. 5. verſ. an quis ſoluendo, iũctis ijs, quæ voluit idẽ Speculat. ĩ
d. §. nunc aliqua, verſ. 52. nemo enim poteſt rem ſuam in emphyteuſim
conducere: & ſi etiam ſcienter conducat rẽ ad ſe ſpectantem, non tanquã
ipſius conducentis, & per talem conductionem nõ transfertur dominiũ
conductoris ĩ ipſum locatorem, & concedentem, l. ſi quis vi. §. differentia.
ff. de acquir. poſſeſſ. gloſ. Bart. & communiter ſcribentes ĩ l. ſi aliquam rẽ.
tit. eod. teſte ibidem Alex. num. 10. & in conſ. 69. circa primum. num. 12.
vol. 5. & licet aliqui in d. l. ſi aliquam rem. contra bart. ſenſerint, quòd cõ
ductor amittat poſſeſſionẽ, quoniã ſciebat ſe habere dominiũ, & poſſeſ-
ſionem, quia videtur habuiſſe animum illã perdendi, cum conductor nõ
7 habeat poſſidere, ſed detinere l. certe. §. is, qui rogauit. ff. precario. l. non ſo
lum. §. quod vulgo. ff. de vſucap. & poſſeſſio ſolo animo perditur. d. §. dif-
ferentia; tamen omnes fatentur, quòd illa poſſeſſio p talem conductorẽ
non transfertur ĩ ipſum locatorẽ: quia contractus dictæ conductionis eſt
nullus ſecundum omnes in d. l. ſi aliquam rem. nam intelligitur condu-
8 ctionis contractus factus repectu proprietatis, niſi ſpecifice agatur vt con
ductio ſit reſpectu poſſeſſionis, vt eſt tex. in d. l. ſi aliquam rem. in verbo
Specialiter, vbi hoc notat Bart. & communiter doct. teſte Alex. in d. conſ.
69. num. 13. vol. 5. ſi ergo conductio intelligitur facta reſpectu proprieta-
tis, & dominij, & dominium remanſit apud conductorem, vt eſt dictum,
ſequitur, vt contractus ſit nullus: ſi ergo nullus, nunquam tranfertur poſ-
ſeſſio, quæ ex illo contractu conſueuit transferri, vt docet Alex in d. conſ.
69. num. 14. vol. 5. per l. ſi quis ante. verſ. ſi quidem. ff. de acquir. poſſeſſ. &
not. per Bald. in l. non dubium. verſ. vlterius oppono decimo. C. de ll. vbi
reſpondet ad. l. 1. §. ſi vir. de acq. poſſeſſ. & per Cin. in l. adprobationem, in
verſ. tertio caſu, C. locat. & Salic in l. qui rem, tit. eod. ſi ergo conductor re-
manet dominus, & poſſeſſio non eſt tranſlata in ipſũ locatorem ſequitur,
vt ille, qui recognoſcitur in dominum, non poſſit mediante emphyteuta
9 præſcribere dominium, cum ſine poſſeſſione præſcriptio non acquirat
l. ſine poſſeſſione. ff. de vſucap. & c. ſine poſſeſſione. de reg. iur. ĩ 6. & q
ipſe, q recognouit rẽ ſuã, poſſit poſſeſſionẽ apprehẽdere, & vẽdicare, quia
cã dominij trahit ad ſe poſſeſſionẽ, c. cũ dilectus. de cã poſſeſſionis. l. bona

fides,

fides.ff.depoſiti,& licitum eſt domino poſſeſſionem rei ſuę vacantem ,ẽt
ſi eam amiſerit,propria auctoritate occupare,l.fin.C.vnde ui,& ſi hęc ve
ra ſunt in eo, qui conducit rem ſuam, multo magis procedunt in eo,
qui rem ſuā recognoſcit in emphyteuſim, cum emphyteuta poſſideat
gloſ.in verbo Repellere, in d.l.2.C.de iure emphyt.Iaſ.ibidem ſub n.9.
Speculat.in d.§.nuncaliqua n.59.tit.de locato.nec ita recognoſcendo di-
catur poſſeſſionem amittere,cum poſſeſſio poſſit apud eum hoc modo
ſtare,quæ ſtare non poteſt apud conductorem,qui non habet poſſide-
re,ſed detinere,& ita in terminis noſtris,quòd quis ſoluens canonem,vti
12 emphyteuta,pro re,quæ erat a principio ipſius emphyteutæ,ſibi non præ
iudicet,& dicta res non acquiratur domino recognito,nec efficiatur em
phyteutica vltra Bero.in d.conſ.114.vol.1.n.37.tenent Alex.in d.conſ.69.
& in conſ.29.n.25.vol.5.Dec.in conſ.564.n.5.Ruin.con.156.num.11.&
ĩ vol. 1.Cuman.ĩ cōſ.165.Gaſpar,p totū,Corn. ĩ cōſ.301.vol.1.Aret.ĩ cōſ.
14.viſo,& diligenter.ſub.n.8.verſ.ſecundo,quia hic reſultaret duplex ſpe
cialitas, Bart. in d. l. ſi aliquam rem.n.9.ff.de acq.poſſeſſ.Iaſ.in d.l.2.nū.
177.C.de iure emphyt.& latiſſime Natta in conſ. 26.per totum,& præſer
tim numero ſexto, & ſeptimo,& ſeq. Nec obſtat ratio Guid.Papæ: quia il-
la probatio dominii, quæ inducitur ex recognitione, & ſolutionibus ca
nonis, eo ipſo, quòd conſtat rem fuiſſe, & eſſe ipſius ſoluentis, tanquā
erronea reuocatur, vt inquiunt ſupracitati doct. & præſertim Natta, &
Iaſ. in dicta l. ſecunda, numero 177. de iure emphyt.& idem eſt, ſi res,
quæ pro parte erat emphyteutica, recognita fuerit in totum pro emphy
teutica: quia recognoſcens pro illa parte, quæ non eſt emphyteutica,
ſibi non præiudicat, Baldus in conſilio 108. quando conſtat. & conſi
lio ſequenti, volumine quarto.

AMPLIATIO XL

1 EMPHYTEVTA, *qui ſingulo anno prõmiſit canonem ſoluere, & iurauit, ob ceſſationem vnius anni in ſolutione canonis poteſt expelli, non expectato biennio.*

2 EMPHYTEVTA *ſecundum communem doct. ſententiam, qui promiſit canonem ſoluere, licet non interpoſuerit iuramentum, ſed clauſulam illã, quæ decreto Principis habet omnes vires iuramẽti, præterquã reatus periurij, & fori, propter ceſſationẽ vnius ãni poteſt expelli, nõ expectato biẽnio.*

3 EMPHYTEVTA, *etiam ſi canonem ſoluere promiſerit cum iuramẽto, ſecundum opinionem aliquorum non poteſt expelli, niſi lapſo biennio, aut triennio, ſi ſit emphyteuta priuati.*

4 EMPHYTEVTA, *qui ſe ad canonem cum iuramento obligauit, poteſt expelli propter ceſſationem vnius anni in ſolutione canonis, non expectato biennio, etiam ſi adſit ſtatutum, vt emphyteuta ob non ſolutionem canonis non cadat a iure ſuo, etiam ſi ſtaret per 30. annos, vel adeſſet decretum Principis, vt emphyteuta ceſſans ſoluere canonem non cadat a iure ſuo, niſi fuerit interpellatus.*

5 LAICI *non poſſunt aliquo modo diſponere ſuper iuramento.*

6 STATVTVM *laicorum, diſponens ſuper iuramento, valet, ſi fuerit ex certa ſcientia Pontificis confirmatum, & quo modo hoc intelligatur.*

1 AMPLIATVR quadrageſimo, vt emphyteuta, qui ſingulo anno canonem ſoluere promiſit, & iurauit, ob ceſſationem vnius anni in ſolutione penſionis emphyteuſim amittat, non expectato biennio, aut triennio: nam propter iuramentum ſtatim cadit a iure contractus ipſo facto, etiam biennio nondum elapſo, vt dicit Bald in c. querelam. extr. de iureiur. per l. ſi quis maior. C. de tranſact. qua ſancitum extat, eum, qui contractum, ſeu conuentionem ſeruare iurauit, commodo eiuſdem contractus cariturum, ſi iuramentum non obſeruauerit, & eum ſequuntur in d. l. ſi quis maior. Iaſ. num. 12. Franciſ. Curt. num. 18. & Thom. Parpal. num. 11. & 54. vbi hanc communem dicit, & Hier. Cagnol. num. 32. eandem opinionem Baldi amplectitur Ferrar. cautela 20. Dec. in c. ex parte. num. 7. extr. de reſcriptis. Natta in conſ. 426. num. 21. & in conſ. 479. num. 11. & ſeq. quo in loco etiam id am-
2 pliat, ſi nõ ſit iterpoſitũ iuramẽtũ, ſed cl'a illa, q̃ decreto Pricipis habet ões vires iuramẽti, p̃terq̃ reatus piurij, & fori, Dec. i auth. q ré. n. 10. verſ. octauo quòd. C. de ſacr. eccleſ. Grat. in conſ. 81. num. 3. i fine, vol. 1. Ant. de Petrut. in repet. l. 1. ff. de iureiuran. 24. effectu. num. 236. Alex. in conſ. 85. volumine. 1. Roland. a Valle. conſ. 8. numero 41. volumine primo

Guliel.

Guliel.Reodan.in tract.de reb.eccleſ. non alienand. quæſt. 24.capitulo 3.numero 5.pag.497.Guliel. Benedict. in c. Rainutius, in verbo Teſtamentum il 3.numero 27.de teſtam.Cotta in ſuis memorialibus in verbo.Emphyteuta.Hippol.ſingulari 226.quam ſententiam.eſſe frequentiori calculo receptã,teſtãtur etiam Gozad.in conſilio 57.poſt numerum 19.verſ.non obſtat,Bero.in conſ.126.num.7.vol.1.Roland.à Valle in cõſ. ſexto num.42.& in conſ.77.num. 18.lib. 1.& in conſ.15.num. 23. vol. 2. Iul.Clar. in §. emphyteuſis,quęſt.8. verſ.& hoc quidem;vbi inquit, hanc eſſe magnam deceſionem,pręſertim ijs temporibus,in quibus notarij in omnibus inſtrumentis inſerunt iuramentum,& illaqueant animas contrahentium,qui pro maiori parte ignorant,quid illud importet. & propterea ſubiungit, hanc ſententiam ſibi nunquam placuiſſe: quia iuramentũ debet ſemper intelligi ſecundum naturam contractus,ſuper quo interponitur,non quidem, vt ampliet eius naturam, ſed vt confirmet,

3 Quo fundamento vtitur etiam Iaſ.in d.l.2.C.de iure emphyt.num.47.p l.fin vbi omnes doct.C.de non numer. pecunia. licet poſtea dicat, tenendam eſſe opinionem Bald.in d.c.querelam.contra quem Bald.eadẽ ratione tenet Andr.Baſig.vt eum refert Ripa in d.c.ex parte.num. 20. de reſcriptis,qui & ipſe uacillat in hac re,fretus eodem fundamento, & ex eo,quia pœna priuationis nunquam imponitur,niſi reperiatur per legẽ expreſſe impoſita & nõ reperitur lege cautũ,ut ẽphyteuta ſit priuandus ob periurium,& etiam quia de feudo ad emphyteuſim ualet argumentum,ubi non datur ratio diuerſitatis,& uaſſallus non priuatur feudo ob periurium,niſi in caſibus a iure expreſſis, iuribus per eum citatis & relinquit ſuper iſto puncto diligenter cogitandum.Quam ſententiam ſequũtur recentiores in addit.ad conſ. Alex. 158. ſub num. 5. uol. 2.Cotta in ſuis memorialibus, in uerbo Mora purgati.quam etiam uti ueriorem amplectitur Dydac.Couar. in relect. quamuis pactum.§. 4.ſub num. 5. de pact. i 6. difficile tamẽ eſſet in practica cõtra dominum pro emphyteuta obtinere aduerſus communem,a qua in conſulendo, & iudicando recedendum non eſt,c. 1.ubi doct.extr.de conſtit.

4 SVBAMPLIATVR ſupradicta ãpliatio,etiã ſi adeſſet ſtatutũ diſponens,ut emphyteuta ob non ſolutionẽ canonis a iure ſuo non cadat, etiam ſi ſtaret per 30. annos, uel adeſſet, decretum Principis, ut emphyteuta, ceſſans ſoluere canonem, non cadat a iure ſuo, niſi fuerit interpellatus,& de interpellatione conſtet publico inſtrumento:nam huiuſmodi ſtatuto,& decreto non obſtante, emphyteuta, cui iurauit ſingulo anno ſoluere,per ceſſationem unius anni cadit a iure ſuo cum huiuſmodi ſtatutum.& decretum non comprehendat contractũ iuratum,ut in terminis noſtris,tradit bero.in d.cõſ.126.n.8.uol.1.Ferrat,

d.caut.20. Bologn.in conſ.31.per totum. Hieron. Cagnol.in repet.d.l.ſi
quis maior.num.35.C.de tranſact.qui etiam ſentiunt hoc procedere,ſi
5 ſtatutum de iuramento expreſſe faceret mentionem, cum non poſſint
laici aliquo modo diſponere ſuper iuramento,vt ex communi doct.ſen
6 tentia ipſi tradunt,dummodo tamen ſtatutum huiuſmodi ex certa ſcien
tia Pontificis non eſſet cõfirmatum, vt ſunt in pleriſque locis apoſtolicæ
Sedis indulta, vt emphyteutæ non cadant a iure ſuo per ceſſationem ca-
nonis,niſi ſub certis conditionibus, etiam ſi interueniſſet iuramentum:
nam tunc non cadunt, cum Papa habeat poteſtatem diſponendi ſuper
iuramento, vt per Cagnol.in d.repet.l.ſi quis maior.ſub num. 35.verſ.li-
mito prædicta, qui in hanc ſentẽtiã citat Dec.in conſ.112.col.2.& Brun.
conſ.46.& Felin.in c.conſtitutus.col.9.verſ.generaliter autem,extr.de re
ſcriptis.Quod tamen intellige,quando expreſſe eſſet annullatum iuramẽ
tum, vt per Felin.& Dec.in locis ſupra proxime citatis, & per addentes
ad Dec.in d.c.ex parte.ſub num.7.in verbo Biennium.Supradictam ta-
men communem intellige veram, dummodo in eodem inſtrumento in
ueſtituræ iurato, non ſit expreſſe pactũ,vt emphyteuta cadat a iure ſuo,
ſi ſteterit per biennium,vel triennium, quòd canonem non ſoluerit:nã
tunc per ceſſationem vnius anni iure ſuo non priuatur; quia iuramentũ
iſto caſu regulatur ab ipſo pacto,& actu,ſuper quo interponitur,& con
tinet eandem conditionem,quam continet actus,& ad plus non exten-
ditur iuramentum, quàm extendatur actus,Dec in l.1.num.28.C.de pa
ct.not.per Tiraq.in tract. de conſtituto.in 7.limit.num.34.cum duob.
ſeq.iuncta l. nam ad ea.ff.de condit.& demonſtr.& not.per Hier.Gabri-
el.conſ.88.num.2.& in terminis tenuerunt DD.de Rota in manuſcri-
ptis in vna Ro.deuolutionis domorum, inter D.Hieronymum Gabrie-
lium,& D.Antonium Bonardum coram D.Cantuccio,die 21.Februarij.
1575.An autem emphyteuta ſuccesor illius,qui iurauit, cadat per ceſſatio
nẽ vnius ãni,vide per Caſſad.deciſ.2.de iureiurãdo,num.8.vſque ad finẽ.

AMPLIATIO XLI.

1 EMPHYTEVTA *citatus, vt veniat ad ſoluendum canonem, ſi non ſoluit, cadit a iure ſuo per lapſum temporis ſex menſium, non expectato biennio.*

AM-

AMPLIATVR quadrageſimo primo, vt ēphy-
1 teuta, qui fuit citatus, vt veniat ad ſoluendum
canonem, & non ſoluit, cadat a iure ſuo per la
pſũ temporis ſex menſium, non expectato bien
nio, ita Angel.& Bart.in l.locorum.C.de omni
agro deſert.lib.11.qui in addit.num.5.expreſſe
dicit, quòd licet in eccleſia requiratur ceſſatio
biennii, vt emphyteuta poſſit expelli, vt l.2.C.
de iure emphyt.nihilominus illud eſt verum, vbi eccleſia non citauit em
phyteutam, vt veniret ad ſoluendum canonem:nam, vbi citauit, non
erit neceſſarius curſus biennii:ſed ſufficir lapſus ſex menſium p d.l.quod
inquit ſingulariter eſſe notandum, quia pulchra eſt limitatio, quem ſequi
tur Guliel.Reodan.in tract.de reb.eccleſ.non alienandis. quæſt.19.cap.
3.num.8.pag.mihi 440.

AMPLIATIO XXXXII.

EMPHYTEVTA, *qui debebat ſoluere tres denarios ſingulo anno*
1 *& ſoluit duos, poteſt expelli, etiã ſi Prælatus per plures ãnos illos duos*
denarios pro canone receperit, niſi tamẽ per 40.ãnos ēphyteuta duos
denarios pro canone ſoluerit, & Prælatus illos receperit.

EXTENDITVR quadrageſimo ſecũdo, etiã
ſi Prælatus eccleſiæ, qui debebat habere tres
1 denarios nomine canonis ſingulo anno, plu-
ribus annis receperit duos:quia regulariter fa
ctum Prælati conſiſtens in alio, quàm in ne-
gligentia, non nocet eccleſiæ, c.delictum per
ſonæ.cum ibi notatis.de reg.iur.in 6.Bart.&
communirer alii in l.iubemus nullam.C.de ſa
cr.eccleſ.& etiam, quia quando per culpam,
vel negligentiam Prælati fieret præiuditium eccleſiæ, reſtitueretur in in
tegrum eccleſia aduerſus tale præiuditium, vt notat gloſ.in §.pro tempo
ralibus, in auth.de eccleſ.titul.Innoc.& Canoniſtæ in c.1.de reſtit.in inte

gr.

d.caut.20. Bologn.in conſ.31.per totum. Hieron. Cagnol.in repet.d.l.ſi
quis maior.num.35.C.de tranſact.qui etiam ſentiunt hoc procedere,ſi
5 ſtatutum de iuramento expreſſe faceret mentionem, cum non poſſint
laici aliquo modo diſponere ſuper iuramento,vt ex communi doct.ſen
6 tentia ipſi tradunt,dummodo tamen ſtatutum huiuſmodi ex certa ſcien
tia Pontificis non eſſet cõfirmatum, vt ſunt in pleriſque locis apoſtolicæ
Sedis indulta, vt emphyteutæ non cadant a iure ſuo per ceſſationem ca-
nonis,niſi ſub certis conditionibus, etiam ſi interueniſſet iuramentum:
nam tunc non cadunt, cum Papa habeat poteſtatem diſponendi ſuper
iuramento, vt per Cagnol.in d.repet.l.ſi quis maior.ſub num. 35.verſ.li-
mito prædicta, qui in hanc ſentẽtiã citat Dec.in conſ.112.col.2.& Brun.
conſ.46.& Felin.in c.conſtitutus.col.9.verſ.generaliter autem,extr.de re
ſcriptis.Quod tamen intellige,quando expreſſe eſſet annullatum iuramẽ
tum, vt per Felin.& Dec.in locis ſupra proxime citatis, & per addentes
ad Dec.in d.c.ex parte.ſub num.7. in verbo Biennium.Supradictam ta-
men communem intellige veram, dummodo in eodem inſtrumento in
ueſtituræ iurato, non ſit expreſſe pactũ,vt emphyteuta cadat a iure ſuo,
ſi ſteterit per biennium,vel triennium, quòd canonem non ſoluerit:nã
tunc per ceſſationem vnius anni iure ſuo non priuatur; quia iuramentũ
iſto caſu regulatur ab ipſo pacto,& actu,ſuper quo interponitur,& con
tinet eandem conditionem,quam continet actus,& ad plus non exten-
ditur iuramentum, quàm extendatur actus,Dec. in l.1.num.28.C.de pa
ct.not.per Tiraq.in tract. de conſtituto.in 7.limit.num.34.cum duob.
ſeq.iuncta l. nam ad ea.ff.de condit.& demonſtr.& not.per Hier.Gabri-
el.conſ.88.num.2.& in terminis tenuerunt DD.de Rota in manuſcri-
ptis in vna Ro.deuolutionis domorum, inter D.Hieronymum Gabrie-
lium,& D.Antonium Bonardum coram D.Cantuccio,die 21.Februarij.
1575.An autem emphyteuta ſuccesor illius,qui iurauit, cadat per ceſſatio
nẽ vnius ãni,vide per Caſſad.deciſ.2.de iureiurãdo,num.8.vſque ad finẽ.

AMPLIATIO XLI.

1 EMPHYTEVTA *citatus, vt veniat ad ſoluendum canonem, ſi non ſoluit, cadit a iure ſuo per lapſum temporis ſex menſium, non expectato biennio.*

AM-

1 AMPLIATVR quadrageſimo primo, vt ẽphyteuta, qui fuit citatus, vt veniat ad ſoluendum canonem, & non ſoluit, cadat a iure ſuo per lapſũ temporis ſex menſium, non expectato biennio, ita Angel. & Bart. in l. locorum. C. de omni agro deſert. lib. 11. qui in addit. num. 5. expreſſe dicit, quòd licet in eccleſia requiratur ceſſatio biennii, vt emphyteuta poſſit expelli, vt l. 2. C. de iure emphyt. nihilominus illud eſt verum, vbi eccleſia non citauit emphyteutam, vt veniret ad ſoluendum canonem: nam, vbi citauit, non erit neceſſarius curſus biennii: ſed ſufficit lapſus ſex menſium p d. l. quod inquit ſingulariter eſſe notandum, quia pulchra eſt limitatio, quem ſequitur Guliel. Reodan. in tract. de reb. eccleſ. non alienandis. quæſt. 19. cap. 3. num. 8. pag. mihi 440.

AMPLIATIO XXXXII.

1 *EMPHYTEVTA, qui debebat ſoluere tres denarios ſingulo anno & ſoluit duos, poteſt expelli, etiã ſi Prælatus per plures ãnos illos duos denarios pro canone receperit, niſi tamẽ per 40. ãnos ẽphyteuta duos denarios pro canone ſoluerit, & Prælatus illos receperit.*

1 EXTENDITVR quadrageſimo ſecũdo, etiã ſi Prælatus eccleſiæ, qui debebat habere tres denarios nomine canonis ſingulo anno, pluribus annis receperit duos: quia regulariter factum Prælati conſiſtens in alio, quàm in negligentia, non nocet eccleſiæ, c. delictum perſonæ. cum ibi notatis. de reg. iur. in 6. Bart. & communiter alii in l. iubemus nullam. C. de ſacr. eccleſ. & etiam, quia quando per culpam, vel negligentiam Prælati fieret præiuditium eccleſiæ, reſtitueretur in integrum eccleſia aduerſus tale præiuditium, vt notat gloſ. in §. pro temporalibus, in auth. de eccleſ. titul. Innoc. & Canoniſtæ in c. 1. de reſtit. in integr.

gr.&c.1.tit.eod.in 6,vt in feudo in terminis noſtris tenet etiam Curt.i tract.de feud.quæſt.18.in 2.parte,vbi hoc declarat, niſi per 40.annos fuerit ſoluta minor penſio: & inquit de hac quæſt. eſſe tex. cum ibi notatis per Canoniſtas in c.olim cauſam.extr.de cenſibus.vbi dicitur, quòd,quando minor penſio per 40.annos ſoluta eſt eccleſiæ, intelligit præſcriptum,vt illa tantùm ſolui debeat.ſubdens,quòd in priuato ſufficerent 30.& ita tenuiſſe Franc.Aret.in conſ.112.incipit conſideratis diligenter, vbi etiam ponit, an in tali præſcriptione requiratur bona fides.

AMPLIATIO XXXXIII.

1 EMPHYTEVTA, *qui habebat fundum ab vno domino, qui deceſſit relictis pluribus filijs, & hæredibus, ſi vni ſoluat, & alijs non, a iure ſuo cadit pro parte tangente illos, quos non recognouit.*

1 AMPLIATVR quadrageſimo tertio in emphyteuta, qui habebat fundum ab vno domino,qui deceſſit relictis pluribus filiis hęredib⁹, & vni eorum ſoluit,aliis non.nam & is iure ſuo priuatur,ſaltem pro parte tangente illos, quos non recognouit, vt poſt Guliel.& Bald.in l.ſi communis libertus ff.de in ius vocand.tradit Iaſ.in d.l.2.num.61.quæſt.18.C.de iure ēphyt. & in l.fin.quæſt.12.n.124.C.eod.& Guliel.Reodan.i tract.de reb.eccleſ. non alienand.quæſt.24.cap.3.pag.mihi 500.num.31.

AMPLIATIO XXXXIIII.

1 EMPHYTEVTA *ob non ſolutionem canonis cadit non ſolum ab emphyteuſi,ſed etiam a pacto in inueſtitura appoſito,vt dominus teneatur tum poſt emphyteuſim finitam de nouo renouare.*

AM-

1 AMPLIATVR quadrageſimo quarto, vt emphyteuta ob non ſolutionem canonis cadat nō ſolum ab emphyteuſi, ſed etiam a pacto in inueſtitura appoſito, vt dominus teneatur eum poſt emphyteuſim finitam renouare: quia, ſi duraret pactum, pœna priuationis non haberet effectum perpetuum: nam p renouationē recuperaret ēphyteuſim amiſſā: & tamē pœna debet eſſe perpetua, l. ſeruus C. de pœn. & ibi per omnes. not. gloſ. in c. quàmuis. in verbo Perpetuum. de pœnis. in 6. & in c. cupientes. §. cæterū. ī verbo Perpetuo. lib. eod. & tradūt doct. in c. ex litteris. de conſtit. & Bart. in l. inter caſtel. de arbitr. per quæ iura ita in terminis noſtris tradit Ruin. in conſ. 167. num. 14. vol. 1. nam pactum illud de renouando finita emphyteuſi dicitur factum ſub modo, ſcilicet dummodo ille, qui recepit rē in emphyteuſim, conuenta, & promiſſa ſeruauerit, l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati.

AMPLIATIO XXXXV.

1 *EMPHYTEVTA ob non ſolutionem canonis emphyteuſim ipſo iure amittit abſque eo, quòd requiratur ſententia, aut declaratio iudicis ſecundum communem.*

2 FRVCTVS *emphyteuſis, pro qua canon ſolutus non fuit, poſt declarationem a domino factam, etiam ante declarationem, & iudicis ſententiam, ad dominum directi dominij pertinent.*

3 EMPHYTEVSIS *ad dominum reuerſa ob nō ſolutum canonem, ante iudicis ſententiam, imo etiam ignorante emphyteuta, & ipſo non citato, poteſt a domino alteri in emphyteuſim concedi.*

4 VTILE *dominium ſemel emphyteuta conceſſum non poteſt alteri concedi, niſi de nouo ad dominum reuertatur.*

5 EMPHYTEVTA, *licet ob non ſolutum canonem emphyteuſim amittat: id tamen intelligitur domino volente.*

6 PRIVATIO *emphyteuſis propter canonem non ſolutum nōn eſt in facto*

ſto eſſe, ſed in potentia fieri, domino volente.

EMPHYTEVTA *ob canonem non ſolutum non cadit a iure ſuo, niſi*
7 *domino volente, etiamſi dictũ ſit in inueſtitura, vt ſi ſolutio non ſit facta die*
ſtatuto, ipſo facto res cadat in commiſſum, & etiam ſi præſtitum ſit iuramen-
tum.

DECLARATIO *domini, ne dum expreſſa, ſed etiam tacita, ſufficit ad*
8 *cauſandam caducitatem ob canonem non ſolutum.*

DOMINVS *emphyteuſim, vti ex non ſolutione canonis ad ipſum de uo*
9 *lutam, alteri concedens, dicitur tacite declarare, velle eſſe locum caducitati.*

DOMINVS *rem emphyteutæ locatam alteri vẽdendo dicitur declarare,*
10 *velle eſſe locum caducitati.*

DOMINVS *conueniendo emphyteutam corám iudice pro deuolutione*
11 *rei ex capite canonis non ſoluti, uel acceptando confeſſionem emphyteutæ, qui*
fatetur, rem ob non ſolutum canonem eſſe deuolutam, dicitur declarare uolun
tatem ſuam, quòd intendit emphyteutam eſſe priuatum.

DOMINVS *impetrando præceptum iudicis aduerſus emphyteutam de*
12 *diſgrombrando de emphyteuſi, ad eum ex non ſolutione canonis deuoluta, dici*
tur declarare, velle eſſe locum caducitati.

DECLARATIO *ad inducendam caducitatem, debet fieri a domino,*
13 *vel ab eius procuratore habente ſpeciale mandatum ad declarandum caduci-*
tatem: & ſi fiat a procuratore habente generale mandatum, nihil operatur.

DECLARATIO *debet fieri ex eadem cauſa, ex qua emphyteuſis eſt*
14 *deuoluta, & dominus inueſtiendo aliquem de emphyteuſi, tãquam ad ipſum*
deuoluta ob alienationem factam abſq; dñi licentia, nõ dicitur declarare, vel
le illam eſſe deuolutam ob non ſolutum canonem.

DOMINVS *concedẽdo rem alteri, tãquam ad ſe deuolutam ob nõ ſo-*
15 *lutum canonem, cum clauſula, Saluo iure tertij, an dicatur declaraſſe, uel-*
le eſſe locum caducitati.

CLAVSVLA, *Saluo iure tertij ſemper tacite intelligitur in inueſtitu*
16 *ra appoſita.*

DOMINVS *poſt mortem emphyteutæ, qui ceſſauit in ſolutione canonis,*
17 *nõ poteſt declarare uoluntatem ſuam ad effectũ, vt res ob nõ ſolutum cano-*
nem cadat in commiſſum.

PRIVATIO, *quæ fit emphyteutæ non ſoluenti canonem, dicitur pœna*
18 *legalis.*

POENA *legalis re integra, & ante litem conteſtatam ad hæredes delin-*
19 *quentis non tranſit.*

IVS *declarandi, donatarium cecidiſſe a iure donationis propter ingratitu*
20 *dinem commiſſam, dicitur perſonale, & non poteſt re integra exerceri contra*
hæredes donatarij.

21 IVS *reuocandi donationẽ ob ingratitudinẽ ad hæredes donatoris nõ trãſit.*

22 DOMINVS *pp feloniã, a vaſallo cõtra ipsũ cõmiſſam, non habet ius de clarãdi cõtra hæredes re integra, ſed ſolũ contra ipſũ vaſſallũ q feloniã cõmiſſit.*

23 POENA *delicti ipſo iure comiſſa re integra, etiam ad hæredes tranſit, & quomodo hoc procedat.*

24 DOMINO *duplex ius competit contra emphyteutam ceſſantem in ſolutione canonis, ordinarium continens damnum, & ĩtereſſe, & extraordinariũ, quo poteſt declarare ipſius caducitatem, & unde hæc iura proueniant.*

25 IVS *declarandi, bona eſſe deuoluta ob non ſolutum canonem, non competit domino contra hæredes delinquentis, etiam ſi dominus non fuerit conqueſtus in vita illius, qui ceſſauit in ſolutione, quia ignorauit, ſecundum opinionem aliquorum, licet communis doct. opinio ſit in contrarium.*

26 DOMINVS *præſumitur in dubio ignoraſſe, bona ob non ſolutum canonem eſſe deuoluta.*

1 AMPLIATVR quadrageſimò quinto, & vltimo, vt ẽphyteuta ob non ſolutum canonem ẽphyteuſim ipſo iure amittat abſque eo, quòd requiratur ſententia, aut declaratio iudicis: ita communiter teneri atteſtatur Anto. de Butr. in d. c. potuit. num. 18. de locato. Iaſ. in d. l. 2. num. 12. & ſeq. C. de iure ẽphyteut. & ibidem Salic. n. 2. nũ. 8. & ſeq. Ruin. conſ. 154. num. 6. vol. 1. & conſ. 57. num. 11. vol. 4. Corn. conſ. 165. circa primum, num. 22. vſque ad 28. vol. 2. Alex. conſ. 6. num. 19. & 22. vol 3. Dec. conſ. 146. num. 7. in fine. Caſſad. decis 2. num. 1. de locato. Rota Bononienſis decis 37. num. 4. Soc. iun. conſ. 111. num. 2. & ſeq. vol. 2. Cępol. conſ. 25. num. 3. in fine, in conſiliis ciuilibus, Frácis. Serméta ſelectarum opinionum lib. 3. cap. 5. verſ. ſexto facit, & verſ fin. Bald. in l. 2. in 2. lectura. C. de iure emphyt. num. 3. Contrarium tamen tenuerunt Caſtr. in conſ. 68. in caſu præſenti, in principio vol. 2. Roman. in conſ. 212. Innoc. in d. c. potuit. de locato. & plerique alii, quos citat Tiraq ĩ l. ſi vnquá, in verbo Reuertatur, nú. 187. C. de reuocand. donat. & licet unaquæque pars multis rationibus vtatur ad tuendum ſuum pronunciatum, ut eſt apud ipſos uidere : ego tamen accedo illorum ſententiæ, qui exiſtimant, emphyteutam ob canonem non ſolutũ ipſo iure priuari abſque eo, quòd iudicis ſententia, aut eius declaratoria requiratur, tum quia ĩ practica ab hac opinione, quam cõmunis doctorum ſententia, & conſuetudo approbauit, non eſt diſcedendum, ut inquit Iul. Clar. ĩ §. ẽphyteuſis. quæſt. 9. lib. 4. ſẽt. receptarũ; tũ quia omnes

doctores

2 doctores concedunt,fructus emphyteuſis, pro qua canon ſolutus non
fuit,poſt declarationem a domino factam,etiam ante declaratoriam, &
ſententiam iudicis,ad dominum directi pertinere,Rota Bonon.decis.37.
& nos diximus hac eadem priuationis cauſa,ampliatione 38.ergo ſequitur,quòd ſtatim,facta declaratoria domini,emphyteuta ſit priuatus: nã
aliàs fructus ad emphyteutam tanquam ad dominum vſque ad iudicis
ſententiam,vel ſaltem vſque ad tempus litis conteſtatæ pertinerent,iuxta
tex.in l.certũ.C.de rei vendicat.& l.ex diuerſo,vbi doct.ff.de rei vendicat.
3 Item doctores communiter concedunt,emphyteuſim ob non ſolutum
canonem ad dominum reuerſam,ante iudicis ſententiam,imo etiã ignorante,& non citato emphyteuta,qui in canonis ſolutione ceſſauit, poſſe
ab eccleſia, & domino alteri concedi,Marian. Soc. d. conſ.111. num.7.
vol.2.Alex.in conſ.130.difficultas.num.2.lib.1.Alex.conſ.6,num.21.vol.
3.Soc.conſ.4.ſuper quæſtione,num.25.vol.3.Felin.in c.cum olim.ſub.n.
11.verſ.quia in actu,quem Princeps.de re iudic.Ruin.cõſ.181.num.10.lib.
1.Bero.conſ.120.num.1.& 2,vol.1.Grat.conſ.79.num.7.lib.1.Hippolit.
de Marſiliis in repet.l. de vnoquoque.n.126.in 54.limitatione.ff.de re iudicata.idem Marſil.in rubr.C.de probationibus,n.242.Roman.ipſe in d.
conſ.212.in 1.dubio.ſi poteſt igitur ante iudicis ſententiam,& ẽphyteuta
non citato,vt ſupra,dominus, emphyteuſim alteri concedere, ſequitur
neceſſariò,vt ante ſententiam iudicis dominium utile ſit ad dominum reuerſum: nam aliàs non poſſet ante iudicis ſententiam illud in alium
transferre,cum vtile dominium,ſemel ẽphyteutæ conceſſum, nõ poſſit
4 alteri concedi,niſi de nouo ad dominum reuertatur,Bald.conſ.134.Quidam domina Creſcẽtia. vol.2.Grat.conſ.79.num.1.vol.1.Paris.conſ.86.n.
primo,&.ſeq.volumine 4.Hier.Gabr.cõſ.88.n.3.Bero.conſ.106.n.34.vſ-
5 que ad 40.vol.1.Quamuis autem emphyteuta ob non ſolutum canonem
ipſo iure emphyteuſim amittat:intelligitur tamen,ſi dominus voluerit,
cum nunquam res cadat in commiſſum,niſi domino volente, vt dicunt
ferè omnes ſupracitati doct.& not.Bart. in d.l.2.n.2.C. de iure emphyt.
& eodem loco Salic. n.2.Bald. in 2. lect.nu. 3.& Iaſ.n.6.vſque ad 12,Natta
conſ.274.num.14. Riminald. in.§. 1.nu.22.inſtit. de donat.Cæpol.d.cõſ.
25.num,10.Grat.in conſ.55.n.25.lib.1.Pariſ.conſ.108.num.33.lib. 1. vbi
teſtatur , hanc eſſe communem,Dec.in conſ.146.ſub num.5.qui dicit,
omnes doctores ita ſentire,Soc.Iun.conſ.121.num.2.vol.2.Abbas conſ.
67.col.2.lib.2.circa medium illius col.Imol in d.c.potuit.de locato.ſub n.
29.col.4.& n.54.Bero.conſ.98.n.24.& ſeq.vol.1.& conſ.49.num.26. vol.
3.Caſſan. in conſuetud. Burgundiæ , Rubric. 9. Des Mainſ. mortes, §.
22.in text.Demeurent.pag.1302.nũ.1.Guliel.Reodan.ex communi doct.
ſententia in tract.de reb.eccleſ.non alien.quęſt.19.nũ.15.pag.436.Tiraq.
in

in l.ſi unquam.in uerbo Reuertatur,num. 10.C.de reuocand. donat. Rota
Bono.deciſ.37.num. 15.uerſ.in contrarium, quæ inquit, quòd priuatio ē-
6 phyteuſis propter canonem non ſolutum, non eſt in facto eſſe, ſed in po-
tentia fieri domino uolente, Roland. a Valle conſ.81.num.6.& i conſ. 57.
num.9.uol.3.qui ſentit hoc uerum, etiam ſi ſit dictum in inueſtitura, ut,
7 ſi ſolutio canonis non ſit facta in die ſtatuto, ipſo facto res cadat in com-
miſſum,ut etiam docuit Dec.in conſ.138.ſub num.6. & Corn.conſ. 115.
num.1.uol.1.qui ſimiliter dicit hoc uerum, etiā ſi adeſſent capitula, quæ
diſponerent,quòd,ſi non ſoluatur canon, res ſit reuerſa ipſo facto ad do-
minum:quòd procedit etiam ſi pręſtitum fuerit iuramentum, ut tradit
Grat.i conſ. 121.num.26. iunctis antecedentib⁹ vol.2.& conſ.55.num.25.
8 & ſeq. volumine primo, Cæterum ne dum expreſſa declaratio domini,
quę eſt quando dominus etiam abſente emphyteuta proteſtatur,quòd nō
intendit ipſum amplius habere pro emphyteuta, ex quo in canonis ſolu-
tione ceſſauit,ut per Cępol.cautella 135.tu ſcis, quòd emphyteuta, priua-
tionem emphyteuſis inducit:ſed etiam tacita, & coniecturata declaratio
ideo,ſi dominus emphyteuſim, uti ex non ſolutione canonis ad ipſum
deuolutam,alteri concedat,dicitur tacite declarare, uelle eſſe locum ca-
ducitati,Alex.i conſ.106.ſub num.4.uol.4. Abbas in conſ.67 n.3.uol. 2.To-
bias Nonius in conſ.2.num. 18.Corn.in conſ.115. paulo ante uerſiculum,
His tamen non obſtantibus,vol.1.Grat. in conſ. 81. numero vndecimo,&
ſeq. volumine primo,Ruin. in conſ.166. numero vltimo volumine.1. Gu
liel. Reodan. in tract.de reb.eccleſ.nō alienand.quæſt. 20. de moræ pur-
10 gatione,num.9.pag.444 .Item rem, emphyteutæ locatam,alteri vendēdo
dicitur dominus ſuam voluntatem declarare,Ruin. in conſ.153.nū.2.vol.
1.Item conueniendo emphyteutam coram iudice pro deuolutione rei ex
11 iſto capite,Rota Bonon.deciſ. 4.verſ.in caſu autem propoſito,Hippolyt.
Riminald.conſ.94.num.18.& acceptādo confeſſionem emphyteutæ,qui
fatetur,rem ob non ſolutum canonem eſſe deuolutam,dicit dominus de
clarare voluntatem ſuam,quòd intendit illum emphyteutam eſſe ēphy-
12 teuſi priuatum,Dec.in conſ.146.ſub.num. 4.verſ.& in caſu noſtro. Item ſi
dominus impetret pręceptum iudicis aduerſus emphyteutam de diſgom
brando de emphyteuſi ad eum ex non ſolutione canonis deuoluta,dicitur
hoc declarare,Curt.Iun.in conſ.149.ſub num.3.&,quamuis Miſynger. ob
ſeruat.55.centur.3,videatur velle,quòd hæc declaratio tacite fieri non poſ
ſit,de eius auctoritate non eſt curandum, tum quia omnes doct. per eū
citati dicunt,quòd emphyteuta non priuatur ob canonem non ſolutum,
niſi domino volente,ſed non decidunt,an iſta declaratio voluntatis do-
mini poſſit fieri tacite, & re ipſa, an uero uerbis expreſſis tantū fieri poſ-
ſit; tum quia non minus factis,quàm uerbis animus declaratur l. Pau-

lus

lus.ff.rem rat.haberi.Paris.conſ.3.num.11.uol.4.

13 OPORTET tamen, quòd hæc declaratio fiat a domino ipſo, vel ab eius procuratore habente ſpeciale mandatum ad declarandum caducitatem: aliàs nihil operaretur, cum procurator vigore generalis mandati nō poſſit declarare, velle bona emphyteutica ob non ſolutum canonem eſſe deuoluta, Curt.Iun.in d.conſ.149.num.3.Bero.in conſ.151.num.18.vol.1.

14 OPORTET etiam, vt hæc declaratio domini caducitatem inducat, facta ſit ex eadem cauſa, ex qua emphyteuſis eſt deuoluta: nam, ſi dominus inueſtiret aliquem de emphyteuſi tanquàm ad ſe deuoluta ob alienationem factam irrequiſito domino, non diceretur declaraſſe, velle illam eſſe deuolutam ob non ſolutum canonem, ita Alex.in d.conſ.106.ſub.n.4.verſ.nec obſtat, vol.4.Ruin.conſ.168.num.18.vol.1. Tobias Nonius d. conſ.2.num.53.& idem videtur dicendum, ſi, poſtquàm fuit in ſolutione canonis ceſſatū, res alteri a domino concedatur nulla expreſſa cauſa, quia per hoc non dicitur declaraſſe, velle eſſe locum caducitati, vt tenet Abb. in conſ.67.nū.2.& ſeq.vol.2.& eſt de mente Tobiæ, vbi ſupra: &, quamuis Corn.in conſ.237.num.3.vol.1.tenuerit contrariū, quem ſequitur Soc. Iun.in conſ.111.num.10.vol.2.eius tamen dictum non videtur verum: quia præſumitur, quòd dominus ignorauerit, bona ob nō ſolutum canonem eſſe deuoluta, vt dicam infra num.26.& ſecundæ inueſtituræ ineſt clauſula, Saluo iure tertij, vt dicam num.ſeq. ideo ex generali conceſſione nulla expreſſa cauſa declaratio caducitatis neceſſariò non reſultat.

15 OPORTET ſimiliter, vt dominus concedat rē alteri tanquàm ſibi deuolutam ob non ſolutum canonē abſque clauſula Saluo iure tertii: nam, ſi cū dicta clauſula concedat, videtur quòd dominus non intenderit per dictam conceſſionem auferre ius alicui, quod habebat, vt tradit Corn.in d.conſ.115.ſub num.2.vol.1.cui tamen contrarius eſt Ruin.in d.conſ.166. in fine.vol.1.qui fortaſſe rectius ſentit, tū quia clauſula, Saluo iure tertij ſem
16 per tacite intelligitur in inueſtitura appoſita, Alex. conſ.88.num.8. vol.6. Ruin.conſ.161.num.38.vol.1.& nunquàm dominus diceretur concedendo rem alteri, vti ad ſe deuolutā ob non ſolutum canonem, tacite delaraſſe voluntatem ſuam, contra ſupra citatos doct. tum quia dicta clauſula intelligenda eſt, excepto caſu deuolutionis ob non ſolutum canonem, ex quo capite res conceditur, ne contrahentes videantur incontinenti ſe corrigere l.nam ad ea.ff.de condit.&, demonſtrat. & vt euitetur repugnantia inueſtituræ, cum ſint interpretanda pacta omnia, vt ſe ad inuicem compatiantur ita, vt poſteriora, obſeruentur, ſaluis præcedentibus, ad l. fin. C.de nouat.vbi Bald.col.1.l.ſi vnus. §.pacta. verſ.quòd ſi non vt totum, de pactis cum aliis citatis a Hier. Gabrielio conſ.88.num.2.& quid iuris ſit ſi Prælatus de re deuoluta faciat inueſtituram, ſaluo iure eccleſiæ, vide per

Bald.

Bald.in c.quæ in eccleſiarum,num.33.extr.de conſtit.
17 OPORTET præterea,vt dñs q verbis expreſſis,aut tacite re ipſa do-
clarat volũtatẽ ſuã,& ꝙ itẽdit eſſe locũ caducitati, id faciat viuẽte ẽphy-
teuta,q̃ in ſolutione ceſſauit:nã poſt ei⁹ mortẽ nõ põt ãplius ſuã volũtatẽ
declarare ad effectũ, vt res ob nõ ſolutũ canonẽ in cõmiſſũ cadat. ita Cu-
man.conſ.164.nu.2. & 3. communiter receptus,teſte. Ripa in l. fin.quæ
ſt. vlt. C.de reuoca. donat.& tenet Ruin.conſ. 10.n.4.& ſeq.& cõſ.168.
n.20.& in conſ.35.num.28.verſ.præterea ex quo,vbi hãc communẽ di-
cit,vol. 1.Caſſad.decis 2.&3.de locato.Curt.in tract. feud.in 4.parte,q̃ſt.
vlt. prope finem, Crot. in repet.l.1.§.qui præsẽs,n.6.de verb. obligat.
Imol.in c.fin.n.24.de donat. Bero. conſ.98.nũm.27.cum ſeq. vol.1.& in
c.potuit, locati. num.70.& ſeq.quæ opinio primo probatˀ;quia ꝙ ẽphy-
18 teuta cadat a iure ſuo ob nõ ſolutionẽ canonis, vel rei abuſũ, diciť eſſe
pœna legalis,& a canone introducta,vt præſupponũt doct.cõmuniter,
& habeť per Alex.in l.qui inſulã de verb. obligat.per tex.in d.c.potuit.lo-
cati.& in l.2.de iure ẽphyt.quæ pœna legalis re integra,imo ante litem
conteſtatã, nõ trãſit cõtra hęredẽ delinquẽtis, vt docet Bart.in l.3.§.ꝙ.
19 autẽ.ff.ꝙ qſq;iur.& habeť in l.1.C.ne ex delict.defũct.ſecũdo probatur
ex eo, ꝙ habeť in ſimili in c.fin.cũ gloſ..de donat.vbi ius declarãdi,dona
tariũ cecidiſſe a iure donationis ob ingratitudinẽ,nõ põt exerceri re inte
20 gra cõtra hęredes donatarii;qa illud ius donatarii diciť eſſe pſonale ſecũ
dũ gl.ibi.Tertio pbať idẽ ex textu in l.1.& l.fin.C.de reuocand.donat.vbi
21 illud ius reuocãdi donationẽ nõ ſolũ non tranſit contra hæredes donata
rii,ſed nec ẽt ad hęredes donatoris. Quarto facit, ꝙ pp feloniã a vaſallo
22 cõtra dominũ commiſſã,ipſe dñs habet ius declarãdi cõtra vaſallũ, non
aũt cõtra filios,& hęredes ipſius:ꝙ intelligiť,re integra,vt voluit Bald.i c.
imperialem. §. inſuper. columna vltima, verſiculo conſidera, ante
numerũ ſextũ de prohib.feud.alienat.per Friderich.vt tenuit etiam gl. in
d.l.1.& l.fin.ergo idem videtur eſſe; quòd re integra iſtud ius declarandi
ad hęredes non tranſeat,nec contra hęredes,non faciendo differentiam
an emphyteuſis in commiſſum ceciderit propter rei abuſum,vel propter
canonem non ſolutum,nec etiam diſtinguendo, an iuratum,vel non iu-
ratum fuerit,vt nonulli diſtinguere videntur:quia vtroque caſu pœna nõ
committitur,niſi domino volente,& declarante,ne contingat,quòd iu-
ramentum appoſitum fauore eccleſiæ vel domini ipſis noceat, cum ma-
gis expedite poſſit domino, vt emphyteuta non dicatur priuatus;&, cũ
neceſſaria ſit declaratio, & voluntas domini,fit,vt res dicatur integra ã
23 te declarationẽ factã,vt declarat Bero. locis ſupra citatis. vbi etiã reſpõ
det ad cõtraria.& primo ꝙ nõ obſtat,ꝙ vbicũq;pœna delicti,ſeu cõmiſ-
ſi committiť ipſo iure contra deliquẽtẽ, ꝙ tunc ẽt re itegra tranſit ad hę

redes delinquentis abſque pacto hominis, l.publicari, & l.commiſſum.
ff. de publican. quoniam in terminis dictorum iurium res deſiit eſſe in-
tegra ex legis diſpoſitione, nec refert, quòd, licet velint ipſo iure bona fra
udatoris eſſe publicata: tamen hoc debet intelligi prius facta declaratio-
ne, vt volunt Archidiac. & Ioann. And. in c. 1. de homicid. in 6. c. cum ſecú
dum, de hęreticis. lib. eod. quia reſpondet ipſe Bero. quòd aliud eſt, quòd
vltra iuris executionem ſit neceſſaria declaratio, & voluntas illius, de cu
ius præiuditio agitur, & tunc res dicitur integra, donec facta fuit declara
tio c. potuit. de locato. aliud eſt, quòd canon, ſeu lex ipſo iure imponat
pœnam, cum executione, & non requirat aliam hominis declarationem:
quia tunc ſtatim res deſiit eſſe integra, & contra hęredes tranſit d. l. com
miſſum. Nec obſtat, quòd pœna tranſeat ad hęredes, & contra hęredes
ſecundum canones, quando ex iniuria, & delicto abeſt aliquid ab illo,
contra quem iniuria facta fuit, etiam ſi nihil adeſt delinquenti, c. fin. cũ
ibi not. de ſepult. & in c. literis, de raptorib. & in c. Epiſcopus qui. 20. q̃ſt.
2. & quòd, ſi emphyteuta per biennium ſoluere ceſſauit, aliquid ab
ipſo domino abeſſe dicitur, & conſequenter illud ius declarandi ad hę-
redes, & contra hęredes tranſire debet: quia reſpondet Bero. loco ſupra-
citato, quòd ceſſando in ſolutione canonis per biennium, duplex oritur
ius, ordinarium, & extraordinarium; ordinarium prouenit ex contra-
24 ctu, quod continet damnum, & intereſſe domini, vȝ ſatisfactionem dam
norum, & intereſſe, & iſtud tranſit ad hęredes domini, & contra hęredes
emphyteutæ, vt per Imol. in d. c. potuit. & Bald. in d. l. 2. iunctis notatis in
d. c. fin. & in d. c. litteris, Extraordinarium vero eſt pœnale, quòd do mi-
nus declarare poteſt, emphyteutam cecidiſſe, & iſtud prouenit a dolo,
ſeu culpa emphyteutæ, non aũt ex cõtractu, ſed legis prouiſione: & ideo
illud non eſt extendendum ad alias perſonas, & ſic non ad hęredes, nec
contra hęredes, cum dicatur eſſe perſonale, vt in ſimili dicit gloſ. in d. c.
fin. de donat. per tex. in l. 1. & fin. C. de reuocand. donat. & tenet decis Pe-
demont. 132. num. 6. Ripa. in l. fin. quæſt. vlt. C. de reuocand. donat. Anc.
Gabriel. in ſuis communibus opinionibus, lib. 7. concluſ. 35. num. 3. & ex
his rationibus videtur etiam, quòd non ſit facienda differentia, nec diſtĩ-
guendum, an dominus ſciuerit, vel ignorauerit, canonem non eſſe ſolu-
tum, quaſi ſecundo caſu non intelligatur delictum tacite remiſſum, ex
25 quo dominus fuit ignorans, l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omnium iudic.
quia delictũ indiſticte vr̃ extinctũ, ẽt ſi dñus ignorauerit, vt tenet Ruin.
in d. cõſ. 10. n. 8. vol. 1. ex ſentẽtia Ancar. & Raph. & latius idẽ Ruin. in. cõſ.
159. n. 12. & ſeq. vol. 1. licet cõiter doct. velint, iſtud ius declarãdi bona eſ-
ſe deuoluta ob nõ ſolutũ canonẽ cõtra hęredes ẽphyteutæ trãſire, qñ dñs
non fuit in vita illius, q ceſſauit, cõqueſt⁹, qa ignorabat, canonẽ non eſſe
ſolu-

ſolutum, vel tempus ad reuocandum non habuit: quia ſtatim deceſſit, Ruin.cõſ.70.paulo ante num.14.vol.5, ex ſententia Iacob.de Beluiſio in c.1.§.1.quib.mod.feud.amittat. & Cin.in l.1.C.de reuocand. donat. & Bald.in §.porro c.1.quę ſit prima cauſa beneficii amittendi.& in l.t. de rerum diuiſione.quæſt.39.vt tenet etiam Aret.conſ.14.in fine, verſiculo ſed remanet, Octauian.Cacher.deciſ.29.numero 13.& ex communi doct.ſententia Burſat.qui multos alios in eandem ſententiam citat,conſ.91. numero 5.& ſeq.& numero 21.vol.primo Alex.conſilio 189 numero 7. vol.6.Hippolit.de Marſ.in repet.l. vnicæ numero 88.C.de rapt. Virgin. Ioann.Andr.in c.fin.col.pen.verſ. in gloſ.vlt.de donat.Salic.in l.finali,in fine C.de reuocand.donat. Aluarot. in c.imperialem.§.inſuper col.3. verſ.ſed tu aduerte, de prohib.feud.alienat.per Friderich.Iacob.de Sancto Georg.in tract.de feud.in verbo Dicti vaſalli il primo numero.51.vbi hanc communem dicit, vt eum refert, & ſequitur Ant.Gabriel.d.cõcluſ. 35.lib.7.verſ.1.declara & verſ.ſecundo declara, numero 4.& 6.vbi alios congerit.& nota hanc declarationem, quia magna eſt limitatio ad d.cõ cluſionem, quòd dominus non poſſit declarare, velle eſſe locum caduci-
26 tati poſt mortem illius, qui in ſolutione ceſſauit, cum in dubio præſumatur dominus ignoraſſe, bona ob non ſolutum canonem eſſe deuoluta, Ruin.d.conſ.70.numero 14.vol.5. Alex.conſ.105. magnifice prętor, numero 14.vol.3. De quo vide etiam Bero.conſ.116. numero 13.& ſeq.vol. primo.& not.per Dec.conſ.185.verſ.vlterius reuocatur in dubiũ numero 10.& ſeq.& in caſu, quòd priuatio emphyteuſis inducatur ipſo iure abſque eo, quòd requiratur declaratoria domini, tunc indiſtinctè pœna peti poteſt contra hęredes emphyteutæ, vt diſtinguit, & declarat Berous in dicto conſilio nonageſimo octauo, numero trigeſimo octauo, volumine primo.licet cauendum ſit ab eius dictis, dum vult, in emphyteuſi priuati non requiri declaratoriam domini; quod eſt falſum, vt dixi ſupra de differentiis inter emphyteuſim eccleſiæ, & priuati, differentia. lib. ſecundo.

LIMITATIO PRIMA.

1 EMPHYTEVTA *ob nõ ſolutũ canonẽ a iure ſuo nõ cadit, vbi actũ fuit ꝙ inue-*

caducitas, vbi emphyteuta in inſtrumento obligauit ſe ad ſolutionem 20. pro canone cum conditione, vt aliquo modo non poſſit proteſtari, nec cauſari caducitas contra dictum emphyteutam, & eius ſucceſſores, & non ſolum dicitur remiſſa caducitas, quæ ex non ſolutione canonis oritur: ſed etiã illa que cauſatur ex alienatione irrequiſito domino, & ex aliis cauſis, vt tradit Cephal. in conſ. 347. vol. 3.

3 TV tamen intelligas quantum attinet ad emphyteuſim eccleſiæ, vt ſit vera ſupradicta limitatio, quando a principio id fuit actum: ſecus ſi prima vice res fuit in emphyteuſim data abſque dicto pacto, vt emphyteuta ob non ſolutam penſionem non poſſit expelli: nam ſi poſtea conceditur a Prælato, vel rectore eccleſiæ cum dicto pacto emphyteuſis, quæ non erat ſolita ita concedi, emphyteuta non excuſatur, cum pactum nõ valuerit, nec potuerit Prælatus, vel Rector formam antiquæ inueſtituræ alterare, etiam in his, quæ non ſunt de ſubſtantialibus, ſed de accidentalibus contractus, & formam conſuetam excedere ad præiuditium eccleſiæ, ad tradita per Bald. in auth. quas ruinas num. 3. C. de ſacr. eccleſ. & per Paul. de Caſtro num. 7. & Iaſ. num. 19. & Dec. num. 22. in auth. qui rem. C. eod. tit. & per Alex. in conſ. 9. viſo themate, num. 2. vol. 5. & per eundẽ Alex. in conſ. 38. ponderatis num. 5. vol. 2. & per Cuman. in conſ. 99. quædam poſeſſio in primo dubio, & per Hier. Gabriel. conſ. 83. num. 10. & p Alex. conſ. 5. num. 18. vol. 5. & per Crot. in repet. l. 1. §. ſed ſi mihi, num. 12. & ſeq. ff. de verb. obligat. tamen illud pactum excuſaret emphyteutam viuente eo Rectore, vel Prælato, qui ſub hoc modo emphyteuſim cõceſſit, & naturam antiquæ inueſtituræ alterauit: nam hoc modo paciſcendo videtur caducitatem tempore ſuæ vitæ incurrendam remittere; quod facere poteſt, gloſ. in d. c. potuit. in verbo expelli, & ibi Ant. de Butrio num. 19. & Imol. num. 34. & eſt cõmunis doct. ſententia, vt teſtantur Iaſ. in d. l. 2. num. 130. C. de iure emphyt. Alex. conſ. 5. num. 19. vol. 5. Hier. Alban. de poteſtate Papę & Cõcilii part. 1. n. 140. & nos latius dicemus infra hac eadem cauſa priuationis, limitatione vigeſima prima: & non ſolum poteſt caducitatem incurrendam remittere: ſed etiam penſionem, & canonis ſolutionem, & ſibi in hoc, donec vixerit, præiudicare, ita vt nõ poſſit res propter canonem non ſolutum ad remitentem redire, Ruin. conſ. 156. num. 19. cum duob. ſeq. vol. 1. vbi etiam num. antecedenti habes, quòd Dominus, cancellando noſtam conceſſionis emphyteuſis, dicitur emphyteutam a ſolutione canonis liberare.

LIMITATIO II.

1 CONSVETVDO, *vt emphyteuta ob non ſolutum canonem non poſſit expelli, valet.*

2 CAVSÆ *eccleſiarum, & clericorum ſecundum conſuetudinem patriæ decidi debent.*

3 CONSVETVDO *non multum damnoſa eccleſiæ valet, licet illa, quæ eſt multum præiudicialis eccleſiæ, non valeat.*

CAPITVLA *inter clerum, & commune Vrbini, quibus diſponitur, vt*
4 *emphyteuta ob non ſolutionem canonis non poſſint expelli, valent in vim conſuetudinis inductæ mixtim per clericos, & laicos, cum fuerint obſeruata per longiſſimum tempus, & ligant etiam ſucceſſores Prælatos.*

RES *inter alios acta alijs nocere non debet.*

5 SVCCESSOR *in prælatura non tenetur ſtare contractui prædeceſſo-*
6 *ris in ijs, quæ ſunt damnoſa, & contra vtilitatem eccleſiæ.*

SVCCESSORES *in cathedrali Vrbini, licet non ligentur in vim*
7 *capitulorum iuitorum ab Oddone de Columna cum commune Vrbini, vt emphyteuta ob non ſolutum canonem non poſſint expelli: ligantur tamen in vim conſuetudinis, quæ communiter & mixtim fuit obſeruata inter eccleſias & commune dictæ ciuitatis iuxta tenorem dictorum capitulorum.*

8 CONSVETVDO *ſupradicta excuſat etiam emphyteutam, qui habet emphyteuſim in territorio Vrbini, & illam accepit ab Abbatibus habentibus eorum Abbatias extra territorium, habentibus tamen beneficia an-*
9 *nexa in territorio.*

CONSVETVDO *poteſt dare legem omnibus rebus exiſtentibus in territorio cuiuſcunque ſint.*

10 CONSVETVDO, *ut emphyteuta non poſſit expelli ob non ſolutum canonem, excuſat emphyteutam, qui eſt vere ciuis illius ciuitatis, in qua viget conſuetudo: ſed non excuſat emphyteutam, qui eſt ciuis per priuilegium, niſi in inueſtitura ſit dictum, ut cenſeatur facta conceſſio ſecundum capitula, ſiue conſuetudinem tiuitatis.*

CON-

11 *CONSVETVDO ſupradicta non excuſat emphyteutam, vbi dominus concedendo rem ſuam in emphyteuſim, aliter conuenit, & per pactum expreſſum aliter prouidit.*

1 LIMITATVR ſecundo, ſtante conſuetudine, vel Capitulis inter eccleſiam, ſiue dominũ, & emphyteutas, vt bona emphyteutica nõ poſſint eripi ab emphyteuta ob non ſolutum canonem, vt eſt Vrbini patrię meę; nam huiuſmodi conſuetudo valet, vt ſcriptum reliquit Abbas in conſ. 72. in negotio Guidonis Pauli vol. 1. quia, ſicut valet pactum huiuſmodi, vt dictum eſt ſupra in antecedenti limitatione; ita debet valere conſuetudo, cum ſit fortior, quàm pactum priuatorum, vt
2 probatur in capitulo fin. extr. de conſuetudine. & Papa etiam mandat decidi cauſas eccleſiarum & clericorum ſecũdum conſuetudinem patriæ, vt in c. 3. de eo qui mittit in poſſeſſionẽ. facit c. cõſtitutus, de in integr. reſtit. & c. cum cauſam, a contrario ſenſu, de re iudic. cui Abbati aſſentitur Ruin. in conſ. 4. ſub num. 5. vol. 1. Ripa conſ. 87. num. 1. Rocch. de Curte in c. fin. de conſuetud. ſect. 6. num. 14. verſ. quarto limita: qui etiam citat Ioann. de Anan. in conſ. 84. col. fin. idem tenentẽ: ſequitur Didac. Couar.
3 lib. 3. variarum reſolut. cap. 7. ſub num. 1. prope finem illius numeri: nã, licet dicta conſuetudo videatur eccleſiis damnoſa, tamen, quia non eſt multum damnoſa, valet ſecundum ipſos: nam non omnis conſuetudo contra eccleſiam eſt nulla; ſed illa, quæ magnum præiuditium affert, ad quòd citant capit. cum conſuetudine. de conſuetudine & capitulum cũ eccleſia ſutrina, de cauſa poſſeſſion. & propietat. ſatis eſt enim, vt eccleſia, & dominus poſſit agere ad penſionem, quamuis ad caducitatem, quæ eſt pœna, agere non põſſit: hoc enim continet æquitatem, quam eccleſia debet ſeruare, capitulo ſuam. extr. de pœnis. & cum capitula inter
4 eccleſiam cathedralem, & R R. D D. Canonicos, & commune Vrbini ſuper bonis emphyteuticis fuerint obſeruata per longiſſimum tempus; ligãt etiam ſucceſſores Archiepiſcopos: quia valent in vim conſuetudinis inductæ mixtim per Clericos, & laicos; quæ conſuetudo mixta in materia licita, quæ non tangit priuilegia, nec perſonas clericorum in ſpecie, inducitur, ita vt clericos, & laicos liget, ad not. per Abbat. in capitulo cum cauſa, in 3. notab. de re iudicata, per Imol. in capi. ad noſtram, de prob.

per Felin.in c.eccleſiæ ſanctæ Mariæ, de conſtit.col.31.& 32.quos refert
& ſequitur Ioan.Baptiſta Ferret.conſ.252.vol.2. ita etiam in terminis ſu-
per eiſdē capitulis īter RR.DD.Canonicos,& cōmune Vrbini conſultus
reſpondit Ancar.in conſ.44.primo de viribus.num.4.iuncto verſ.itē nec
vigore conuentionum,ſub num.2.Idem quòd ſtante huiuſmodi conuē
tione inter comune,& Canonicos emphyteuta non poſſit expelli,tradit
Ioan.de Anan.in cōſ.84.vidēdum eſt verſ.quarto, & verſ.poſtremo ſub
num.2.& quòd huiuſmodi conſuetudo patriæ emphyteutam defendat,
vt non poſſit expelli, ſcripſit etiam Dec.in l.cum tempus.num.9.de reg.
iur.Iaſ.in l.2.num.120.C.de iure emphyt.Guliel.Reodan.in tract.de reb.
eccleſ.non alienand.pag.25.num.22.vbi citat Roc.de Curte,idem tenen
tem in d.c.fin.de conſuetud. idem Reodan. pag.498. num.12. & ſeq.
Et,quàmuis Auguſt.Bero.in conſ.107.num.6.verſ.& prædictis non ob-
ſtat vſque ad finem illius conſilij, vol.1.multa adducat, quæ ſupradictis
videntur aduerſari,& in conſ.104.num.4.eod.vol.dicat,huiuſmodi cō-
cordiā ſucceſſores in prælatura non ligare, tū quia res inter alios acta aliis
5 nocere non debet,vt in rubr.& nigro C.res inter alios acta. tum quia in
ijs,quæ ſunt damnoſa,& contra vtilitatē eccleſiæ, ſucceſſores contractui
6 prædeceſſorum ſtare non tenentur, vt eſt text.in c.fin.vbi omnes Cano-
niſtæ,ne Prælat.vices ſuas.tamē non aduerſantur d.conſ.Abbatis 72.quia
ipſe loquitur,vbi hoc conſuetudine cōmuni tàm laicorum, quàm cleri-
corum eſſet inductum,vt eſt Vrbini.Ideo ſucceſſores in eccleſia ligantur;
nam,licet non ligentur in vim capitulorum initorū ab Oddone de Colū
7 na cum commune Vrbini:ligantur tamen in vim conſuetudinis:quæ cō
muniter fuit mixtim inter eccleſias,& cōmune ciuitatis poſtea obſeruata
iuxta tenorē dictorū capitulorū;& tradita p eundē Bero.d.cōſ.107.pce-
dūt,vbi ſolū id fieret ſtatuto ciuitatis:quia non poteſt ſtatutū ad ꝑiudiciū
eccleſiarum hoc iducere:ſed duntaxat ad præiudicium priuati domini,
vt diximus ſupra hac eadem cauſa priuationis, ampliat.40.& īfra limita
tione tertia.

AMPLIATVR ſupradicta limitatio,vt excuſet etiā emphyteutam,
qui habet emphyteuſim in territorio Vrbini,& illā recepit ab Abbatib⁹
8 habentibus Abbatias eorum extra territoriū Vrbini, beneficia tamē an-
nexa,ſiue membra in territorio:nam quantum ad illa membra, & res in
territorio conſiſtentes,& illa,quæ concernunt ipſa res, habentur perīde
ac ſi eorum Abbatiç eſſent in territorio, ita,vt circa illas res poſſit induci
conſuetudo in concernentibus ipſas res, & perſonas Abbatum, ac ſi
haberēt Abbatias in territorio:ita in terminis Paul.de Caſtr.cōſ.173.præ
ſuppoſita obſeruantia,volu.1.quod etiā videtur tenere Abbas.in d.cōſ.72,
6 verſ.conſuetudo, dum dicit conſuetudinem poſſe dare legem omnibus

rebus

rebus exiſtentibus in territorio cuiuscunque ſint, & allegat. l. ętatem. §. rebus ff. de cenſib. & l. numerum. §. patrimoniorum autem. ff. de muner. & honorib. & inquit facere 8. diſtinct. c. quæ contra, & 12. diſtinct. c. illa, & c. illud, & quod not. Innocent. in c. poſtulaſti, de foro competenti, & Bart. in l. cunctos populos. C. de ſum. Trinitate, & dicit in propoſito facere, quod ponit Federic. de Sen. conſ. 146. & Ioannes Andr. poſt Archidiacon. in c. 1. de immunit. eccleſ. lib. 6. vbi quærunt de bonis Abbatiæ exiſtẽtibus in alio territorio, quàm ſit Abbatia.

10 DECLARATVR primo dicta ſecunda limitatio, vt non excuſet emphyteutam, qui non eſt vere ciuis illius ciuitatis, in qua viget conſuedo, vt emphyteuta ob non ſolutum canonem non poſſit expelli: ſed eſt ciuis per priuilegium, vt conſultus reſpondit Bero. ſuper concordia Rauennæ ciuitatis in conſ. 104. num. 6. vol. 1. niſi in inueſtitura eſſet dictum, vt cenſeatur facta conceſſio ſecundum capitula, ſiue conſuetudinem ciuitatis, vt per Paris. in conſ. 108. num. 46. vol. 1. ſuper concordia eiuſdem Rauennæ ciuitatis.

11 DECLARATVR ſecundo, vt conſuetudo prædicta, vt emphyteuta ob non ſolutum canonem non poſſit expelli, non excuſet emphyteutam, vbi dominus, concedendo rem ſuam, aliter conueniſſet, & per pactum ſibi aliter expreſſe prouidiſſet: nam tunc emphyteuſis ex partium conuentione legem accipit l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſiti & intelligitur ab illa conſuetudine receſſum, Bero. in d. conſilio 107. ſub numero ſeptimo, in fine, & num. ſeq. volumine primo.

LIMITATIO III.

1 *EMPHYTEVTA ob non ſolutum canonem à iure ſuo non cadit, ſi extat ſtatutum in ciuitate, vt emphyteuta ob non ſolutum canonem, etiam ſi ſtaret per 30. annos, non poſſit expelli.*

2 *EMPHYTEVTA, qui iurauit canonem ſoluere, non defenditur a caducitate beneficio ſupradicti ſtatuti.*

3 *EMPHYTEVTA eccleſiæ non excuſatur a caducitate beneficio ſupradicti ſtatuti, niſi ſtatutum eſſet ex certa ſcientia Pontificis confirmatum.*

DE-

DECLARATVR tertio principalis concluſio
1 vbi extaret ſtatutum in ciuitate, vt emphyteu-
ta ob non ſolutum canonem, etiam ſi ſtaret p
triginta annos non poſſit expelli; quia pōt hoc
ad præiuditium domini induci, Berous d.cōſ.
126.in principio vol. 1. Bologninus in cōſ.31.
col. 1.Hier. Cagnol.in repet.l.ſi quis maior. n.
35.C.de tranſact.quod tamen intelligendum
2 eſt niſi emphyteuta iuraſſet canonem ſoluere;
nā tunc emphyteuta beneficio ſtatuti nō iuuat, cū ſtatutū huiuſmodi nō
comprehendat contractum iuratum, vt volunt ſupracitati doctores, &
nos diximus ſupra ampliatione quadrageſima, hac eadem cauſa priuatio
nis, verſ.ſub ampliatur ſupradicta ampliatio: & non procedit etiam quo
3 ad emphyteuſim eccleſiæ, niſi ſtatutum eſſet ex certa ſcientia Pontificis
confirmatum, cum ſtatutum non poſſit ad præiuditium eccleſiæ diſpo-
nere, vt emphyteuta ob non ſolutum canonem iure ſuo non priuetur. c.
quæ in eccleſiarum. & c. eccleſiæ ſanctæ Mariæ. de Conſtit. Abbas in d.
conſ.72.in princ.vol.1, Bero.d.conſ.126. & Bologn.dicto conſ.31.

LIMITATIO IIII.

EMPHYTEVTA ob non ſolutum canonem non poteſt
1 *expelli, ſi in inueſtitura cautum fuit, vt emphyteuta ca-*
nonem non ſoluente, liceat domino propria auctoritate in-
gredi bona, & retinere quouſque ſit ei ſatisfactum.
ECCLESIA poteſt apponere pactum in conceſſione
2 *emphyteuſis, vt res ob non ſolutum canonem non cadat*
in commiſſum.

DECLARATVR quarto, vbi in inſtrumento inueſtituræ cau-
tū fuiſſet, vt, ſi emphyteuta canonē nō ſolueret, domino liceret
1 propria auctoritate ingredi bona, & retinere, quouſque eſſet ei
ſatisfactum, ita Paul.de Caſtro in conſ.a 37.primo videndum, vol.1.in 1.

dubio,

dubbio: quoniam virtus illius dictionis Quouſque, eſt, vt poſtquam domino fuerit integre ſatisfactum, retinere non liceat, ſicut dictionis tandiu, allegat l. 1. §. fin. & l. ſine §. tandiu. ff. de ventre in poſſeſ. mittendo. & l. ſufficit ff. de condit. indebiti. ſicuti etiam virtus eſt dictionis Donec. C. de vſufr. l. ambiguitatem. §. ſin autem talis et quod notat Bart. in l. fin. ff. ad Tertull. igitur videtur actum per hoc, vt res non cadat in commiſſum nam, ſi incideret, vtrunque liceret, ſ3, retinere, & penſionem preteriti tēporis petere, & ſic poſt ſolutionem retinere. ad quod citat plene not. per Cin. C. de iure emphyt. l. 2. in 4, quæſt. & inquit, quòd de hoc eſt caſus in l. colonus. ff. locati. & in c. querelam de elect. & ibi not. in gloſ. & not. ſpe-
2 cul. de locato. §. nunc aliqua. verſ. 22. cū nec dubiū ſit, quòd eccleſia poſſit apponere pactum, ne res cadat in commiſſum ob non ſolutionem canonis, vt ipſe Caſtr. docet, & nos diximus ſupra in prima limitatione.

LIMITATIO V.

1 EMPHYTEVTA, *qui canonem ſoluere ceſſauit, iure ſuo non priuatur, quando erat creditor domini, cui ſoluere debebat in eadem quantitate, vel maiori. & compenſatio fit ipſo iure, etiam ſi emphyteuta intra biennium, vel triennium compēſationem nō obijciat, ſi modo ſit paratus compenſare, ne res cadat in commiſſum.*

2 COMPENSATIO *non fit de frumento, vel vino ad pecuniam, vel è contra.*

3 EMPHYTEVTA *non poteſt obijcere compenſationem ad excuſandū ſe a caducitate, ſi canon in quantitate pecuniæ conſiſtebat, & dominus erat debitor emphyteutæ ſub alternatione quantitatis pecuniæ, vel ſpeciei, & erat eius electio.*

4 COMPENSATIO *non fit ad euitandum caducitatem ob non ſolutū canonem, ſi canon in quantitate conſiſtit, & dominus eſt debitor quantitatis: ſed facultatem habet ſe liberandi per ſolutionem ſpeciei, vt in debito ex cauſa noxali.*

5 COMPENSATIO *non fit, quando ex vna parte debetur ſpecies, & ex alia pecunia.*

6 COMPENSATIO *non fit de ſpecie ad ſpeciem, nec de genere ad aliud genus.*

7 EMPHYTEVTA *qui vult obijcere compenſationem ad euitandum caducitatem, oportet, vt ſit creditor domini ante lapſum biennium, & tempus*

purgande mora & ut non ſit creditor in minori quantitate, quam ſit canon.

1 LIMITATVR quinto, quando emphyteuta, qui canonem ſoluere ceſſauit, erat creditor domini, cui ſoluere debebat in eadem, vel maiori quantitate: nam, vt res non cadat in commiſſum, & ne ẽphyteuta priuetur iure ſuo; fit cõpenſatio ipſo iure, etiam ſi emphyteuta intra biennium, vel triennium, compenſationem nõ obiecerit, ſi modo paratus ſit compenſare, vt fit in alijs rèbus pœnalibus, ſecundum gloſ. & doct. cõiter in l. ſi conſtat. C. de compẽſat. & ita in terminis quæſt. nr̃æ tenent Iaſ. in l. 2. num. 62. & ſeq. C. de iure emphyt. Imol. in c. bona fides, ſub num. 20. extr. depoſiti. & ibidem Abbas num. 11. & Ant. de Butrio in vlt. notab. Cagnol. in auth. qui rem num. 55. in decimaquarta limitatione. C. de ſacr. eccleſ. Soc. in conſ. 99. in cauſa eximij doctoris, num. 5. vol. 1. vbi inquit, quòd hanc opinionem vr̃ firmare Speculat. in §. nũc aliqua, verſ. 79. de locato. cum hæc opinio ab eo vltimo loco referatur, l. qui filium. §. Sabinũ. ff. ad Macedon. quam opinionem ſequutus eſt etiã Curt. Sen. in conſ. 70. ſuper controuerſia. col. vlt. verſ. tranſeo ad 3. quæſitum. vbi inquit, quòd in iudicijs ita ſolet obſeruari, Guliel. Reodan. in tract. de reb. eccleſ. nòn alienàndis quæſt. 19. cap. 3. num. 1. pag. 439. vbi citat Angel. in l. ſemel mora. ff. ſol. matr. & Ioann. Fabr. & Ioann. de Plat. in. §. bonæ fidei, inſtit. de actionib. idem ſentientes: cum quibus eo loci tranſit etiã Iaſ. num. 83. Bald. in ſua margarita, in verbo emphyteuſis, Tiraq. de retract. lignag. §. 3. in gloſ. 3. num. 4. qui alios quàm plures refert, Alberic. in l. cum aliter. ff. de compenſat. & in l. 2. C. de iure emphyt. Odofred. & Fulgoſ. in l. ſi conſtat C. eod. tit. de compenſat. Barbat. in d. c. bona fides, extr. depoſiti. Pariſ. conſ. 108. num. 50. vol. 1. Roland. a Valle conſ. 87. nu. 26. & ſeq. vol. 1.

2 VERVNTAMEN, vt fiat compenſatio ad effectum, ne res cadat in commiſſum, oportet, vt emphyteuta ſit creditor eiuſdem generis, & in quantitate, quæ recipiat functionem in genere ſuo: nam, ſi canon in quantitate frumenti conſiſteret, vel in vino, & emphyteuta creditor eſſet in pecunia, vel e contra canon coſiſteret in pecunia, & emphyteuta eſſet creditor frumenti, vel vini, non admitteretur compenſatio, vt notatur in l. neq. de compenſat. & ſentit gloſ. in l. diuortio. §. ob donationes. ff. ſol.

3 matrim.& in terminis noſtris tradit Ruin.in cōſ. 153. n. 4. vol. 1. Item nō
fieret compenſatio ad excuſandum emphyteutam a caducitate,ſi canon
in quantitate pecuniæ conſiſteret, & dominus eſſet debitor emphyteu-
tæ ſub alternatione quantitatis peccuniæ,vel ſpeciei,& eſſet eius electio:
quia tunc non admitteretur compenſatio, vt docet Iaſ.in d. §.in bonæ
4 fidei, num. 63. inſtit.de action. ſequutus ibidem Bald. Sicuti etiam non
fieret,ſi canon in quantitate conſiſteret,& dominus eſſet debitor quan
titatis:ſed facultatem haberet ſe liberandi per ſolutionem ſpeciei, vt cla-
re liquet in debito ex cauſa noxali,in quo dominus tenetur ad quātitatem
damni illati a ſeruo ſuo, & tamen, dando ſeruum ſuum pro noxa, & ſic
ſpeciem,liberatur, iuxta l.miles.§. 1.cum ſimilibus.ff.de re iudic. vt decla
rat Iaſ.in d.§.bonæ fidei num. 64. ex ſententia Bald.& Angel.ibidem alle-
gātium l.ſi quis ſtipulatus fuerit decē in melle,& quod ibi Bart.not.ff.de
ſolut.pro quo ipſe Iaſ.allegat gloſ.in terminis, in l.qui iniuriæ.§.1.ff.de
furt.& Bart.in l.ſi ſeruus communis.§.idem dicendum.ff. eod.not.per
Bald.in l.cum fundus.§.ſeruum tuum imprudens.ff.ſi cert.petatur.ſimi
liter ſi canon conſiſteret in ſpecie, puta quia eſſet vnius caponis,& em-
phyteuta eſſet creditor domini in tanta quantitate pecuniæ,vel maiori,
ad quam aſcendit valor illius caponis: compenſatio non fieret ad hunc
effectum, ne ipſe ob non ſolutum canonem emphyteuſi priuetur, cum
5 non fiat compenſatio,quando ex vna parte debetur ſpecies,& ex alia pec
cunia gloſ.& ibi Imol.num.17.in d.c.bona fides,ext.depoſiti:Sicuti eti-
6 am non fit de ſpecie ad ſpeciem, nec de genere ad aliud genus, vt Imol.
ibidem tradit,& gloſ.in d.§.in bonæ fidei, & eo loci Iaſ.num.62.cū plu
rib.ſeq. & Tindar.in ſuo tract.de compenſat.artic.3.ad quos doctores le-
ctorem remitto, cum hæc non ſit propriè materia noſtra, & ex eorum
ſcriptis ſecundum facti contingentiam poterit quis decidere, in quibus
caſibus emphyteuta poſſit, vel non poſſit compenſare, vt iure ſuo non
7 priuetur ob non ſolutum canonem.Illud tamen certum eſt,quòd ad eui
tādam caducitatem huiuſmodi,oportet, vt emphyteuta,qui vult compē
ſare,ſit creditor domini ante lapſum biennium & tempus purgādæ mo-
ræ, vel ante lapſum triennij, ſi emphyteuſis ſit priuati domini: nam ſi
poſt caducitatem emphyteuta efficeretur domini creditor, nihil ſibi ad
hunc effectum prodeſſet cum compenſatio non fiat de caducitate iam
incurſa,ſed de incurrēda, Alex.in conſ.196.viſis, pōderatiſque num.5.vol.
7.Roman.in conſ.204.pro diſcutienda col.4.verſ. Nec refragatur, dū di
cit,vt fiat compenſatio ad euitandam pœnam, requiritur, vt ex vtraque
parte pecunia ſit eodem tempore debita, nec ſufficit, vt ex vna parte ſit
præſenti tempore debita, & ex altera parte ſit futura deberi:& omnino
requiritur,vt emphyteuta non ſit creditor in minori quantitate, quàm

ſit

ſit canon. quia, ſi eſſet in minori quantitate, cũ compenſatio habeat vim ſolutionis, emphyteuta integrum canonem non ſoluiſſet, & conſequenter caderet a toto iure ſuo, cum ceſſatio in parte ſolutionis canonis, etiã minima, faciat, vt emphyteuta cadat a tota re, vt diximus ſupra hac eadẽ cauſa priuationis in quinta ampliatione.

LIMITATIO VI.

SOLVTIO *canonis facta ab extraneo, tanquam a procuratore emphy-*
1 *teuta, vel eius negotiorum geſtore, prodeſt emphyteuta.*

LIMITATVR, ſexto quando alius extraneus tanquam procurator emphyteutæ, vel tanq̃.
1 eius negotiorum geſtor canonem ſoluiſſet: nam iſta ſolutio prodeſt ipſi emphyteutæ l. ſoluendo. & l. quæ vtiliter, ad finem. ff. de negot. geſtis. nam, quãdo tractatur de conſeruatione iuris realis, vt eſt emphyteuſis, factũ negotiorum geſtoris ſemper mihi prodeſt ad conſeruationem, & retentionem, l. vſum. ff. Quẽadmodũ ſeruit. amitt. l. arboribus. §. qui tamẽ. ff. de vſufr. p quæ iura ita tenuerunt in ſpecie noſtra Iaſ. in d. l. 2. num. 68. C. de iure emphyt. Roman. in conſ. 103. viſo propoſito quæſtionis themate, in principio, & quæ habentur etiam in ſequenti limitatione.

LIMITATIO VII.

1 SOLVTIO *canonis ab extraneo facta etiã nomine proprio ipſius ſoluẽtis, qui nullum ius in emphyteuſi habeat. prodeſt emphyteuta & facit, vt res non cadat in commiſſum.*

TERTIVS *inuito domino pro emphyteuta canonem ſoluere nõ poteſt*

poteſt, licet quis ſoluere pro alio poſſit inuito creditore.

4 DEPOSITIO, *& conſignatio canonis facta a tertio non habente ad id mandatum ab emphyteuta, emphyteutæ non prodeſt.*

5 TERTIVS, *habens hypothecam in emphyteuſi, poteſt abſque mandato pro conſeruatione ſui iuris inuito domino canonem ſoluere, & domino recuſāte recipere, deponere, & conſignare; quæ ſolutio, & depoſitio conſeruat etiam ius ipſi emphyteutæ, dummodo emphyteuſis potuerit ſine conſenſu domini hypothecari.*

1 SEPTIMO, declaratur quandò canon ſolutus fuiſſet a tertio nomine ſuo proprio, etiā ſi ſoluens nullum ius in emphyteuſi haberet, eadē ratione, quia in emphyteuſi tractatur de cōſeruatiōe iuris realis, nec refert, quomodo canon ſoluatur, aut a quo, aut cuius nomine, dūmodo ſolutus ſit, d.l. arboribus. §. quod tamen ff. de vſufruct. vbi hoc tradit Bald. & in l. ſolennibus, num. 4. C. de rei vendicat. & probatur in terminis in l. forma. §. ſi tamen ego. ff. de cēſib. vbi ſolutio cenſus, aut canonis facta per ius non habentem nomine ſuo, prodeſt ius habenti quo ad conſeruationem emphyteuſis, aut fundi cenſuarii, vt tradunt Iaſ. in d. l. 2. num. 69. C. de iure emphyt. Roman. in d. conſ. 103. num. 1. & ſeq. & in conſ. 491. in caſu, in fine, & ſingulari 556, ſi emphyteuta. Dec. conſ. 58. col. fin. verſ. non obſtat aliud. Soc. iun. conſ. 70. proſequendo ordinem, n. 2. vol. 1. Abbas conſ. 67. col. 3. prope finem, vol. 2. Berous conſ. 199. nu. 19. & conſ. 204. n. 17. vol. 1. Anc. conſ. 44. primo de virib⁹ n. 7. Caſtr. conſ. 105. ſi nō intereſt, in fine, vol. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 9. nu. 259. qui citat Andr. Piſa. Gul. Cun. in d. l. ſolennib. de rei vend. idē ſentientes, & Alex. conſ. 71. videretur, paulo āte finē, vol. 1. & Lancel. Dec. in l. apud Iulianum, §. hæredes, col. 2. de leg. 1. cum quibus tranſit etiā Guliel. Reodan. in tract. de reb. eccleſ. non alienandis, quæſt. 24. cap. 3. num. 25. pag. 500. Barthol. ſoc. conſ. 38. num. 5. vol. 4. & eſt crebrior doct. opinio, vt teſtatur Mādoſ. in apoſt. ad d. conſ. Romani 103. & verior, licet apoſt. ad Bald. in d. l. ſolennibus, contrarium exiſtimauerit in verbo, A quocunque ſoluatur.

2 DECLARATVR tamen ſupradicta limitatio, vt non procedat, ſi dominus recuſaret canonem recipere ab iſto tertio, qui non eſt procura

tor

tor emphyteutæ: nam, licet quis poſſit pro alio ſoluere inuito creditore,
l. 1. & l. ſoluendo. ff. de negot. geſtis. nõ poteſt tamen tertius pro emphy-
2 teuta inuito domino canonem ſoluere, ſi ab eo mandatum non habeat,
cum ipſe ſoluatũr non ſolum ad finem liberationis obtinendę, ſed ẽt
in recognitionem directi dominij, exiſtentis penes dominum: quæ
recognitio non poteſt fieri per tertium: ideo inuito domino canonem
ſoluere non poteſt, Bald. in l. acceptam. num. 37. & ibidem Salic. in vlnma
quæſt. C. De vſuris Iaſ. in dicta l. 2. C. de iure emphyt. numero 70. quęſt.
26. Natta conſ. 194. num. 8. Guliel. Reodan. in tract. de reb. eccleſ.
3 non alienand. quæſt. 19. cap. 3. num. 7. pag. 440. Tiraq. qui multos alios
in hanc ſententiam citat, de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. num. 262. neq; etiã
iſte tertius, non habens mandatum ab emphyteuta, ſi nomine emphy-
teutæ canonem deponeret, & conſignaret, quicquam ageret, neque ius
emphyteutæ conſeruaret: quia, ſi non poteſt inuito domino canonem p̱
emphyteuta ſoluere, minus poteſt deponere, & conſignare ad effectum
4 prædictum, vt docet Iaſ. in d. l. 2. C. de iure emphyt. num. 71. & Tiraq. &
Reodan. in locis ſupra proxime citatis, niſi iſte tertius haberet hypothe-
cam in emphyteuſi: quia tunc abſque mandato poſſet pro conſeruatio-
ne iuris ſui canonem inuito domino ſoluere, & eo recuſante recipere, de
ponere, & conſignare: & hæc ſolutio, ſiue depoſitio, & cõſignatio con-
ſeruaret etiam ius ipſi ẽphyteutæ, vt tradunt Iaſ. in d. l. 2. quæſt. 24. num.
67. C. de iure emphyt. Ripa in l. conuentio num. 12. ff. de pignorib. Tira
quel. qui more ſuo multos alios in hanc ſententiam congerit, de retract.
conſanguin. §. 36. gloſ. 2. num. 19. dummodo tamẽ emphyteuſis, pro qua
vult canonem ſoluere, ſit talis, vt poſſit ſine conſenſu domini hypotheca
ri, vt declarat apoſt. ad conſ. Alex. 45. ſub. num. 3. in verbo Verius, vol. 5.
ad tradita per Alciat. conſ. 258. num. 3. & 14. & per me ſupra, de cauſa pri
uationis ob alienationem irrequiſito domino factam, limitatione trigo-
ſima tertia, verſ. Et in tantum, num. 5. Ex quo infertur, quòd, licet fiſcus
poſt ſententiam habeat tacite bona delinquentis obligatã, vt tradit Au-
guſt. ad Angel. de maleficiis. in verbo dictum Semponium, num. 11. ex
cõmuni doct. ſententia, vt ipſum refert, & ſequitur Iul. Clar. in §. fin. quæ-
ſt. 78. in fine, lib. 5. ſent. receptarum: tamen, ex quo Arimini communiter
in inueſtituris, quæ fiunt ab eccleſiis; apponitur pactum, vt non liceat em
phyteuſim obligare ſine licentia eccleſiæ petita, habita, & obten-
ta; fiſcus non poterit canonem ſoluere, vel deponere inuita
eccleſia pro conſeruatione iuris hypothecæ, ne res ca-
dat in commiſſum.

LIMITATIO VIII.

1 EMPHYTEVTA *ſoluens alteri recipienti canonem nomine domini ipſo domino ſciente, & patiente, a iure ſuo non cadit.*

2 DECLARATVR octauo, quando emphyteuta ſoluit alteri recipienti canonem nomine domini, ipſo domino ſciente, & patiente: quia, ex quo dominus ſcit, alium nomine ſuo canonem recipere, & non contradicit, videtur conſentire, vt ipſi ſoluatur, l. fin. ff. Quod cum eo. & ita ſibi præiudicat, vt non poſſit emphyteutam expellere, vt tradit Guido Papa deciſ. 173. ante numerum quartum, cui aſſentitur Tiraquell. de retract. lignag. §. nono, gloſſa tertia, numero decimo ſexto.

LIMITATIO IX.

1 EMPHYTEVTA *ob non ſolutionem canonis iure ſuo non priuatur, quando non aderat, cui ipſe emphyteuta canonem ſoluere poſſet: quia toto tempore biennij eccleſia fuit vacans, vel hereditas toto tempore triennij fuit iacens, ſecundum communem.*

2 ETIAM, *ſi non fuerit proteſtatus, vt canonem ſolueret, ſi adeſſet, qui illum reciperet.*

3 MORA *vna cum altera compenſatur.*

4 SPECVLATOR *ſenſit, emphyteuſim cadere in commiſſum, ſi canon hęreditate iacente ſolutus non fuit: ſed emphyteutæ dari in integrum reſtitutio.*

NONO, declaratur quando non aderat, cui em-
1 phyteuta canonē ſoluere poſſet: quia eccleſia
toto tempore biennii fuit vacans, vel hęreditas
toto tempore triennii fuit iacens: nam iſto ca-
ſu tutus eſt emphyteuta, ex quo non habuit,
cui canonem ſolueret: ita Hoſtienſ. in ſumma,
tit. de locato, col. penult. qui ad idē allegat Din.
in c. cū quis, de reg. iur. in 6. vbi præſupponit,
ꝙ pœna non committitur mortuo ſtipulatore, ſi
non adſit, cui ſolui poſſit, Hoſt. ſequitur Ruin. in conſ. 151. num. 4. vol. 1.
Bald. in l. 2. in fine. C. de iure emphyt. per l. ſi prędio. ff. de in diem adiect.
cum quo in d. l. 2. quæſt. 20. num. 64. tranſit Iaſ. & refert idem exiſtimaſſe
Albericum in l. 4. §. cæterum. ff. de damno infecto. Quibus etiam accedit
Alex. in conſ. 172. viſis, & oportune num. 3. vol. 2. quam opinionem late
etiam defendit idem Alex. in conſilio 92. perſpectis his ſub. num. 9. verſ.
2 ad hoc, quod notat, vſque ad n. 11. vol. 1. quæ crebrior eſt, & vera ēt ſi em-
phyteuta non fuerit proteſtatus, ꝙ canonē ſolueret, ſi adeſſet, qui recipe-
ret: nam huiuſmodi proteſtatio non eſt neceſſaria, vt concludit Alex. in
d. conſ. 92. num. 10. verſ. nec obſtat. vol. 1. & teſtatur etiam ex crebriori
doct. ſententia Mandoſ. in praxi ſignat: gratiæ in verbo penſiones. verſ.
quæro deſtinata erat penſionis ſolutio, vbi inquit ita fuiſſe concluſum
per DD. de Rota de anno 1535. ī Romana emphyteuſis, ī materia deuo-
lutionis ob nō ſolutum canonem, nam cum re vera non adſit, qui cano-
3 nem recipiat, vna mora cum altera compenſatur, & neuter dicitur eſſe in
mora, vt tradit Caſtr. in l. ſi emptorem. in principio. ff. de act. empti. Dec.
in conſ. 566. promiſit Ant. num 4. & ſeq. Ruin. in d. conſ. 151. ſub num. 4.
4 vol. 1. vbi optime hoc probat. Speculator tamen in tit. de locato. §. nunc
aliqua, quæſt. 19. num. 30. per l. ad diem. ff. de verb. obligat. exiſtimauit, vt
res cadat in commiſſum, ſi canon hęreditate iacente ſolutus non fuerit:
ſed vt emphyteutæ ſit danda in integrum reſtitutio per l. 1. & l. ſed ſi per
prætorem. ff. Quibus ex cauſ. maior: cum quo videtur ibidem tranſire Io-
ann. Andr. & Alberic. in d. l. 2. col. 10. C. de iure ēphyt. vt eos eodem loco
refert Iaſ. quæſt. 20. num. 64. ſed tu tene opinionem primam, cum illa ſit
cre-

crebrior.& verior, & ad d.l.ad diem, & ad alia omnia fundamenta reſpõdeat Alex.in d.conſ.92.verſ.ad hoc, ſub num.9.vol.1. ad quem lectorem breuitatis cauſa remitto, licet non inutile eſſe dicat canonem deponere, & conſignare, vel ſaltem proteſtari, vt canonem ſolueret, ſi adeſſet, qui reciperet, cum abundans cautela non noceat, vt inquit Dec.in d.conſ.566. num.5.ſi tamen eccleſiæ, antequam biennium compleatur, prouideatur de Rectore, debet emphyteuta ſoluere: aliàs a iure ſuo cadit, vt præſupponunt D D.de Rota in vna Roman. caſalis Truſcſellæ, ſub die quarta Maii. 1582.

LIMITATIO X.

1 EMPHYTEVTA, *qui toto tempore biennij, aut triennij fuit detentus in carceribus, ob non ſolutum canonem expelli non poteſt.*

2 EMPHYTEVTA, *qui ex legitima cauſa abſuit, ſi illo tempore in canonis ſolutione ceſſauit, expelli non poteſt, licet canonem ſoluere iuraſſet.*

3 EMPHYTEVTA *excommunicatus, ſiue interdictus, qui non potuit comparere ad canonem ſoluendum, excuſatur.*

LIMITATVR decimo, ſi emphyteuta toto tempore biennii, aut triennii detentus in carceribus fuiſſet: nam propter impedimentum carceris excuſatur, & non poteſt ab emphyteuſi ob non ſolutum canonem expelli, Ant.de Butr.in c.ſignificante.in 4.notab. extra de pignorib.& ibidem Barbat.col.3.verſ.nota quòd eo ipſo.& Imol.col.3.num.5.Iaſ.in d.l.2.quæſt. 21.n.65.C.de iure emphyt. Soc. Iun. in cõſ. 70.num.7.vol.1. Dec.in auth.qui rem, ſub num.9.verſ.ſeptimo fallit, C. de ſacr.eccleſ.& eodem loco Cagnol.num.31.in ſeptima limitatione. Tiraq.de retract.cõuent.§.1.gloſ.2.num.60.Guliel.Reodan.in tract.de reb. eccleſ.non alienand.quæſt.24.cap.3.num.24.pag.499.Paul.de Monte Pico in conſ.76.num.20. Ant.Rub.in repet.l. vinu.n.199.ff.ſi cert.petat.

vbi inquit, non eſſe veram opinionem Soc.in l.quod te. num.35.verſ. tertia limitatio.ff.cod.qui ſenis conſuluit,emphyteutam detentum in carceribus non excuſari a mora,& inquit,illam confundi ex dictis per Alex. in d.l.quod te,& per tex.in d.c.ſignificante.de pignorib.& hoc procedit, etiam ſi carceratus fuerit ſua culpa:nam etiam iſto caſu,ſi non ſoluerit,excuſatur; quia ſua culpa non inferebat ad hoc,ſed ad aliud, Syluan.de feudi recognitione,quæſt.77.num.5.generale enim eſt, vt emphyteuta,qui canonem non ſoluit,ſi fuit iuſte impeditus,expelli non poſſit,vt in eo,q.
2 ex legitima cauſa abfuit, conſultus reſpondit Dec.in conſ.138.diligenter pro tenui,ſub num9.verſ.poſtremo conſiderandum eſt. Grat.conſ.79.n. 11.& ſeq.vol.1.Ripa in d.l.quod te num.41.ſi cert.petatur. vbi id ampliat,etiam ſi emphyteuta canonem ſoluere iuraſſet,& dicit, quòd ita conſuluit Fulgoſ.conſ.7.iam pluribus annis, & quòd emphyteuta, qui fuit excommunicatus, & interdictus, nec potuit compatere ad ſoluendum canonem,ſimiliter excuſetur, tradit Pariſ.conſ.108.num.39.vol.1.ad qđ faciunt, quæ dicemus in ſequenti limitatione: in contrarium tamen, vt excommunicatus non excuſetur, ſi canonem non ſoluerit, facit,quia excommunicatus poteſt conſtituere procuratorem ad negotia,& excõmunicatio, & delictum emphyteutæ non debet ei tribuere excuſationẽ, vt dixi ſupra de cauſa priuationis ob non petitam inueſtituram intra legitima tempora, verſ.ſicuti etiam,num.25.vbi etiam num.antecedenti ponitur, an excommunicatio domini tribuat emphyteutæ excuſationem.

LIMITATIO XI.

1 EMPHYTEVTA, *qui in canonis ſolutione ceſſauit,excuſatur ſi tempore biennij,aut triennij peſtis adfuit in loco,vbi canonem ſoluere debebat.*

2 BELLVM *illatũ a Deo comparatur bello illato ab hoſtibus.*

3 EMPHYTEVTA, *ſicut tempore belli,quo non potuit colere,non tenetur ſoluere canonem: ita non tenetur tempore peſtis, nec etiam tenetur de impedimento proteſtari.*

4 EMPHYTEVTA *propter peſtem in loco, vbi canon ſoluendus erat, non excuſatur,ſi peſtis fuit parua,& exigua.*

DECLARATVR vndecimo, ſi tẽpore biẽnii, aut triẽnii peſtis adfuiſſet i loco,vbi ẽphyteuta canonẽ ſoluere debebat:quia tũc

ſi non

ſi non ſoluat,excuſatur,& expelli non poteſt,ita Ripa in tract. de peſte,de
priuilegiis contractuum cauſa peſtis,parte 2.num.12.qui citat Fulgoſ.in
conſ.7.iam plurib.annis.& inquit,quòd licet pœna committeretur,em-
2 phyteutæ eſſet danda reſtitutio propter legitimum peſtis impedimentũ,
iuſta not.per gloſ.& alios.in l.cum filius.§.in hac.de verb.obligat.cũ quo
trãſit Rebuff.in repet.l.vnicæ.num.116.verſ.idẽ ſi per peſtem.C.de ſẽtẽt.
3 quæ pro eo, quod intereſt,proferuntur.Marian.Soc.in tract.de citatio-
nibus,artic.18.ſub num.6.verſ.item alio modo.& Paul.Orian.in repet.l.
1.num.133.ff.de offic.eius,cui mandata eſt iuriſdict.quia bellum illatum
a Deo comparatur bello illato ab hoſtibus,vt tradit Bartol.in l.naturali-
ter.col.vlt.ff.de vſucap.& in l.prima ff. de bonorum poſſeſſione ſecun-
dum tabulas.Ideo,ſicut emphyteuta tempore belli,quo nõ potuit cole-
re,non tenetur ſoluere canonem, vt tradit Bart in l.1.C.de iure emphyt.
& dicam infra hac eadem priuationis cauſa, limitatione decima octaua:
ſic non tenetur tempore peſtis.Et hæc adeo vera ſunt,vt non teneatur ẽt
emphyteuta de impedimento peſtis proteſtari ad hoc, vt excuſetur,vt
docet Ripa in d.tract.de peſte,de priuilegiis iudiciorum cauſa peſtis,par
te 3.ſub num.23.verſ.contrariam opinionem, ſequutus Alex.& Iaſ.in l.
2.§.quod diximus ff.ſi quis caut.proteſtatio enim fit ad demonſtrandũ
impedimentum,& animum impediti:ideo,ſi alio modo poteſt apparere
4 de animo,& impedimento;ſatis eſt:quia non refert, quid ex æquipollẽ-
tibus fiat:&,cum primum conſtat de impedimento ſatis eſt in hoc caſu:
quia non eſt pręſumendum,quòd emphyteuta,ſi potuiſſet,noluiſſet ca-
nonem ſoluere, & emphyteuſim amittere, arg.l.cum de indebito.ff.de
probat.ſed,quod dictum eſt ſupra,emphyteutam non poſſe expelli, ſi in
loco adfuit peſtis,non procedit,vbi peſtis fuiſſet parua,& exigua, vt tra-
dit Henricus.Bott.in tract.de Synod.Epiſcopi, part.2.num.58. cum quo
videtur etiam ſentire Ioann. Igneus in repet.l.cõtractus.de reg.iur.num.
101.dum id,quod ſupra dictum eſt de peſte,intelligit verum,ſi peſtis ſit
talis, propter quam non reddatur ius in ciuitate, vel ſecure habitari in lo
co non poſſit per iura,quæ adducit.

LIMITATIO XII.

1 EMPHYTEVTA, *qui non habet tutum acceſſum propter gra-
ues inimicitias,vel aliam cauſam ad locum,in quo canon ſoluendus
erat,ob non ſolutum canonem expelli non poteſt.*

2 *EMPHYTEVTA, qui nō habet tutum acceſſum, tenetur procuratorem mittere ad ſoluendum canonem, ſi locus eius procuratori eſt tutus; & ſi hoc facere negligat, ob non ſolutum canonem a iure ſuo cadit.*

3 *VBI cauſa eſt ardua, quis procuratorem conſtituere non tenetur, ſecus vbi cauſa non eſt ardua.*

LIMITATVR duodecimo, quando emphy-
1 teuta non habebat tutum acceſſum propter
graues inimicitias, vel aliam cauſam ad locum,
in quo canon ſoluendus erat: quia tunc, ſi nō
ſoluat, excuſatur, ita Paris. in conſ. 108. num.
41. vol. primo. per not. in c. accedens. il. 2. vt lite
non conteſtata. & in Clement. paſtoralis. verſ.
Piſana. de re iudicata. cum alijs accumulatis
per Dec. in conſ. 146. pro tenui facultate mea,
ſub num. 1. verſ. præterea. vbi expreſſe dicit videri emphyteutā excuſandū
2 eſſe, ſi non ſoluit: quia locus ſolutionis non erat ſibi tutus propter inimici
tias: ſed tamen hoc eſt intelligendum, vbi locus tutus non eſſet, non ſo-
lum ipſi emphyteutæ, ſed etiam eius procuratori: nam, ſi locus tutus eſſet
procuratori ipſius; emphyteuta teneretur procuratorem conſtituere ad
canonem ſoluendum, iuxta not. per Innocent. in c. ex parte. de appellat.
& ibidem per Dec. n. 12. & gloſ. in verbo Fautoribus, in Clement. 1. de fo-
ro compet. & c. cum olim, de teſtib. dum dicit tex. Partibus, ſi fieri pote-
rit, vel ꝓcuratoribus eorum ad locū ſecurum, &c. Nō obſtat, quòd Hoſt.
Imol. & Abbas num. 5. ex communi doct. ſententia in d. c. ex parte. con
tra Innocentium ſenſerint, citatum nō teneri mittere procuratorem, vbi
locus tutus non eſt ipſi citato: quia hoc modo cogeretur dominus con-
3 ſtituere procuratorem contra c. querelam. extr. de procurat. quia, cum
agatur de ſolutione canonis, & ſic non tractetur de ardua cauſa, tenetur
emphyteuta procuratorem mittere, vt concordando opiniones declarat
Marian. Soc. in tract. de citat. artic. 18. ſub num. 6. in fine. cum quo tran
ſit Dec. in d. c. ex parte. num. 14. de appellat. qui etiam in terminis noſtris
in d. conſ. 146. ſub num. 3. verſ. ſecundo non obſtat, tenet, emphyteutam
non excuſari ſi non ſoluit canonem propter non tutū acceſſum ob timo
rem inimicorum: quia debuit procuratorem conſtituere, per l. Papianus
exuli. ff. de minor. & per text. in d. c. cum olim, de teſtib. & in l. ſed ſi per
prætorem, §. 1. Quib. ex caus. maior. & dicit in loco non tuto ita

tenuiſſe Angel.in diſputatione, quę incipit Bononienſis ſuæ ciuitatis bannitus, in 4.dubio. Quod tamen temperandũ eſt, niſi etiam procuratori emphyteutæ locus tutus non eſſet, vt ex ſupra dictis patet, & ex his, quæ tradit Menoch.conſ.100.n.195.& 199. & 204.

LIMITATIO XIII.

1 PRÆCEPTVM *factum a iudice emphyteutæ, ne domino canonem ſoluat, excuſat ipſum emphyteutam a pœna caducitatis ob non ſolutionem canonis.*

2 DEBITOR, *qui iurauit intra certam diem ſoluere creditori, excuſatur, ſi iudex ei praeceperit, ne ſoluat.*

IN *mora quis non dicitur, dum iudex inhibet.*

DECLARATVR decimo tertio, quando fuit factum præceptum a iudice emphyteutæ, ne domino canonem ſoluat: quia mandatum ſuperioris excuſat eum a pœna caducitatis, vt ſcriptũ reliquit Afflict.deciſ.328.domin⁹ Paulus, per tex.& ibi Bart.in l.mulier.ff.de lege commiſſ.& per not.per Alex in l. heres.n.5 ff. ad Trebel.pro qua ſententia dicit etiam facere id, quod dicunt Hoſt.Ioan.Andr.& Cardinal. Florent.in c.ſignificaſti.de cenſib.de eo qui iurauit ſoluere intra certam diem creditori: nam, ſi iudex debitori præceperit, ne ſoluat, excuſatur, cũ communiter ſubditi obediant ſuperiori: ideo iuſſio ſuperioris debet excuſare emphyteutam a pœna caducitatis, ad not.per Bald.in l.falſus.in fine.C.de furt.& in l.ſi te bonis, C.de iure deliber.vt dicit Petrus de Anc.in c.ad Apoſtolicæ in 5.notab.de re iudic.in 6.vt ẽt tenet Tiraq.poſt.ll.cõnub.gloſ.7.n.41.& tradit in terminis Ruin.in conſ.150.num.6.iuncto princ.illius conſilij, vol.1.dum enim iudex inhibet, quis non eſt in mora
3 vt tradit Bald.in conſ.173.duplex eſt ceſſationis ſpecies, vol.4.per l.mulier de leg.commiſſ.

LIMITATIO XIV.

1 *Emphyteuta, qui poſſeſſionem emphyteuſis aſſequi non poteſt, ob non ſolutum canonem a iure ſuo non cadit, nec dicitur eſſe in mora ſoluendi canonem.*

2 VASALLVS *non tenetur ſeruare domino fidelitatem, ſi ei dominus feudum promiſſum, non dat.*

1 DECLARATVR decimo quarto, quando emphyteutæ a tertio fit quæſtio de emphyteuſi, nec ipſe poſſeſſionem emphyteuſis aſſequi põt, nã quandiu poſſeſſioñe ẽphyteuſis aſſequi non põt non dicitur in mora ſoluendi canonem, ita Abbas in conſ. 94. in queſtione hæredum col. 4. ſub num. 4. verſ. nec obſtat ſi dicat, vol. 2. arg. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empti, & dicit, aperte hoc ſentire Bald. in l. ſolennibus C. de rei vend. in fine, excuſat. n. emphyteuta, vt ipſe inquit, quãdiu tertius facit ſibi queſtionem, nec poſſeſſionem rei conſequi poteſt, arg. l. quandiu. C. qui admitti, ad quod dicit etiam optime facere l. 1. ff. de act. empti, & venditi, & ita
2 tenere gl. in c. fin. de noua forma fidelit, quæ dicit, quod, ſi dominus nõ dat feudum promiſſum, vaſallus non tenetur ſeruare iuramentum fidelitatis, & ad idem citat l. quero. §. inter locatorem. ff. locati. & quod ibi notat Bart. cum quo Abb. ſimpliciter tranſit Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 10. num. 37.

LIMITATIO XV.

1 *SI dominus vigore conſuetudinis aut pacti eſt obligatus accedere ad domum emphyteutæ vel ad talem locum ad recipiendum canonem, qui ab emphyteuta ſolui debet, nunquam emphyteuta ob non ſolutum canonem iure ſuo priuatur. ſi dominus ad talem locum pro recipiendo canone non acceſſerit, licet etiam emphyteuta non fuerit proteſtatus, vt canonem ſolueret, ſi adeſſet, qui reciperet, & num 3.*

SOLVTIO ſi fieri debet Florentiæ in die Paſchatis, debitor, non di-
2 *citur in mora ſoluendi, ſi creditor non probat, ſe illa die ibi fuiſſe ad recipiendum pecuniam debitam.*

4 DEBITOR, *qui eſt diuerſi fori, debet in ſuo foro proteſtari, quòd paratus eſt canonem ſoluere, ſi adeſſet creditor, qui reciperet: id tamen intelligitur ad cautelam, non propter neceſsitatem, vt non dicatur in mora.*

5 EMPHYTEVTA *non tenetur canonem ad domum domini concedẽtis deferre, ſi eſt diuerſi fori, & res emphyteutica non exiſtit in foro domini directi, nec dicitur in mora ſoluendi canonem, niſi die ſtatuto ſolutioni dominus in domicilio emphyteutæ adfuerit paratus recipere ſolutionem canonis.*

6 DOMINVS *non tenetur ad domum emphyteutæ diuerſi fori accedere, ſi canon eſt modicus, puta vnius nummi, vel duorum, vel vbi adeſt conſuetudo, vt emphyteuta diuerſi fori, habens rem ſituatam in foro ſuo, debeat accedere ad dominum concedentem ad ſoluendum canonem, nec vbi adeſt pactum in contrarium, vt emphyteuta teneatur canonem ad domum domini directi deferre.*

7 CONVENTIONE *facta, vt canon ſoluatur ab emphyteuta in domo domini concedentis, ſi poſtea dominus mutet domicilium, an emphyteuta teneatur ad ipſius domum accedere ad ſoluendum canonem.*

1 LIMITATVR decimo quinto, vbi dominus vigore conſuetudinis, vel pacti obligatus eſt tali die accedere ad domũ emphyteutæ, vel talem locum ad recipiendum canonẽ qui ab emphyteuta ſolui deber, vt debent facere RR.DD. Canonici Piſaurenſes qui tenẽt petere Vrbinũ ꝑ canone rerũ emphyteuticarũ quas in diſtrictũ Vrbini obtinent, vt conſtat publico inſtrumẽto Domini Federici Guidutii eiuſdem ciuitatis, nam, ſi dominus non accederet ad talem locum per centũ annos, & vltra, emphyteuta nũquam cadit a iure ſuo; quia non dicitur in mora ſoluendi, ad not. per gl. & Bart. in l. item illa, num. 11. 2 verſ. pone quæro, quòd ſolutio. & ibidem Caſtr. ſub num. 9. ff. de conſtit. pecun. dum inquiunt, quòd, ſi ſolutio debet fieri Florentiæ in die Paſchatis, & illo die non probat debitor ſe fuiſſe Florentiæ ad ſoluendũ, nec etiam creditor probat, ſe illa die ibi fuiſſe ad recipiendum, non dicitur proba a mora per lapſum diei contra debitorem, l. arbiter, ſi calendas. ff. de arbitr. & concludit etiam idem Bart. in l. continuus. § cum ita. ff de verb. obligat. Alex. in conſ. 172. viſis, & opportune, num. 4 verſ. ad idẽ facit volum. 2. Dec. in conſ. 566. promiſit Antonius numero quarto,

Ruin.

Ruin.in conſ.151.n.4.vol.1.vbi etiam concludit, emphyteutam moram
non incurrere, licet non fuerit proteſtatus, quòd canonem ſolueret ſi ad-
3 eſſet, qui reciperet, vel quòd non depoſuerit, & conſignauerit nam, quã-
do ex perſona creditoris debitor impeditur ſoluere, abſque oblatione
excuſatur a mora, not.per gloſ.in l.ait prætor.§.ſed hodie.de minor.& per
l.pecuniæ.§.fin.& l.cum quidem.§.ſi pupillo.de vſur.vbi inquit, quòd ui-
detur hoc aperte probari ſecundum Aret.in illa implicatiua, Etiam ſi vel-
let &c.quæ oſtẽdit quòd excuſatur debitor, licet nõ declaret velle ſoluere
pro quo citat etiam l.ſi fundum §.fin.de leg.commiſſ. vbi dicitur, quòd
debitor eſt ſecurus, ſi non habet, cui ſoluat: quod non eſſet, ſi teneretur
offerre, & proteſtari: & multa alia adducit, quæ poſſunt apud ipſũ videri,
cui conſentit Dec.in d.conſ.566.num.5.Alex.in conſ.92.perſpectis.n.10.
verſ.nec obſtat, vol.1. Ripa in tract.de peſte, parte 3. ſub nu.23.verſ.con-
trariam opinionem, Ant.Rub. in repet.l.vinum.n.122.ff. ſi cert. petatur
nam, quamuis Bartolus, Fulgos. Baldus, Angelus Curtius & commu-
niter alii in d. l. item illa, vt eos refert Rubeus loco ſupra citato n. 120.
dicant, quòd debitor, qui eſt diuerſi fori, debet in foro ſuo proteſtari, quòd
eſt paratus ſoluere canonem, dummodo adeſſet creditor, qui recipe-
ret: tamen hoc non eſt neceſſarium, ſed potius ſecundum conſuetudinẽ
& cautius, vt docent Rubeus, Ripa, & Ruin.in locis ſupra citatis. Idem
5 q; iuris eſſet ex diſpoſitione iuris communis, ſi emphyteuta eſſet diuerſi
fori, & res emphyteutica non exiſteret in foro domini directi; nam tunc
emphyteuta non tenetur canonem deferre ad domum domini concedẽ-
tis: ſed ipſe dominus tenetur ire ad domum emphyteutæ ad accipiendũ
canonẽ, & emphyteuta non dicitur in mora, niſi die ſtatuto ſolutioni do-
minus in domicilio emphyteutæ adfuerit paratus recipere ſolutionem
vt tradit Alberic.in d.l.2.n.22.C.de iure emphyt.& ibidem Iaſ.n.92. per
l.cum hi.§.eam ff.de tranſact. & d.l.item illa.in princ. cum gloſ.in verbo
Non uenit. ff. de conſtit.pecunia. vbi etiam Bart.ſub num. 9. verſ.& per
hoc dico.in terminis noſtris, idem concludit: cuius aſſecla eſt Ruin.in d.
conſ.151.ſub.n.2.verſ.ſed præmiſſis non obſtantibus. vol.1.Cagnol.in
auth.qui rem, n.33.ĩ 12.limitatione.C.de ſacr.eccleſ.Abbas in c.ſignificã-
6 te.nu.10.extr.de pignorib.& ibidem Imol.n.22.Quod tamen ſecundum
Bald.in l.acceptam.n.23.verſ.ſed nunquid, quæſt.12.C.de vſur.verum nõ
eſt, ſi canon eſſet modicus, puta vnius nummi, vel duorum: nam, ſi do-
minus teneretur accedere ad domicilium emphyteutæ, plus haberet in-
cõmodi, quàm vtilitatis, vt ff.de iudic.l.ſed et ſi ſuſceperit.§.ſed et ſi pro-
ponas, & dicit hoc tenere Innocent.in d.c.ſignificante, de pignorib.cui aſ-
ſentitur Reodan.ĩ tract.de reb eccleſ.non alienand. quæſt.20.cap.vltimo
n.26.pag.mihi 446, qui inquit, idem tenere Bald.in l.cum quidam.C de
condit.

tódit.inſert.verſ. modo quæro; ſicut etiá nó procederet ſupradicta limitatio, ſi adeſſet conſuetudo, quòd emphyteuta diuerſi fori, qui habet rem ſituatam in foro ſuo, debeat accedere ad eccleſiam concedentem ad ſoluédú canoné, vt eſt i Abbatia sãcti Gaudẽtii diœceſis Ariminẽſis: in qua emphyteutæ de Caſtro Sancti Conſtantii ſub dominio FRANCISCI MARIÆ Sereniſſimi Ducis Vrbini, VI. q iuſtitia, prudẽtia, religione, armis, & omni genere ſcientiarum, & amore, & pietate erga ſuos ſubditos ita excellit, vt omnes animi dotes, & corporis ſuorum Glorioſiſſimorum Aſcendentium in ſe vno continere videatur; & alii, qui recognoſcunt bona in emphyteuſim ab Abbatia, quæ ſunt extra territorium Ariminenſe, accedunt ad ipſam Abbatiam ad ſoluendum canonem, vt patet ex diacceptis eiuſdem Eccleſiæ. Nec etiam procederet, vbi adeſſet pactum in contrarium, quòd emphyteuta teneatur canonem ad domum domini concedentis deferre: quia tunc tenetur emphyteuta, licet ſit diuerſi fori, ad domicilium domini directi ad ſoluendum canonem accedere, cum poſſit in hoc diſpoſitioni iuris cómunis per pactú derogari, vt tradit Caſtr. in conſ. 24. videtur quòd iſta, vol. 2. ſub num. 2. per l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſiti. & l. paciſci. ff. de pactis. &, ſi ſimpliciter ſit conuentum, vt canó
7 ſoluatur domi domini concedentis. tenetur emphyteuta, licet poſtea dominus mutet domicilium; ad ipſius domum accedere ad ſoluendum canonem, vt docet idem Caſtr. in ſupra citato conſilio 24. de quo vide Iaſ. in d. l. 2. quæſt. 39. num. 94. C. de iure emphyt.

LIMITATIO XVI.

1 EMPHYTEVTA, *ceſſans in ſolutione canonis per triennium, nõ cadit a iure ſuo, ſi non fuit a domino requiſitus, ſtante ſtatuto, quòd emphyteuta requiſitus a domino, ſi ſoluere ceſſauerit per tres annos cadat a iure ſuo: & quomodo hoc intelligatur num. 3:*

2 ARGVMENTVM *a contrario ſenſu ſumitur in ſtatuto, licet inſurgat legis correctio, ſi aliàs ſtatutum nihil operaretur.*

1 DECLARATVR decimo ſexto, ſtante ſtatuto, quòd emphyteuta requiſitus a domino, ſi canonem ſoluere ceſſauerit per tres annos, cadat a iure ſuo: quia ſtatutum hoc videtur diſponere, ſumpto argumento a contrario ſenſu, quòd

ita

ita demum cadat emphyteuta, ſi per triennium ceſſauit ſoluere, quando
fuit requiſitus a domino, & non ſoluit: ideo, ſi emphyteuta a domino nõ
fuit requiſitus, lapſu trium annorum non cadit a iure ſuo: quia interpel-
latio, quę a ſtatuto eſt poſita in conditione, requiritur pro forma ſecun-
dum Bald. in auth. matri, & auię. C. Quando mulier tut. offic. fungi poteſt.
& pœna non committitur, niſi forma prædicta ſit ſpecifice adimpleta,
vt tradit Ruin. in terminis noſtris in conſ. 153. num. 7. verſ. ſecundo
principaliter, & numero ſequenti, volumine. primo: allegat Bald. in au-
th. at qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex. & in l. ea, quæ, in prima
2 col. de accuſat. & Alex. in l. 2. in 8. col. de re iudic. nam, quamuis argumen
tum a contrario ſenſu non valeat, quando ex hoc inſurgit legum corre-
ctio, Bart. in l. omnes populi, in 6. quæſt. principali. ff. de iuſt. & iurę, & do
ct. in c. cum apoſtolica, de his, quæ fiunt a Prælato. Bart. & alii in l. 1. ff. de
offic. eius, cui mand. eſt iuriſdictio, ſumitur tamen, vbi ſtatutum aliàs ni-
hil operaretur, tunc enim, ne ſtatutum reddatur ſuperuacaneũ, ſumitur
dictum argumentum ſm̃ Caſtr. & alios in d. l. 1. & in l. qui in teſtamento.
§. mulier. ff. ſol. matrim. & in l. conuenticulã. C. de Epiſcop. & cleric. & cõ-
ſequenter, cum de iure communi emphyteuta priuati, ſi intra trienniũ
non ſoluit, ipſo iure cadat a iure ſuo, etiam ſi non fuerit interpellatus l. 2.
C. de iure emphyt. quia dies interpellat pro homine l. magnam C. de con
trah. & committ. ſtipul. ſequitur, vt ſit ſumendum argumentum, vt em-
phyteuta iure ſuo non priuetur, niſi fuerit a domino interpellatus, ne ſta
4 tutum ſit ſuperfluum, vt docet Ruin. in d. conſ. 53. Quod tamen limitan
dũ eſt ĩ emphyteuta eccleſię, vel in eo emphyteuta, qui iurauit ſoluere, cũ
ſtatutum huiuſmodi non videatur hos emphyteutas comprehendere,
vt dixi ſupra hac eadem cauſa priuationis, limitatione tertia.

LIMITATIO XVII.

EMPHYTEVTA, *q anticipate canonem ſoluit per plu-*
1 *res annos Prælato eccleſiæ, iure ſuo non priuatur, ſi po-*
ſtea ſucceſſori in prælatura non ſoluerit, & ſolutiones an
ticipate factæ adhuc durant, ita vt non ſit tranſactum
biennium.

CAVSA *qualibet, etiam beſtialis, excuſat a dolo, &*
2 *pœna.*

3 EMPHYTEVTA *non poteſt inuito domino canonem pro annis futu-*
ris

ris ſoluere.

EMPHYTEVTA *volens ſoluere canonem pro pluribus annis cum om-*
4 *ni intereſſe domini, faciendo etiam inſtrumentum, in quo ipſum dominum re-*
cognoſcat pro tanto tempore, an poſſit inuito domino canonem ſoluere.

DECLARATVR decimo ſeptimo, quan
do emphyteuta anticipate canonem ſoluit
1 per plures annos Prælato eccleſiæ: quia, licet
poſtea ſucceſſori in prælatura non ſoluerit, non
priuatur iure ſuo, ſi ſolutiones anticipate factæ
adhuc durant, ita vt non ſit tranſactum bien-
niũ, ita poſt Ioannem Baptiſtam Caccialup.
conſuluit Corn. in conſ. 67. dominus Ioannes
Baptiſta vol. 2. in primo dubio, p fundamenta
ibidem per eum adducta. quem ſimpliciter ſequitur Gigas in tract. de pẽ
ſionibus queſt. 88. num. 9. vbi inquit pro hoc facere, quia quęlibet
2 cauſa, etiam beſtialis, excuſat a dolo, & pœna, l. igitur, §. poteſt. ff. de li-
berali cauſa. Angel. in l. plagij. C. ad l. Flauiam de plagiis. Sciendum ta-
men eſt, quòd emphyteuta non poſſet inuito domino canonem pro an-
3 nis futuris ſoluere, nec tutus eſſet, ſi hanc penſionem, quam pro annis
futuris offert, & dominus recipere recuſat, deponeret, & conſignaret,
cum dominus directi, & eccleſia non cogatur ante tempus canonem
recipere, vt oſtẽdit Spec. in §. nũc aliqua, quæſt 32. n. 43. & ſeq. de locato, cõ
muniter, receptus, teſte Alex in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis dolum, ſub nu.
5. ff. de verb. oblig. quibus adhæret Decius in l. cum tempus, num. 7. de
reg. iur. qui in eandem ſententiam citat Aret. in l. qui Romæ, in princ. ff.
de verb. oblig. Bald. in addit. ad Spec. poſt d. §. nunc aliqua, col. 3 verſ. ec-
cleſia non cogitur, & idem tenet Iaſ. in l. 2. C. de iure emphyt. quæſt. 22.
& ibidem Alberic. nu. 18. & Bald. num. 22. idem Bald. in l. plures apochis,
in fine. C. de fid. inſtrum. Imol. in c. potuit, nu. 55. verſ. tertio tangit, extr.
de loc. vbi etiam Petrus de Anc. Bart. in l. eum, qui. num 4. ff. de annuis le
gatis, Guliel. Reod. in tract. de reb. eccl. non alienand. quæſt. 19. cap. 2. nu.
14. Huius dicti multæ ſunt rationes, vt licet apud Iaſ. Imol. & alios ſupraci
tatos videre: ſed duæ ſunt potiſſimæ, prima eſt, quia particularis ſolu-
tio affert domino plus commodi, & ſua intereſt, vt fiat recognitio an-
nuatim propter recognitionem annuam, quæ inſurgit ex annua ſolutio-
ne, quæ non inſurgeret, ſi fieret vna ſolutio pro decem annis, vel plurib.

alia

alia eſt, quia canon ſæpe conſiſtit in vino, & frumento, vel alio, quod cur
ſu temporis variari poteſt: ideo dominus non cogitur ante tempus cano
nem illum recipere, vt inquit Dec. in d. l. cum tempus, num. 6. de reg. iur.
poſt Bald. & alios, quos citat: & Iaſ. in d. l. 2. quæſt. 22. de iure emphyt. vbi
limitat hoc dictum ex ſententia Bart. in d. l. cum qui, de annuis legat. niſi
emphyteuta vellet ſoluere pro pluribus annis futuris cum omni intereſſe
4 domini, faciendo etiam inſtrumentum, in quo ipſum in dominum reco
gnoſcat pro tanto tempore; quæ tamen ratio non eſt generalis, nec pro-
cederet, ſi canon in vino, aut frumento conſiſteret: quia domini intereſt
ſuo tempore ſolui, cum poſſit curſu temporis variari: &; licet emphyteu-
ta promitteret intereſſe, dominus grauaretur in onere illud probandi:
ideo indiſtincte tenendum eſt iſto caſu, vt emphyteuta non poſſit pro fu
turis annis ſoluere, vt tenet Iaſ. in d. l. 2. de iure emphyt. quæſt. 22. & Iul.
Clar. in §. emphyteuſis. quæſt. 12. verſ. ſed pone, quòd emphyteuta: nec ēt
vt poſſit pro tribus annis ſoluere, vt idem Iaſ. loco ſupra citato videtur ſē-
tire contra Bart. in l. ſtatuliberos conditioni. §. fin. ff. de ſtatulib. quia etiā
in tempore trium annorum vigent eædem rationes, quæ vigent, quan-
do emphyteuta vult ſoluere pro decem annis, vel pluribus futuris: ergo
idem ius ſeruandum l. illud. ff. ad l. Aquil.

LIMITATIO XVIII.

1 PARIA *ſunt, rem inundatam eſſe ab aquis, & occupatam eſſe ab hoſtibus.*

2 INVNDATVM *a flumine vel ab aquis, dicitur deperditum.*

3 EMPHYTEVTA, *ſicut liberatur, quando res eſt deperdita: ita liberatur, quando propter bellum re emphyteutica vti non poteſt.*

4 IVSSVS *liber eſſe, ſi quid certum heredi dederit, pereuntē, quod præſtandum erat, ob latronum, vel hoſtium incurſione, vel alio fortuito caſu, liberatur a præſtatione, & libertatem conſequitur.*

5 ÆQVVM *eſt, vt releuetur, qui frui re ex certis cauſis non potuit.*

6 BELLVM, *& incurſus hoſtium numerantur inter caſus fortuitos.*

7 DOMINVS *tenetur emphyteutæ præſtare patientiam vtendi, & fruendi, ſicut alius locator tenetur eam conductori præſtare.*

8 EMPHYTEVTÆ *tempore belli remittitur penſio ſecūdū vnā opinionem,*

nem, & communem.

9 EMPHYTEVTA *tenetur ſoluere canonem tempore belli, licet fundus emphyteuticus coli non poſſit ſecundum aliam opinionem.*

10 VIS *hoſtium, & ſterilitas parificantur.*

11 OBLIGATIO *perſonalis non ſequitur rem: ſed perſonam.*

12 GENVS *perire non poteſt.*

13 DISTINCTIO *caſuum, in quibus emphyteuta propter bellum excuſatur a ſolutione canonis, vel non.*

14 INTERITVS *fructuum ſpectat ad emphyteutam.*

15 EMPHYTEVTA *propter bellum non excuſatur a ſolutione canonis quando expreſſe, & ex pacto periculum belli in ſe ſuſcepit.*

16 EMPHYTEVTA *propter bellum non excuſatur a ſolutione canonis, vbi adeſt conſuetudo, vel ſtatutum, vt emphyteuta teneatur ſoluere canonẽ etiam tempore belli.*

17 EMPHYTEVTA, *qui emphyteuſim conduxit tempore belli a ſolutione canonis propter bellum non excuſatur.*

18 EMPHYTEVTA, *qui tempore belli aliquos fructus percepit, vel percipere potuit ex emphyteuſi, propter bellum a canonis ſolutionę non excuſatur.*

19 EMPHYTEVTA *propter bellum non excuſatur a ſolutione canonis, quando bellum fuit motum culpa ipſius.*

20 EMPHYTEVTA *propter bellum a ſolutione canonis non excuſatur, quando in inſtrumento inueſtituræ renunciatum fuit exceptioni doli mali, vel condictioni ſine cauſa, & omni auxilio, quo emphyteuta ſe tueri poſſet a præſtatione canonis, vel penſione.*

EXTENDITVR decimo octauo, quãdo em-
phyteuta propter bellorum calamitates nul-
los fruct⁹ ex re emphyteutica percipere potu-
it: nam tunc emphyteuta a non ſolutione ca-
1 nonis excuſatur: quia paria eſſe videntur rem
inundatam eſſe ab aquis, & occupatam eſſe ab
hoſtibus, l. cum vnus, in fine. ff. de bonis auct.
iudicis poſſidend. & inundatum a flumine, vel
2 ab aquis dicitur deperditum, donec, & quouſ-
que durat inundatio, l. ſi inundatione. §. 1. ff. de peric. & commod. rei vẽ-
ditę. & l. interdum. §. 1. & l. 3. §. habeo, & l. qui vniuerſas. §. item quod a
mari.

3 mari.ff.de acquirenda poſſeſ.ſicut ergo, quando res eſt deperdita, emphy
teuta liberatur, l.1.C.de iurę emphyt.ita liberatur, quando propter bellũ
re emphyteutica vti non poteſt, arg.l.illud.ff.ad l. Aquil.facit etiã, quia,
4 ſicut iuſsus liber eſſe, ſi certum quid hędredi dederit, illo pereũte ob latro
num, vel hoſtium incurſione, vel alio fortuito caſu, liberatur, & liberta-
tem conſequitur, l.fin.C.de condit.inſert.ita debet liberari emphyteu-
ta, & ius ſuum retinere: æquum enim eſt, vt qui frui ex certis cauſis non
potuit, releuetur, l.forma, in verſ.Illam æquitatem.ff.de cenſib.& cum cẽ
ſus præſtetur ratione rei, vel territorii, l.imperatores.ff.de pulican.l.
prædiis.ff.de iurefiſci. cũ ceſſet cauſa, ſi prædio vti non poteſt, debet ceſ
6 ſare cenſus, præſertim quia bellum, & incurſus hoſtium numerantur in-
ter caſus fortuitos.§.3.inſtit.Quib.mod.re contrah. obligat.& quæ caſu
fortuito eueniunt, nullo bonæ fidei iudicio imputantur.l.quæ fortuitos
C.de pignor.act.nullo enim conſilio poteſt illis reſiſti.l.2.§.ſi eo tempo
re.ff.de adminiſtr.rerum ad ciuit.pertinent.cum contra vim non valeat
cuſtodia.l.ad eos.ff.commod.pro qua opinione facit etiam l.ex condu-
cto.§.ſi vis tempeſtatis, & l.ſi fundus.in fine, cum l.ſeq.ff.locati. quæ eti-
7 am ſententia probatur, quia dominus tenetur pręſtare patientiam vten
di, & fruendi ipſi emphyteutæ, ſicut alius locator tenetur eam pręſtare
conductori, cum in hoc habeat ſimilitudinem emphyteuſis cum locatio
ne, l.1.cum ibi notatis per Bart.in prima oppoſitione, C.de iure emphyt.
quæ patientia tempore belli quantum ad effectum præſtari non poteſt
per dominum, ſicut non poſſet.ſi res tota periiſſet; ergo interim non de
8 bet teneri emphyteuta, cui dominus tenetur patientiam pręſtare, vt di-
cunt Alex.in l.interdum.§. quod ex naufragio.num.6.ff.de acquir.poſſeſ.
& Imol.in d.c.potuit.de locato.ſub num.42.verſ.in contrarium videtur,
& hanc ſententiam poſt Iacob.de Arena amplexus eſt Bart.in l.1, de iure
emphyt.in fine, & ibidem Salic.num.13.& Bald.in 2. lectura. num.13.A-
lex.in conſ.112.videtur in præſenti, num.1.vol.1.Natta conſ.49.num.25.
& conſ.194.num.6.Imol.in d.c.potuit. vbi hãc communem dicit, num.
42.& ſeq.de locato. quam ſententiam frequentiori calculo eſſe receptã,
teſtantur etiam Alex.in d.l. interdum.§. quod ex naufragio.ſub num.7.
Corn.in conſ.181.num.41.vol.2.Abb.Panormit.in d.c.potuit.in fine, Iaſ.
in d.l.1.ſub num.91.C.de iure emphyt. Bero.in conſ.140.num.25.vol.1.
Iul.Clar.in §.emphyteuſis, quæſt.8, verſ.ſed quid: cui opinioni accedit e-
tiam Paul.Orian.in repet.l.1.nu.133.ff.de offic.eius, cui mand.eſt iuriſ-
dictio.& Ioann.Ign.in repet.l.contractus.de reg.iur. num.93. Cin. Ful-
goſ.Guatner.& Hier.de Tortis, quos refert, & ſequitur Iaſ.in d.l.1.ſub n.
91.verſ.iſtam eandem ſententiam; a qua opinione tanquam communi
tu etiam in iudicando, & conſulendo non recedas, licet Abbas in d.c.po
tuit.

tuit.n. 18.ſenſerit contrariũ,& dicat, ꝙ contrariũ cõſuluit Card. & Colle
giũ Patauinũ ꝑ l.1.in fine. de iure ẽphyt.in qua requirit̃,vt ſubſtãtia ipſius
rei penitus pereat; ꝙ nõ cõtingit,qñ emphyteuſis nõ põt coli ꝑꝑ timorẽ
hoſtiũ:nã emphyteuta reperire poſſet emptorẽ.ideo in recognitionẽ do
minũ debet ſoluere canonẽ,maxime cũ bellũ ſit tẽporale, vt voluerũt ẽt
Iacob.Butr.& Riccard.Malumbra, quos refert Iaſ.in d l.1.num. 83.C.de
iure emphyt. & Cuman.in d.§. quod ex naufragio:l. interdum. de acq.
poſſeſſ.quibus videtur accedere Ioann. Andr.in addit.ad Speculat.in d.§.
nunc aliqua.de locato.quæſt.136.ſub num.162.in verbo, Propter quod
ſi ſterilitas,dũ vltimo loco adducit rationes,quòd emphyteuta teneatur
ad canonem tempore belli,licet poſtea dicat, quòd Guido de Suzar.di-
ſtinguit,& inquit, quòd aut ẽphyteuta ſuſcepit in ſe periculum,& tene-
tur,aut nõ ſuſcepit,& nõ tenet̃:pro qua opinione,quòd teneatur,licet nõ
ſuſceperit in ſe periculũ ſm̃ Iaſ.loco ſupracitato facit l.2.C.de alluuion.&
palud.vbi ſpeciale eſt ĩ fundo tributario, vt remiſſio fiat:ergo in alijs om
nibus eſt cõtrariũ. Item l.quicũq;C.de fund.patrimonialib. vbi propter
ſterilitatẽ in nihilo remittitur pẽſio emphyteutæ, vt not.ibi Bart.& Iaſ.
in d.l.1.in vlt.notab.C.de iure emphyt.ergo nec ꝑꝑ bellũ:quia bellum eſt
quædam ſterilitas;& vis hoſtium, & ſterilitas parificantur, vt l.ex cõdu-
cto.§.2.& l.ſi merces.§.vis maior.ff.locati.Item adducitur §.lex itaq. verſ.
remiſſa pœna ob non ſolutum canonem commiſſa:quia,cum talis licentia poſſit habere duplicem intellectũ, videlicet, vt detur animo renunciandi iuri expellẽdi emphyteutam,& etiam,vt fiat animo nõ renũciandi,in caſu dubio debet intelligi, vt non intelligatur facta animo renunciandi iuri ſuo ex eo,quòd in dubio præſumi non debet,quòd velit perdere rationem iuris ſui, arg.l.cum de indebito.ff.de probat.vt dictum eſt
ſupra de receptione canonis in vigeſima prima limitatione, verſ.Secunda concluſio eſt, præſertim quia licentia vendendi ſtricte interpretatur,
& in ea ſolum intelligitur cõceſſum id, quod eſt dictum,vt patet ex not.
per Marin.Frecc.in tract.de ſubfeud. Baron.lib.2. quæſt.9.& ex his, quæ
diximus ſupra de cauſa priuationis ob alienationem irrequiſito domino
factam, in trigeſima nona limitatione:&,cum hæc duo nõ ſint cõnexa,
ſiue incompatibilia,dominus concedendo vnum, non dicitur alteri renunciare,vt declarat Frãciſcus Sermẽ.lib 3.ſelectarum opinionum, cap.
4 ſexto. Quatenus autem ſit vera opinio Iaſ.declara,vt nõ procedat, quando dominus ignorabat, cum licentiam alienandi conceſſit, rem eſſe ob
non ſolutum canonem deuolutam, vt per Alex.d.conſ.146.num.8.vol.
5.& Caſtr.in d.l.ſi quis.§.irritum.ff.de iniuſto rupto & irrito teſtam.

LIMITATIO XXVII.

1 EMPHYTEVTA, *ceſſans in ſolutione canonis per biennium, aut triennium, non cadit a iure ſuo, quando actum fuit inter ipſum, & dominum, vt canon ſoluatur ſingulo luſtro, & tunc requiritur, quòd ſit ceſſatum in ſolutione per decem ãnos, ſi ſit ẽphyteuta eccleſiæ, & per quindecim annos, ſi ſit emphyteuta priuati, vt res cadat in commiſſum.*

1 DECLARATVR vigeſimo ſeptimo, quando ſolutio canonis fuit aliter limitata, ſeu declarata per contrahentes: nam, ſi actum ſit inter partes, vt canon ſoluatur ſingulo luſtro, emphyteuta eccleſiæ non caderet, niſi ceſſaſſet per duo luſtra, & ſic per decem annos, & emphyteuta priuati per tria luſtra, & ſic per quĩdecim annos: nam duo luſtra computantur pro biennio, & tria pro triennio, vt declarat Bald. in l. ædes col. 2. verſ. & quæro quomodo, ſub n. 6. C. de locato, quem ſequitur Guliel. Reodan. in tract. de reb eccleſ. non alienand. quæſt. 24. cap. 3. num. 1. pag. 497. Iaſ. in auth. qui rem num. 11. verſ. ſecundo limita, C. de ſacr. eccleſ. & idem iuris eſſet, ſi actum fuiſſet, vt non cadat, niſi per triennium, aut quinquennium ceſſauerit, etiam ſi eſſet emphyteuſis eccleſiæ: quia, ſicut valet pactum, vt nunquam cadat ob nõ ſolutum canonem, vt diximus ſupra in prima limitatione, ita valet ad tempus, Soc. cõſ. 118. num. 2. vol. 4. Corn. conſ. 115. vol. 1.

LIMITATIO XXVIII.

1 EMPHYTEVTA, *qui non quolibet anno fructus percipit ex emphyteuſi, ſed ſingulo biennio, aut triennio, aut luſtro, non cadit a iure ſuo, niſi ceſſet in ſolutione per duo biennia, aut triennia, vel duo luſtra, & quomodo hoc intelligatur num. 2. 4. & 5.*

LOCVS *adiectus cauſa taxationis conditionem facit, & obligatio reſtringitur ad illud, quod in tali loco naſcitur.*

1 DECLARATVR vigeſimo octauo, quando ex ipſa re emphyteutica non quolibet anno, ſed ſingulo biennio, vel triennio, aut quinquennio percipitur vnus fructus: nam tunc requiritur, vt fuerit ceſſatum per duo biennia, vel trien-

nia,vel quinquennia, ſi ſit emphyteuſis eccleſiæ, & per tria biennia, vel triennia,vel quinquennia, ſi ſit emphyteuſis priuati, vt eſt ſylua, ex qua ſpatio quinque ánorum recolligatur vnus fructus:nam huiuſmodi quiquennium,vel triennium,aut biennium reputatur pro vno anno,ita notat Iaſ.in l.diuortio.§.quod in anno.num.6.verſ. tertio principaliter nota.ff.ſol.matrim.& ibidem Alex.in.§.donationes.num. 10.per tradita per Bald.in l.z.de.C.locati. quod etiam repetit idẽ Iaſ.in l.2.in 4.notab.num. 4.C.de iure emphyt.pro qua limitatione dicit eſſe bonum text.in l.ſi ſic conſtituta ſit aqua.ff.quẽadmod.ſeruit. amittatur. & eius aſſecla eſt Dec. in d.auth.qui rem.num.10.in nona limitatione, C.de ſacr.eccleſiis.Cotta in ſuis memorialibus,in verbo Emphyteuta priuati,in prima declaratione, Roland.a Valle in cõſ.87.num.29.verſ.quarto dicitur vol.1.Tiraq. de retractu conuentionali. §.5.gloſ.4.nu.31.Cæterum, licet ſupracitati
2 doct.generaliter loquantur:eorum tamẽ dictum,meo quidem iudicio, non indiſtincte verum eſt,ſed duntaxàt,quando in eodem inſtrumẽto, & oratione emphyteuta promiſiſſet ſoluere canonem de fructibus rei in emphyteuſim conceſſæ:quia tunc,cum dicatur facta mentio de fructib⁹ per modum taxationis,& non demonſtrationis,emphyteuta non tenetur ſoluere canonem,niſi illo anno,quo colligit fructus:nam locus adie-
3 ctus cauſa taxationis conditionem facit, & obligatio reſtringitur ad illud,quod in tali loco naſcitur,ita Dec.cõſ.280.num.2.in fine, per l.cum certus.ff.de vino,tritico, oleoq;legato.vbi ſi teſtator legauit certũ numerum amphorarum vini,quod in fũdo Semproniano natũ eſſet,& minus natũ ſit,amplius non debetur,& probatur per alia iura, quæ citat Caſtr. in cõſ.47.vltra ea,quæ allegata ſunt,col.fin.verſ.quantũ vero ad illud quęritur.vol.2.not.per Rot.deciſ.868.in antiquis,& Ioân.Baptiſtam Ferret. conſ.241.num. 2.& conſequenter,cum non teneatur ſoluere emphyteuta,niſi de fructibus, qui colliguntur ex ipſa emphyteuſi, ſi fructus non percipiuntur ex ipſa re,niſi biennio,aut triennio, vel quinquẽnio, quod biennium,aut triennium , vel quinquennium reputatur pro vno anno, ſequitur, vt iſto caſu vera ſit ſupradicta limitatio:ſed ſecus eſſet, ſi emphy-
4 teuta cõduxiſſet ſyluam,aut fundum,& promiſiſſet ſoluere tantam quãtitatem vini,aut frumenti,aut pecunię in genere:quia tunc dicitur facta mentio de frumento,aut vino pro canone cauſa demonſtrationis,& nõ taxationis:quæ penſio dicitur præſtari in recognitionem dominii, vt dicunt communiter doct.in l.1.C.de iure emphy.Cuman. & Alex.in l.ſi interdum.§.quod ex naufragio.num.7.ff.de acquir. poſſeſſ.& doct.in c. potuit.de locato.dum quærunt,quare ſimplici cõductori fiat remiſſio mercedis,quæ emphyteutæ denegatur:nam ideo hoc volunt eſſe,quia cõductor ſoluit penſionem contemplatione fructuum percipiendorum, & em-

emphyteuta ſoluit canonen in recognitionem dominii directi, non ha-
bito reſpectu ad fructus, Iaſ. in l.1. num. 17. C. de iure emphyt. Bald. in l. ſi
verberatum. §. 1. per illum tex. ff. de rei vendicat. & ideo ei non diminuitur
penſio, licet fructus non percipiat, dummodo emphyteuſis duret d. l. 1.
de iure emphyt. Si ergo non habetur iſto caſu cõſideratio, an emphyteu
ta percipiat fructus, ſequitur etiam, vt teneatur ſingulo anno recogno-
ſcere dominum, & canonem ſoluere, licet non ſingulo anno ex ipſa em-
phyteuſi fructus percipiat: & idem iuris eſſe puto, ſi canõ eſſet vnius ſex-
5 tarii frumenti, & quinque bononenorum, vel ſimili quãtitate: nam pro-
pter adiunctam quantitatem pecuniæ nullo modo videtur facta mẽtio
de frumento cauſa taxationis: & dubium non eſt, quòd debens ſoluere
canonem in pecunia, tenetur illum omni anno ſoluere: ideo, etiam ſi ceſ
ſaſſet emphyteuta per biennium, aut triennium ſoluere in illa parte, a to
ta emphyteuſi caderet, vt diximus ſupra hac eadem priuationis cauſa in
quinta ampliatione huius caducitatis: & ita videtur etiam de mente Iaſ.
in d. auth. qui rem. num. 11. verſ. idem quando ex qualitate rei non ſolue-
retur, vt puta non conſiſtentis in pecunia, C. de ſact. eccleſ.

LIMITATIO XXIX.

1 EMPHYTEVTA, *qui propter paupertatem canonem ſoluere nõ potuit, iure ſuo non priuatur ob non ſolutum canonem.*

2 EMPHYTEVTA, *qui culpa ſua in paupertatem incidit, pœnam ob non ſolutum canonem propter paupertatem non euitat, & quomodo hoc procedat.*

LIMITATVR vigeſimo nono, quãdo ẽphy-
1 teuta pp pauptatẽ canonẽ ſoluere nõ potuit,
ita Bald. in c. querelã, extra de iureiurando, in
fine, Marſil. in repet. rubr. ff. de fideiuſ. n. 182.
Crot. in l. 4. §. Cato. n. 68. de verb. obligat. q
citat Roman. in l. fraudati. ff. de publican. idẽ
tenẽtẽ, Spec. in §. nunc aliqua. quæſt. 28. de
locato Iaſ. in d. l. 2. num. 56. C. de iure ẽphyt.
Guliel. Reodan. in tract. de reb. eccleſ. nõ alie
nand. quæſt. 24. cap. 3. num. 9. pag. 498. Quod tamen non eſt verum, quã
2 do emphyteuta culpa ſua in paupertatem incidiſſet: nam tunc non eui-

taret pœnã caducitatis reſpectu huius paupertatis ex eo, quia priuilegia conceſſa propter paupertatem non competunt illi, qui culpa ſua ad inopiam deuenit, vt eſt caſus notabilis in l. penult. ff. de iure dot. per quem tex. ita dicit Bald. in c. ſedes Apoſtolica. de reſcriptis. & in terminis noſtris declarat Crot. in d. §. Cato. num. 69. inquiens, quòd ad hoc facit tex. in l. bona fides. ff. depoſiti. & quod vult gloſ. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. dum dicit, ſi ſua culpa egent, indignum eſt eis ſubuenire, & faciunt etiam not. per Brun. in tract. de ceſſione bonorum, quæſt. 28. ſed videtur, quòd paupertas emphyteutæ excuſationem tribuat, etiam ſi ſua culpa in eam inciderit, ſi non fuit ordinata ad caſum, vt excuſaretur a ſolutione canonis, per ea, quæ tradit Felin. in c. ſi quis teſti. num. 11. extra de teſti b. & ex communi doct. ſententia tradit Sfort. Oddus in tract. de reſtit. in integr. quæſt. 11. artic. 10. in 1. parte, not. per Syluan. de feud. recognit. quæſt. 77. num. 5.

LIMITATIO XXX.

1 EMPHYTEVTA, *qui paſſus eſt ſterilitatem, & ſoluit canonẽ fere æquiualẽtem fructibus, excuſatur a ſolutione canonis pro illo anno ſecundum vnam opinionem.*

2 EMPHYTEVTA, *qui renunciauit beneficio petẽdi remiſſionem propter ſterilitatem, vel ſuſcepit in ſe periculum caſus fortuiti, vel renunciauit exceptioni doli, vel condictioni Sine cauſa, & omni legum auxilio, quo emphyteuta ſe tueri poſſet a ſolutione canonis, propter ſterilitatem, quam paſſus eſt, non excuſatur.*

3 EMPHYTEVTA *a ſolutione canonis propter ſterilitatem, quam paſſus eſt, non excuſatur, vbi adeſt conſuetudo, vt emphyteuta teneatur ad ſolutionem canonis in caſu, quo de iure deberet ei fieri remiſſio.*

1 LIMITATVR trigeſimo, vbi canon eſſet fere æquiualens fructibus, & emphyteuta paſſus eſt ſterilitatem; quia tunc ipſi fit remiſſio, ſicut ſimplici conductori, vt late docet Alex. in cõſ. 112. num. 2. & ſeq. vol. 1. quem ſequitur Ludouic. Bologni. in cõſ. 54. col. 3. verſ. nihilominus, Bero. conſ. 130. & conſ. 131. vol. 1. Neuizan. conſ. 92. num. 44. cum ſeq. vſq. ad finem illius conſilii, Paul. de Monte Pico in repet. auth. præterea. num. 13. & ſeq. C. vnde vir, & vxor. Rolãd. a Valle cõſ. 96.

96.num.26.vol.1. Aret.conſ.55.col.2. & conſ.110.col.2. Grat.conſ.128.
num.10.vol.2.Ruin.conſ.77.num.7.& conſ.161.verſ.2.principaliter,vol.
1.Bero.in c.potuit.de locato.num.175.& quæſt.125.in princ.Ioā̃n. Ant.
Rub.in repet.§.quidam recte. num.207.& Soc.in.§.& ſi parente.ſub n.
6.l.Gallus.ff.de liber.& poſth. Cotta in ſuis memor. in verbo emphyteu
ta regulariter,vbi citat Andr.Sicul.in cõſ.14.& Barbat.in d.c.potuit.col.
12.verſ.vltimo ex eodem, idem tenentes:& teſtatur hãc eſſe communẽ
opinionem: quam tamen non eſſe magis communem, nec veram nos
docuimus ſupra hac eadem cauſa priuationis in duodecima ampliatio-
2 ne:ſed hac limitatione retenta,declara,eam non procedere,vbi emphy-
teuta renunciaſſet beneficio petendi remiſſionem propter ſterilitatem,
quam paſſus fuit, vel vbi ſuſcepiſſet in ſe periculum caſus fortuiti, & vbi
renunciaſſet exceptioni doli,vel condictioni Sine cauſa,& omni auxilio,
quo ẽphyteuta ſe tueri poſſet a præſtatione canonis, Bero.d.quæſt.125.
not.per Alberic.in l.item quæritur.§.exercitu.ff.locati. per Soc.Iun.conſ.
130.num.24.vol.3.& Cæpol. cautela 48.& per Iaſ.in l.1.num.92. verſ.li-
3 mita hanc tamen concluſionem, de iure emphyteutico. vel vbi adeſſet
cõſuetudo, vt emphyteuta teneatur ad ſolutionem canonis in caſu,quo
de iure deberet ei fieri remiſſio, ita Roch.de Curte in c.fin.de conſuetud
ſect.1.ſub num.29.verſ.ſimiliter.valeret,ex ſententia Angeli in §.lex itaq.
ad finem.in auth.de non alienand.& ex ſententia Iaſ.in d.l.1.de iure em-
phyteutico.

LIMITATIO XXXI

1 EMPHYTEVTA, *qui per 30. vel 40. annos canonem non ſoluit, & ſemper emphyteuſim poſſedit, an ob non ſolutum canonem poſſit expelli.*

2 ACTIO *perſonalis cum mala fide nunq̃ præſcribitur de iure canonico.*

3 MALA *fides defuncti nocet heredi in præſcriptione.*

4 EXTRANEVS, *qui emphyteuſim tenuit, & poſſedit, vt rem liberã, & allodialem, & per 30. vel 40. annos non ſoluit canonem, præſcribit dominiũ etiam directum, ſaltem in effectu.*

5 RESTITVTIO *in integrum ex capite ignorantiæ datur etiam aduerſus præſcriptionem 40. annorum.*

1 DECLARATVR trigeſimo primo, vbi emphyteuta per 30. vel 40. annos penſionem non ſoluit, & ſemper poſſedit emphyteuſim: quia tunc dicitur præſcripſiſſe liberationem a penſione ſoluenda,

tàm

tàm pro tempore præterito, quàm futuro: nam omnis actio tollitur eodem tempore, l.ſicut. & l. omnes C. de preſcript.30. vel.40. annorum: per quæ iura ita determinat Bart.in l. comperit C.eod. ſequitur Corn.in conſ.142.num.11.verſ.accedat, vol.3. Bero. conſ.114. num.23.vbi hanc communem dicit.vol.1. Guliel. Reodan.in tract.de reb.eccleſ.non alienand. quæſt.24.cap.3.num.26.pag.500.Quod etiam videtur ſentire Iaſ. in l.2.num.72. quæſt.28.C.de iure emphyteutico.

Sed contrarium tenet Speculat.in §.nunc aliqua, quæſt.44. num.55. tit. de locato:nam dominus,qui rem conceſſit in emphyteuſim, poſſidet ciuiliter, vt ipſe Speculat. tradit eodem loco, quæſt.46. ideo contra eum non præſcribitur:nam,ſi ex vnius diei poſſeſſione præſcriptio interrumpitur l.cum notiſſimi §.immo.C. de præſcript.30. ãnorum, multo fortius ex continua poſeſſione.Item quia dominus directi,quod poſſidet, habet in bonis: quia poſſidet,& conuenctus exceptionē habet, vt.ff.de acquir. rerum dominio.l. rem in bonis. Si igitur rem habet in bonis, ſequitur ſecundum ipſum, vt contra dominum per non ſolutionem non fuerit præſcriptum: quia nemo poteſt dicere deperditum quod in bonis retinet, vt.ff.Qui ex cauſ.man.l.nec vtilē, & extr.de iudic.c.examinata. Nec ſecundum ipſum Speculat.obſtat, vt dominus tanto tempore nō habuerit poſſeſſionem:quia licet ex prima ceſſatione emphyteutam expellere noluerit: nunc tamen ex ſecūda,vel tertia,vel vigeſima poterit, cum pœna pluries committi potuerit, arg.de verb.obligat.l.ſi ſic &.ff.ſi cui plus quam per l.falcid.l. etiam.§.penult. nam non minuitur pœna illius,qui pluries ceſſauit immo plus deliquit,qui nec in vltimis ãnis ſoluere voluerit, arg.l.1.C.vt intr.cert.tempor.criminal.quæſt.c.cum haberet,ad finē de eo, qui duxit in matrimon. quam polluit per adult.c.fin.extr.de conſuetudine. de quo dicit etiam videri eſſe caſum in l.male.C.de præſcript. 30. annorum. Tu pro veritate diſtingue ſic.aut emphyteuta,qui ceſſauit ſoluere canonem per ſupradictum tempus, eſt illemet, qui rem in emphyteuſim conduxit, vel qui recognouit aliquando ipſam emphyteuſim a domino, & is propter eius malam fidem nunquam præſcribit, cū

2 teneatur actione perſonali; quæ non præſcribitur cum mala fide de iure canonico aliquo temporis ſpatio, ſecundum communem opinionem Canoniſtarum in c.finali. de ſepulturis, & Balb.in tract.de præſcript.2. parte tertiæ partis principalis,quæſt.13. & Anton.Gabriel.lib.5.de præſcript.concluſ.3.Soc.Iun.conſ.112.num.17.vol.2. ſicut non præſcribit ēt

3 eius hæres,cui nocet mala fides defuncti,vt docet idem Balb.loco ſupra citato,& Ant.Gabriel.d.libro 5.de præſcript.concluſ.5.verſ. contrariam vero opinionem.Aut vero is, qui ceſſauit ſoluere canonē, eſt extraneus qui rem tenuit,& poſſedit vti propriam,& liberam,& ſic tit.pro ſuo, & is vtiq;

is vtique præſcribit, etiam dominium directum, ſaltem in effectu, & ita in terminis noſtris diſtinguendum eſſe ait Balb. in d. tract. de præſcript. in 4. parte. 4. partis principalis, quæſt. 8. & declarat Bero. in d. conſ. 114. num. 27. vol. 1. & Caſtr. in cõſ. 213. viſo pũcto ſupraſcripto, num. 2. verſ. pari ergo ratione, vol. 2. cũ quibus videtur cõſentire Tiraq. de præſcript. in
4 gloſ. 12. §. primo. ſi tamen Prælatus ignoraſſet, bona emphyteutica, quæ poſſidentur per extraneum, vti propria, & allodialia, eſſe emphyteutica, daretur ei in integrũ reſtitutio ex capite ignorantiæ, etiam aduerſus præſcriptionem quadraginta annorum ſecundum Alex. in conſ. 169. num. 15. vol. 2. vbi teſtatur, hanc eſſe cõmunem, & in conſ. 116. vol. 5. Roman. conſ. 123. & ibi Mandoſ. num. 5. Tiraq. de retract. lignag. §. 35. gloſ. 4. n. 37. quam etiam eſſe magis communem teſtatur Balb. in d. tract. de præſcript. in 4. parte 4. partis principalis, & late Roland. a Valle conſ. 68. vol. 3. & conſ. 72. num. 48. vol. eodem, licet alii ſenſerint, non dari reſtitutionem ex capite ignorantiæ aduerſus præſcriptionem 40. annorum: quos citat Tiraq. de retract. lignag. d. §. 35. gloſ. 4. num. 38. & ſeq. Dec. conſ. 29. Ancar. conſ. 170. de qua vide Sfort. Oddum in tract. de reſtit. in integr. quæſt. 90. artic. 5. 6. & 7. in 2. parte.

LIMITATIO XXXII.

1 EMPHYTEVTA *excuſatur a ſolutione canonis, quando res in totum periit, ſecus ſi non in totum periit.*

2 DOMVS *emphyteutica, ſi chaſmate pereat, emphyteuta a præſtatione canonis non liberatur.*

3 PACTVM, *vt emphyteuta teneatur ad præſtationem canonis, etiam ſi emphyteuſis in totum periret, valet.*

DECLARATVR trigeſimo ſecundo, quando res in totum
1 periit: nam tunc emphyteuta non tenetur, etiam ſoluere canonem: quia, ſi pereat res tota, non dolet emphyteuta: ſed ſi pro parte, nulla ſe liberat arte, vt dicit Speculat. in §. nunc aliqua. quæſt. 134.
2 num. 160. tit. de locato, per l. 1. C. de iure emphyt. in fine. Ex quo infertur quòd ſi data eſt domus in emphyteuſim, quæ chaſmate pereat, emphyteuta non liberatur: quia non periit tota, cum remanſerit area, quæ cenſetur maxima pars domus, l. qui res. §. aream. ff. de ſolut. vt in terminis do

cet

cet Iaſ.in l.1.num.15.C.de iure emphyt. poſt Angel. in §. itaq.in auth. de non alienand. & Imol.in c. potuit. de locato. num.44.licet ſecus eſſet ſi fundus, aut domus data eſſet eccleſiæ, vel hoſpitali, cum pacto, vt alimenta concedenti præſtare teneatur: nam, ſi poſtea domus, aut fundus penitus pereat, nihilominus alimenta præſtare tenebitur; quià cum omne dominium tranſierit in eccleſiã, vel hoſpitale, ad ipſam eccleſiam ſpectat periculum. ita Iaſ. loco ſupracitato num.14. poſt Alber. & Bald. ibidem, & Ancar. & Imol. in d.c. potuit. num.45. qui magiſtraliter loquitur in hoc articulo, an debeat fieri remiſſio propter peremptionem contingẽtem caſu fortuito, ad quem lectorem remitto breuitatis cauſa. Et quòd
3 ſupradictum eſt, emphyteutam liberari a ſolutione canonis, vbi res in totum periit, intellige verum, niſi pactum fuerit, vt emphyteuta teneatur ad canonẽ: etiã ſi ẽphyteuſis perierit nã hoc pactũ valet, vt tradit Speculat.in d.§.nunc aliqua quæſt.138.num.164.Iaſ.in d.l.1.de iure emphyt. num.13.Alberic.in l.2.in fine.C.eod.

LIMITATIO XXXIII.

1 RES *data in emphyteuſim cum omni iure, quod concedens habebat in illa re, propter non ſolutum canonem ad dominum nõ reuertit.*
2 CENSVARIVS *ob ſolutionis ceſſationẽ expelli nõ poteſt.*

LIMITATVR trigeſimo tertio, quando res fuit data in emphyteuſim cum omni iure, ꝙ
1 concedens habebat in illã re: nam iſte contractus dicitur cenſualis, & non emphyteuticus, ex quo omne ius ipſius concedentis translatũ eſt in ipſum acquirentem, vt docet Imol. in c. ad audientiam. ſub num.4.de reb.eccleſ.non alienand. qui dicit ad hoc eſſe tex. expreſſum, ſi bene ponderetur, in c. cõſtitutus.de religioſ. domib. & quòd verbum illud in emphyteuſim exponitur, in conceſſionem cenſualem, & verbum ſub annua penſione exponitur pro cẽſu, propter ſubiectam materiam, vt voluit gloſ.in d.c. conſtitutus, ad quod dicit etiam facere, quod habetur in l.inſulam.ff.de præſcript.verbis.& in l.
2 ſi duo.in principio.ff.locati, & cum ſit contractus cenſualis, etiam ſi per

mil-

mille annos penſio non ſoluatur, res ad concedentem non reuertitur, cũ in hoc differat emphyteuſis a cenſuali contractu, vt tradit gloſ. & doct. communiter in d.c. conſtitutus. de religioſ. domib. Imol. in d.c. ad audiẽtiam, ſub num. 4. verſ. & nota, quòd differentia eſt, Laſ. in l. 2. num. 41. de iure emphyt. & ita in terminis noſtris poſt Imol. tradunt Ruin. conſ. 160. num. 6. & ſeq. vol. 1. Soc. conſ. 167. ſub num. 7. vol. 2. Caſſan. in cõſuetud. Burgund. pag. 1414. num. 2. & 3. Rubr. 11. §. 5.

LIMITATIO XXXIIII.

1 *OB ſolutionis ceſſationem quis expelli nõ poteſt ſi non apparet, an ſit emphyteuta, vel cenſuarius.*

2 SOLVTIO *præſumitur potius ex cauſa cenſuali, quàm emphyteutica, præſertim ſi concurrunt etiam coniecturæ.*

3 VBI *hinc inde adſunt coniecturæ, in dubio præſumitur emphyteuſis fauore eccleſiæ, licet ſecus ſit in priuato, & an hoc ſit verum.*

1 DECLARATVR trigeſimo quarto, quando non apparet, an ſit emphyteuta, vel cenſuarius: quia ex quo non apparet, quo iure ſoluere debuerit, per ceſſationem ſolutionis nunquã cadit a iure ſuo, ex quo poteſt eſſe, vt tanquã cenſuarius teneretur ſoluere, qui ex ceſſatione ſolutionis nunquam ius ſuum amittit, vt notanter tradit Alberic. in d.l. 2. num. 13. C. de iure emphyt. vbi inquit, ſe ita reſpondiſſe de facto cuidam Priori, cum in eius inſtrumentis repertum fuiſſet vnum inſtrumentum, in quo continebatur, quòd Titius promiſit dare omni anno ipſi monaſterio vnum ſaccum frumenti pro fundo: nam ex quo non conſtat, iſtum eſſe emphyteutam per non ſolutionem a iure ſuo cadere
2 non debet, cum potius præſumatur ſolutio ex cauſa cenſuali, quàm emphyteutica, vt pœna caducitatis euitetur, & id, quod minimum eſt ſequatur, & benignior interpretatio pro accipiente fiat, Burſat. conſ. 26. n. 17. vol. 1. Bero. quæſt. 14. Pariſ. conſ. 84. num. 12. vol. 4. Dec. conſ. 146. num. 1. Pariſ. conſ. 85. in principio, vol. 4. Bero. conſ. 49. num. 7. & ſeq. vol. 3. Soc. conſ. 167. ſub num. 6. vol. 2. Natta conſ. 3. num. 1. & 2. Guliel. Reodan. in

tract.

tract.de reb.eccleſ. nõ alienand. quæſt.24. cap.3.num.27. pag.500. Caſſan.in cõſuetud. Burgund.pag.1416.num.6.Rubrica.xi.§.5. maxime ſi cõcurrant coniecturæ, de quibus per Burſat.in d.conſ.26.num.14. cũ ſeq.&
3 per Pariſ.in d.conſ.84.& per Ruin.in conſ.160. vol.1.num.5. & ſeq.Bero. d.quæſt.14.num.3.ſi tamen adeſſent coniecturæ hinc inde, fauore eccleſiæ in dubio præſumitur emphyteuſis, licet ſecus ſit in priuato, vt per Bero.d.quæſt.14.ante num.3.contrarium tamen, vt res etiam ſi ſit eccleſiæ præſumatur potius cenſualis, quàm emphyteutica, contra Bero.d. quæſt.14.tradiderunt DD.de Rota in manuſcriptis, in vna Rom.domus coram D.Blanchetto ſub die 13.Iunij.1575. poſt Creſcentium ab ipſis citatum, deciſ.33.lib.2.& de hac re vide etiam Ioſeph Maſcard.de probat. concluſ.281.

LIMITATIO XXXV.

1 EMPHYTEVSIS *conceſſa a certis hominibus, tanquam ſyndicis, & procuratoribus alicuius communis, qui de rato pro ipſo communi promiſerunt propter lapſum triennij, & non ſolutionẽ canonis, ante ratificationem non cadit in commiſſum cum emphyteuta ante ratificationem non dicatur in mora ſoluendi canonem.*

1 LIMITATVR trigeſimo quinto, vbi res fuiſſet in emphyteuſim conceſſa a certis hominibus, tanquam ſyndicis, & procuratoribus alicuius communis; qui etiam de rato promiſiſſent, & ſe facturos, & curaturos, vt commune ratificabit: nam, antequam cõmune ratificet, ſi labatur triennium, emphyteuta per non ſolutionem non cadit a iure ſuo, cũ emphyteuta iſte nõ dicatur in mora: quia ignorauit cõmune eſſe creditorem, ex quo de mandato locantium non cõſtabat, nec de ratihabitione: nam mandatum ex eo, quòd locauerint tãquam procuratores communis, non probatur, & neceſſe habebant locantes vel oſtendere mãdatum, vel facere ratificare, & antequam hoc fuerit factũ, emphyteuta non dicitur in mora ſoluendi, ita Ruin. in conſ.153.num.7. verſ.Sed prædictis non obſtantibus, vol.1.

LIMITATIO XXXVI.

1 EMPHYTEVSIS, *conceſſa duobus, vel pluribus vnicuique ac quiritur pro virili parte.*

2 CESSATIO *unius in ſolutione canonis non nocet alteri ex pluribus inueſtitis, ſed duntaxàt pars illius, qui non ſoluit, reuertitur ad dominum, & num. 3. ubi hoc ampliatur.*

4 TALIS *eſt obligatio deriuatiua, qualis fuit primitiua.*

5 EMPHYTEVSIS *duobus, uel pluribus inſolidum conceſſa, propter ceſſationē unius in ſolutione canonis in totū reuertitur ad dominū, remiſſiue.*

DECLARATVR trigeſimo ſexto, quando res eſt conceſ-
1 ſa a principio duobus, vel pluribus hominibus: nam ſicut
vnuſquiſque itelligitur inueſtitus pro dimidia, ſi ſint duo,
vel pro uirili parte, ſi ſint plures, l. reos. §. cum in tabulis. ff.
de duob. reis. l. ſi non ſinguli. C. ſi cert. petatur. l. ſi diuiſa.
C. de locato. Speculat. in. §. nūc aliqua. quæſt. 148. num. 175. de locato. Dec.
conſ. 58. num. 1. Gabriel. conſ. 86. num. 1. Corn. conſ. 285. num. 6. vol. 3.
ita vnuſquiſque tenetur ſoluere medietatem, vel ratam canonis, Bart. in
l. fraudati. ff. de plublic. Dec. in d. conſ. 58. num. 1. in fine. Ideo vnus ceſsās
ſoluere in parte ſua, non præiudicat alteri, & ſolum pars illius, qui ceſſa-
2 uit, in cōmiſſum cadit, Bart. in d. l. fraudati. Iaſ. in l. 2. num. 60. verſ. 2. limi-
tat. C. de iure emphyt. Roncagall. in l. eandē. in princ. n. 137. ff. de duob.
reis. Quod procedit, etiam ſi vnus poſtea ex inueſtitis emeret partē ſuā
3 ab alio ēphyteuta, quia principio fuerat cū ēptore pro dimidia inueſti-
tus: nā, ſi poſtea ceſſet ſoluere canonē in parte, & pro vna rata, nō cadit,
niſi ab illa parte ēphyteuſis, ꝑ qua fuit ceſſatū i ſolutione: q̄a, cū obligatio
fuerit diuiſa a principio, tū ex natura rei ꝑ parte obueniēte, tū ex natu
ra obligationis ſimul cōtractæ, talis eſt obligatio deriuatiua, qualis fuit
4 primitiua, vt iquit Bald. in cōſ. 116. Colūbinus dedit, ſub n. 1. vol. 1. ꝑ l. 2.
5 §. ex his. ff. de verb. obligat. Quæ tamē itellige, niſi res fuiſſet illis duobus,
vel plurib' iſolidū conceſſa, vt dixim' ſ̄ hac eadē priuationis cā, āpliat. 33.
Rōcag. loco ſ̄ citato n. 138.

LIMITATIO XXXVII.

1 OBLATIO *canonis ſufficit ad euitandam pœnam caducitatis.*

2 OBLATIO *canonis ad euitādam caducitatem, oportet, ut ſit realis, & uerbalis non ſufficit.*

3 VBI *opus eſt facto, uerba non ſufficiunt.*

4 OBLATIO *verbalis canonis ſufficit ad euitandam caducitatem, ſi dominus recuſauit canonem recipere, licet ſecus ſit, quando non recuſat accipere, vel quando nihil dicit.*

II OB.

5 OBLATIO *incongruo loco, & tempore facta pro non facta habetur.*

6 OBLATIO *canonis facta domino tempore noctis, emphyteutæ non prodeſt, niſi eſſet vltima pars termini, in quo ẽphyteuta tenebatur canonẽ ſoluere.*

7 OBLATIO *canonis facta ab emphyteuta domino, dum ipſe funus familiare ſequeretur vel dum peregrinaretur, ipſi non prodeſt.*

8 OBLATIO *canonis in mari facta, vel in itinere de nocte, vel in loco nõ conuento, aut ſolutioni deſtinato tacite, vel expreſſe, emphyteutæ nõ prodeſt.*

9 EMPHYTEVTA, *qui debet ſoluere capones, pœnam caducitatis nõ euitat, ſi illos mortuos offert.*

10 EMPHYTEVTA, *qui debet ſoluere canonem in pecunia, propter oblationem factam in pecunia, quæ nõ eſt in vſu, & eſt reprobata in loco, in quo canon ſolui debet; pœnam caducitatis non euitat.*

11 OBLATIO *canonis, licet ſufficiat ad euitandam pœnam caducitatis, nõ ſufficit tamen, vt emphyteuta conſequatur plenam liberationem canonis, niſi de canone ſit facta oblatio, conſignatio, & depoſitio.*

12 OBLATIO *canonis vt defendat emphyteutam a caducitate, oportet, vt ſit facta ſingulis annis, vel ſingulo biennio pro toto biennio, ſi ſit emphyteuſis eccleſiæ; vel ſingulo triennio pro toto triennio, ſi emphyteuſis ſit priuati.*

13 EMPHYTEVTA, *qui tribus annis continuis, vel trino biennio, aut triennio obtulit canonem præſumitur, etiam pro tempore præterito, obtuliſſe.*

1 LIMITATVR trigeſimo ſeptimo, ſi canon fuit oblatus; quia talis oblatio ad euitandam pœnam caducitatis ſufficit gloſ. in l. 2. in verbo Secundum legem. C. de iure emphyt. quæ eſt communiter recepta, vt ibidem teſtatur Salic. in fine. n. 37. & Iaſ. num. 132. Soc. conſ. 118. in fine, vol. 4. Speculat. in §. nunc aliqua. quæſt. 34. num. 45. & ibi Ioann. Andr. Guliel. Reodan. in tract. de reb. eccleſ. nõ alienãd. quæſt. 24. cap. 3, num. 34. pag. 501. Iul. Clarus in §. ẽphyteuſis, quæſt. 8. verſ. pone quòd emphyteuta. Dec. conſ. 650. num. 15. Requiritur tamen, vt ta-
2 lis oblatio ſit realis, l. qui decem, verſ. idem reſpondit. in fine. ff. de ſolut. l. ſeruus, qui hęredi, in fine. ff. de ſtatulib. Natta in terminis noſtris in cõſ. 3. n. 4. Bero. cõſ. 126. n. 19. vol. 1. Bart. in l. p̃tor. §. ſi quis paratus. ff. de noui operis nũciat. vbi inquit, ꝙ oẽs leges, q̃ dicũt, debitorẽ debere eſſe paratũ ſoluere, debẽt intelligi, ꝙ debitor debet ire cũ denariis in manu; alˢ nõ diceret̃ obtuliſſe, niſi ĩ vno caſu, qui eſt in l. pen. ff. de reſc. vẽd. vt eũ, refert, & ſequit̃ Neguſ. in tract. de pig. in 3. mẽbro 5. partis principalis, ĩ prin. Rolãd. cõſ. 53. n. 34. vol. 1. & late Iaſ. ĩ l. ſi ita quis. §. Seia cauit. n. 17. cũ duob. ſeq. de verb. obl. Alex. ĩ l. ſi. inſulã. n. 6. ff. eod. de verb. obl. vbi ẽt Iac. de Nigris n. 46. idẽ tenet ĩ facto momẽtaneo, vt ẽ ſolutio canonis, poſt Alex. ĩ cõſ. 120. col. 4. vol. 2. Barb. cõſ. 86. vol. 3. & alios quos eodẽ loco, idem Iac. citat.

Vbi

3 VBI enim opus eſt facto, verba non ſufficiunt, gloſ. fin. in c. paſtora-
lis. de offic. ordinar. gloſ. in c. vt circa. in verbo Pra ſtito. de elect. & licet
Soc. in d. cõſ. 118. in fine, dicat quòd ſola verbalis oblatio excuſat a cadu-
4 citate: eius tamen opinio non videtur vera ex ſupradictis: ſed procedere
poſſet, ſi dominus recuſaret canonem recipere, vt declarat Iul. Clar. in d.
§. emphyteuſis. quæſt. 8. verſ. pone, quòd emphyteuta. Et, licet ipſe nihil
alleget: tamen hæc ſua diſtinctio probatur ex his, quæ tradit Alexander
in l. ſi ſeruus. verſ. puto ſic concludendum. ff. de vulg. & pupillari. dum
concludit, quòd, ſi creditor recuſat accipere pecuniam, ſufficit oblatio
in ſacculo: quia iſto caſu ſola verbalis oblatio ſufficit, per tex. ſing. in l. q
Romæ. in princ. de verb. obligat. & in c. cum qui. de dolo, & contumac.
& c. 1. de eo, qui mittitur in poſſeſſionem. quod ante ipſum voluit etiam
Bald. in l. vnica. num. 4. verſ. Modo quarto. C. ne in una, & eadem cauſa li-
ceat tert. prouoc. ſequitur Cotta in ſuis memor. in verbo Oblatio, Caſtr.
in d. l. qui Romæ. in princ. & ibidem Alex. num. 2. de verb. obligat. & ſe-
quũtur alii, quos citat Tiraq. de retractu cõuent. §. 4. gloſ. 6. num. 21. Soc.
conſ. 199. num. 3. vol. 2. Ruin. conſ. 113. num. 1. vbi hanc communẽ di-
cit, vol. 1. & alii, quos congerit Anto. Gabriel. lib. 3. de ſolut. & liberat. con
cluſ. 8. Roland. a Valle d. conſ. 53. num. 37. & num. 26. vol. 1. licet ſecus ſit,
quando creditor non recuſat accipere, vel ſaltem nihil dicit: quia tunc ſa
tis non eſt, vt debitor offerat in ſacculo, niſi numeret pecuniã, vt inquit
Alex. in d. l. ſi ſeruus, & alii doct. quos Tiraq. refert loco proxime citato.

Quod tamen intellige, ſi realis oblatio, vel verbalis, domino canonẽ
5 recuſante accipere, ſit congruo loco, & tempore, & legitime facta: nam
ea incongruo loco, & tempore facta pro infecta habetur, Iacob. de
Nigris in repet. l. ſi inſulam. num. 14. de verb. obligat. poſt gloſ. in l. ſe-
mel mora. ff. ſol. matr. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. caſu 252. vbi recẽ-
ſet qualitates, quæ debent concurrere, vt depoſitio dicatur legitime fa-
cta, & tradit Afflict. decis. 150. num. 11. Neguſant. de pignor. in 2. parte. 3
6 membri quintæ partis, num. 9. Iaſ. in l. qui Romæ in princ. num. 13. ff. de
verb. obligat. Roland. a Valle. in d. conſ. 53. num. 39. vol. 1. Ideo emphy-
teuta nõ excuſaret, ſi tertius nõ habẽs ab ẽphyteuta ad id mãdatũ canonẽ
dño obtuliſſet, vt dixi ſ hac eadem cauſa priuationis, limit. 7. n. 3. aut ipſe
ẽphyteuta canonẽ dño obtuliſſet tẽpore noctis: qa nõ diceret facta cõ-
gruo tẽpore, Bald. in l. acceptã. n. 13. C. de vſur. & ibidẽ Salic. n. 5. in 3. op-
poſitione, Alex. in d. l. ſi ſeruus. in fine principii. ff. de vulg. & pupillari. niſi
nox eſſet vltima pars termini tẽporis, i quo ẽphyteuta tenetur canonẽ ſolue
re: nã tũc talis oblatio de nocte fieri poſſet, vt declarat Neguſãt. loco ſ ci-
tato: qui ẽt ad id citat Salic. poſt Guliel. de Cun. in l. non minorem. ad
finẽ. C. de trãſact. & ſequitur Tiraq. de retract. cõſang. §. 1. gloſ. 11. num. 12.

7 Item non excuſaretur emphyteuta, ſi canonem domino offerret, dũ
ipſe funus familiare ſequeretur, vel peregrinaretur, ad not. per Salic. in
d.l. acceptam. num. 5. C. de vſur. & per Neguſant. in d. 2. parte tertii mem
bri, quintæ partis principalis, vel ſi offerret in mari, vel in itinere de no-
8 cte, ad not. per Bald. in l. cum quidam, num. 8. C. de condit. inſertis. Sicuti
etiam parum prodeſſet oblatio, ſi in loco non conuento, vel ſolutioni
non deſtinato tacite, vel expreſſe fieret, vel ſi eſſet conditionalis, ad not.
per Neguſant. eodem loco ſupracitato, & per Grat. conſ. 93. num. 75. vol.
9 1. & pariter non excuſaret emphyteuta, ſi canon eſſet vnius par caponis,
& capones mortui eſſent oblati, cum debens ſoluere capones nõ poſſit
dare illos mortuos, Ripa in l.quod te. num. 73. & Iaſ. num. 36. ff. ſi cert. pe
tatur. poſt Bart. in l. qui decem. §. fin. ff. de ſolut.
10 Item non excuſaretur emphyteuta, ſi canon cõſiſteret in pecunia, &
fieret oblatio in pecunia, quæ non eſſet in vſu, & eſſet reprobata in loco,
quo ſolui debet ad not. per Dec. in conſ. 668. vel ſi fieret oblatio monæ-
tæ falſæ, aut denarii falſi, Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 20. num. 11.
Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 17. requiſ. 24. ſub num. 66. verſ. Decimo in-
telligitur; vel ſi fieret depoſitũ canonis: ſed nõ de tota ſumma, vt tenuę-
runt DD. de Rota in manuſcriptis in via Vrbeuetana deuolutionis co
ram D. Brauo, ſub die 20. Iunii 1578. nam ſi deeſſet etiam vnus nũmus,
emphyteutam a caducitate non defenderet, Tiraq. de retract. conuentio-
nali. §. 4. gloſ. 6. num. 23. Caputaquen. deciſ. 182. in 1. parte. & poſſent dari
multa alia exẽpla: ſed, qa materia oblationis eſt remota a tractatu noſtro,
lectorẽ remitto ad tradita per Bald. in d.l. acceptã. C. de vſur. & p Negu-
ſãt. in d. tract. de pig noribꝰ in 2. & 3. parte tertii membri quintæ partis
principalis, & per Tiraq. in multis locis ſui tract. de vtroq. retractu.
11 Itẽ intellige, quòd talis oblatio realis, ſiue verbalis ſufficit, vt diximus
ſupra ad euitãdã caducitatis pœnã: ſed nõ ſufficit, vt ẽphyteuta cõſequat
plenã liberationẽ, niſi de eo fuerit facta oblatio, cõſignatio, & depo-
ſitio, vt dicũt ex cõmuni Iaſ. in d.l. 2. num. 182. C. de iure emphyt. Iul. Clar.
in d. §. ẽphyteuſis, quæſt. 8. verſ. ſed pone, Viuius libro. 1. ſuarũ cõmuniũ
12 opinionũ opinione 231. Itẽ ſciẽdũ eſt, ꝙ oportet, vt talis oblatio ſit fa-
cta p ẽphyteutã ſingulis ãnis, vel ſingulo biẽnio ꝓ toto biẽnio, ſi ſit ẽ-
phyteuſis eccleſiæ; vel ſingulo triẽnio, ſi ſit priuati, ꝓ toto triẽnio, vt de-
clarat Ruin. in cõſ. 167. n. 11. vol. 1. ex notatis p Speculat. in. §. nũc aliqua.
quæſt. 44. dum cõcludit, quòd, ſi emphyteuta ſoluere ceſſauit lõgiſſimo
tempore, licet dominus in prima ceſſatione eum expellere noluerit:
tamen ex ſecunda, vel tertia, aut vigeſima poteſt expelli: quia hæc pœ
na pluries committi poteſt, l. ſi ſic. de verb. obligat. & non minui-
tur pœna illius, qui ceſſauit pluries, immo augetur, cum plus delique-
rit,

rit, qui e͂t in vltimis annis ſoluere neglexit, arg. l. 1. C. ſi ĩ cert. tẽp. & c. cũ haberet. ad finẽ. de eo, qui duxit in matr. q̃ polluit, in adult. Sed bene verũ eſt, ꝙ, ſi cõſtaret de oblationibꝰ factis tribus vltimis annis cõtinuis, vel de oblationibus factis in trino biẽnio, aut triẽnio, ẽphyteuta ꝑ tẽpore ꝑterito moleſtari non poſſet; quia ꝑſumeret, ꝙ e͂t in præteritum ſingulis
13 ãnis eſſet facta oblatio, vt docet Dec. ĩ cõſ. 650. n. 15. An aũt creditor poſſit offerre, & deponere canonẽ, dixi ſ̃ hac eadẽ cã priuat. limitatione. 7. n. 4.

LIMITATIO XXXVIII.

EMPHYTEVTA, *qui ob non ſolutum canonem emphyteu-*
1 *ſim amittit, a iure luẽdi ſiue affrancandi, vel a pacto de retro uendendo non cadit.*
2 POENÆ *debent reſtringi.*
3 EMPHYTEVTA *propter non ſolutum canonem an cadat a pacto affrancandi, diſtinguuntur plures caſus.*
4 CONTRACTV *principali ſublato, non tollitur acceſſorium, vbi non habet correſpectiuitatem ſucceſſiuam: ſed momentaneam.*
5 PACTVM *de affrancando durãte locatione, finita emphyteuſi propter caducitatem expirat.*
6 VBI *conceditur ſimpliciter emphyteuſis cum pacto affrancandi in eodem inſtrumento, ſi emphyteuſis ob non ſolutum canonem in commiſſum cadit, etiam pactũ de affrancando expirat.*
7 EXTENSIO *fit in pœnalibus ad acceſſoria indiuidua, vel vbi aliàs ſequeretur abſurdum.*

DECLARATVR trigeſimo octauo, vt ẽphyteuta, qui ob nõ
1 ſolutũ canonẽ ẽphyteuſim amittit, nõ cadat a iure luẽdi, ſiue affrãcãdi, vł a pacto de retrouẽdẽdo: q̃a nõ reperit̃ iure expreſsũ, ꝙ nõ ſoluẽs canonẽ cadat a iure redimẽdi rẽ, ſiue affrãcãdi, & vbi pœna nõ eſt ĩpoſita a iure, illa ĩponi nõ debet, gloſ. in c. finali & ibi notat Abb. de iure patronat. ideo diſpoſitio c. potuit. de locato, & l. 2. C. de iure
2 ẽphyt., q̃ priuat ẽphyteutã ob nõ ſolutũ canonẽ, nõ debet extẽdi, vt eũ e͂t priuet a iure affrancãdi, vł a pacto de retrouẽdẽdo, cũ hoc nõ reperiat̃ expreſsũ, & pœnæ debeãt reſtrigi, c. odia. de reg. iur. in 6. l. ſi de interpretatione. ff. de pœnis. & ita in terminis noſtris tradit Iaſ. in d. l. 2. C. de iure ẽphyt. n. 5. Alex. in cõſ. 228. põderatis his. n. 5. vol. 6. per l. ſi domus. ff. de ſeruit. vrb. præd. Burſ. cõſ. 60. n. 30. vol. 1. q hãc cõunẽ dicit, Cumã. Fulg. & Paul. de Dotis iter cõſ. Cum. cõſ. 65. Barb. ĩ cõſ. 51. verſ. Capio nũc, ĩ vltimo vol. 1. Corn. cõſ. 66. n. 13. vol. 2. Alciat. ĩ l. petẽs, ĩ fine. C de pactis. Gozad. in conſ. 86. n. 26. Alc. in tract. de præſũpt. reg. 3. pſũptione 45. n. 3. & Crauet.

dc antiq.tempor.4.parte.num.85. Crot. in conſ.49.num.1.quos omnes
refert,& ſequitur Tiraq.de retract.conuent.ad finem tituli,num.90.Ce-
phal.conſ.370.num.9.vol.3. poſt Menoch. de arbitr.iudic. quæſt.lib.2.
cent.5. caſu 276.num.20. ſed quoniã ſupradicta declaratio indiſtincte
non procedit,conſiderandi ſunt plures caſus,vt conſiderauerunt DD.de
Rota in vna Romana deuolutionis tenimenti coram D.Robuſterio ſub
3 die 10.Iunij.1577.in manuſcriptis.Aliquando enim quis vẽdit,& poſtea
conducit rem cum pacto affrancandi, aut locat rem propriam cum pa-
cto redimendi ex interuallo,aut inſtrumento ſeparato, ita vt non poſſit
conſiderari correſpectiuitas,aut ſi cõſiderari poteſt, illa tantùm refertur
ad venditionem,& in iſtis caſibus procedit ſupradicta declaratio,& pœ
na caducitatis habet locum ſolum in caſu,in quo impoſita eſt,& non ex
tenditur ad alium caſum,& ſic nõ annullat pactum de affrancando,tan
quã res ſeparata,& de per ſe ſtãs,vt expreſſe diſtinguit Cæpol.de ſimulat.
contractus. præſũpt.2. & loquitur Alex.in d.conſ.228.num.5. vbi etiã
additio vol.6.& ita etiã intelligẽdus eſt Barbat.in d. cõſ.51.n.22. cũ ſeq.in
2.dubio,vol.1.dũ facit vim in ſeparatione,& præſupponit, quòd ius redi
mẽdi cõpeteret ãtea:nã dicit,quòd nõ cẽſet receſſum ab illo iure recupe
rãdi pp acceptionẽ illorũ bonorũ in ẽphyteuſim,& eodẽ modo inducẽ
dus eſt etiã Decius in l.bonæ fidei. num.11.C.de pact. quia ipſe trãſit cũ
Barbat.in d.conſ.51. allegãs, ꝙ in pœnalib⁹ nõ fit extẽſio,& ꝙ iſtud pa-
ctũ nõ põt dici correſpectiuum,nec pars cõtractus:qa eſt pro eodẽ, & in
fauorẽ recipiẽtis,& ꝙ licet tollatur cõtractus principalis, nõ tollit' acceſ
ſoriũ,vbi nõ habet correſpectiuitatẽ ſucceſſiuã, ſed momẽtaneã, vt de-
clarat idẽ Dec.in d.l.petẽs.in fine.C.de pactis, ſicq. Dec.expreſſe loquit'
4 in iſtis caſib⁹,vbi nõ põt cõſiderari correſpectiuitas reſpectu ẽphyteuſis,
vt animaduertũt DD.de Rota in ſ̃ dicta deciſione,vbi ẽt dicũt Gozad.in
d.cõſ.86.n.26. eſſe intelligẽdũ in iſtis caſib⁹, qa allegat Cæpol. Alex.&
Barbat.ſ̃ citatos,q ita loquũt',vt ſ̃ dictũ eſt,& dicũt ẽt Gozad.in l.2.n.182.
C.de pact.inter ẽpt.& vendit.loqui in his terminis, vt patet in princ.vbi
ponit hãc cõcluſionẽ,& poſtea ſemp retinet eoſdẽ terminos,& facit vim
ꝙ i pœnalib⁹ nõ fit extẽſio,& ꝙ correſpectiuitas refertur ad venditionẽ,&
adducit Cæp.& Barb.& dũ atteſtatur de cõmuni opinione,dicũt DD. de
Rota ipsũ eſſe intelligendũ in caſu,vbi adeſt venditio,& nõ datur corre-
pectiuitas ad ipsã cõceſſionẽ in ẽphyteuſim,ſed tãtũ ad ipſã venditionẽ,
& ſubiungunt,quòd,licet poſtea Goz.conſtituat tres cõcluſiones,intrat
tñ in aliis caſibus,qui nõ faciũt ad iſtos ſupradictos, & ibi ẽt inquiũt, ꝙ
Cagnol.in d.l.2.num.167.loquitur in iſtis terminis,&'ponit eademmet,
quæ ponit Alciat.in conſ.109.num.4.tom.2. lib.6.cuius dictum poteſt
applicari ad iſtos caſus, vbi non datur correſpectiuitas,niſi quo ad vendi
tionem:

tionẽ, quia ſolũ allegat Barbat. in d. cõſ. 51. & eodẽ modo aiũt DD. de Rota intelligẽdos eſſe Aim. de antiq. tẽp. parte 4. n. 85. & Burſ. in conſ. 60. n. 24. & in conſ. 122. n. 16. nã iſti nõ declarant, an pactum iſtud ſit pars emphyteuſis, vel donationis, Ideo ſunt intelligẽdi ſecundum Cœpol. & Barbat. quos citant, & dicunt etiam. ꝙ in iſtis terminis, vbi præcedit vẽditio loquitur Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. d. caſu 276. nu. 20. lib. 2. cent. 3.

5 Aliquando autem factum eſt pactum de affrancando expreſſum durante, conceſſione in emphyteuſim, & tunc illa finita propter caducitatem, non durat etiam amplius pactũ de affrancando, vt tenuerunt DD. de Rota in ſupradicta deciſione, verſ. aliquando eſt pactũ, ſequuti Felin. in d. conſ. 25. n. 22. & Goz. in d. l. 2. in fine. C. de pact. inter empt. & vendit.

Aliquando autem quis concedit rem ſuam ſimpliciter in emphyteuſim, & ſimul in eodem inſtrumento dat conductori facultatem affrancandi, & etiam iſto caſu tenuerũt. DD. de Rota in ſupradicta deciſione, quòd annullato contractu principali propter caducitatem annulletur etiam pactum affrancandi propter correſpectiuitatem: nam pactum intelligitur illo ſoluente, & ſeruante ea, ad quæ tenetur, & dicunt iſtam eſſe cõmunẽ opinionẽ, & tenẽdã: quia illã tenet Cæpol. in d. tract. de ſimulat. cõtr. ꝑſũpt. 2. in fine, vbi ita diſtinguit, & allegãt ẽt Salic. in d. l. 2. n. 3. C. de iure ẽphyt. Crot. in cõſ. 49. in princ. Bolog. i d. l. petẽs in fine. C. de pact. vbicũq. datur correſpectiuitas ſucceſiua & cõtinua ſeu quæ duret, non q̃ momẽto tẽporis cõſumitur, dicũtq; idẽ eſſe de mẽte Goz. & Cagn. in d. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. dum conſiderant correſpectiuitatem cum venditione, & ſentiunt idẽ, quod addentes: ad Alex. & Dec. vbi ſupra quæ opinio comprobatur per DD. de Rota ex l. quarto. §. inter locatorẽ, & ex l. item quæritur. §. qui impleto, vbi Bald. & Salic. ff. locati. & ex l. fundi partem. ff. de contrah. empt. & late Felin. in d. conſ. 25. num 20. ante finem 21. & 22. & Bolognet. & addentes ad Alex. & Dec. vbi ſupra: & faciũt not. per nos ſupra hac eadem cauſa priuationis in ſecunda ampliatione: nã cum in iſto caſu pactum ſit correſpectiuum, & pars principalis cõtractus emphyteuſis, ſine dubio, qui non obſeruat contractum, non poteſt agere, ex illo, & intrant aliæ regulæ iuris, de quibus per ſupradictos doctores, nec obſtat ſecundum DD. de Rota, quòd aliqui contrarium teneant: qm̃ Barbat. in d. conſ. 51. & alii ſupra relati in iſto caſu non merentur allegari in cõtrariũ, vt ſ͂ dictũ fuit, & Viuius cõmunibus opinionibus opinione 93. in prima parte nõ diſtinguit, & loquit̃ inaduertẽter fundãdo ſe contra Veronenſẽ cũ Barbat. & Decio, qui vt ſ͂ dictũ eſt non contra dicũt, vbi datur correſpectiuitas ſucceſſiua, vt pręponũt DD. de Rota ĩ illo caſu ex his q̃ ſtatim dicũt eadẽ deciſione, Nec obſtat ẽt ſm̃ ipſos DD. ꝙ Alc. d. reg. 3. ꝑſũpt. 45. n. 3. & ĩ l. petẽs. C. de pact. cõſiderat nouã rõnẽ, ꝙ

pactum non dicitur pars contractus vere, ſed per legis interpretationē, quæ fingit ineſſe contractum,l. lecta.ff.ſi cert. petatur.& pœna trahitur tantùm ad caſum, qui vere,& proprie continetur in diſpoſitione, non autem ad caſus improprios, vt ibi per eundem Alciat. qm̃ reſpondent DD. quòd, licet dicatur hic,annullato principali contractu,eſſe annullatum pactum acceſſorium, non tamen ex eo eſt, quòd pœna trahatur ad pactum;quoniam ex eo, quòd cadit a commodo contractus ex tacita cōditione,quæ ineſt ipſi pacto, ſi alius obſeruet promiſſa, vt in l.cum proponas.vbi Dec.C.de pact. & in l.quæro §. inter locatorem.ff.locati Salic. in d.l.2.num.3.C.de iure emphyt.Felin.in d.conſ.25.num.22.in fine. & bene per Bolognet.in d.l.petens.num.177.ante finem, & d.l.fundi partem.ff.de contrah.empt.cadit etiam a pacto.Secundo quia fit extenſio ad acceſſoria indiuidua,vel vbi aliàs ſequeretur abſurdum , vt hic: quia aliàs pœna nō operaret̃ effectus ſuos,vt in iſtis acceſſoriis īdiuiduis,aut vbi ſequeret̃ abſurdū poſt alios tradit Aim.in tract.de āūq.tēpor. in quæſtione de indemnit.mulierum.num.44.& 46.& comprobatur optime ex his, quæ diximus ſupra de cauſa priuationis ob alienationem irrequiſito domino factam, in trigeſima ſeptima ampliatione.Et in ſupradicto vltimo caſu,ſʒ quando res fuit data in ēphyteuſim ſub certo canone cum pacto affrancandi in eodem inſtrumento,DD.de Rota conſiderabant correſpectiuitatem ex multis in illo caſu particulari: & ad propoſitum noſtrum loquendo in generali,ex eo,quòd conductor non dediſſet tantum canonem, niſi cum hoc pacto, & pariter locator ipſe non conſenſiſſet pacto de affrancando, niſi alter promiſiſſet ſoluere canonem durante locatione:ideo intrant d.l.fundi partem.ff.de contrah. empt.& d.l.quæro.§.inter locatorem,ff.locati.& Salic.in d.l.2.num.3.C.de iure emphyt.Felin.in d.conſ.25.num. 20.in fine,cum ſeq.Bolognet.in d.l.petens.num.177.in fine,& ſic non procedit,quod inquit Dec.in d.l.in bonæ fidei.num.11.C. de pactis. quòd iſtud pactum reſpicit vnam partem ſecūdariam:quia cū ſit in eodem contractu, vtranque partem concernit,& eſt pars ex contēplatione alterius facti, vt poſt Soc.& alios bene deducit Dec.in cōſ.636. num.8.quem ipſi DD.citant in d.deciſ.vbi etiam dicunt non obſtate, ꝙ in pœnalibus non fit extenſio;quia nulla fit extenſio: ſed cadit a commodo cōtractus,& reſpōdent etiā ad aliud fundamentum Decū, quòd correſpectiuitas ſit momētanea,& nō ſucceſſiua, vt eſt apud d. DD.videre.

LIMITATIO XXXIX.

EMPHYTEVTA, *qui ob non ſolutum canonem iure ſuo priuatur, a ſua naturali poſſeſſione non cadit.*

DE.

1 DECLARATVR trigeſimo nono quantum ad poſſeſſionem naturalem, quam habet emphyteuta, vt docet Speculat.in §.nunc aliqua. quæſt.46.num.59.tit.de locato. Quia emphyteuta ob non ſolutum canonem a naturali ſua poſſeſſione nõ cadit,licet iure ſuo priuetur, & dominium vtile amittat, ita Iaſ.in d.l. 2.ſub n. 9. verſ.licet cadat.C. de iure emphyt. ſequutus Bald. in addit.ad Speculat.tit. de locato.col.7. qui allegat not.in l.cum duobus.aliàs eſt l.ſi plures.§.idem reſpondit.il 1. ff.pro ſoc.& idem Iaſ.in d.l. 2.num.101.

LIMITATIO XL.

1 EMPHYTEVSIS *ob non ſolutum canonem reuertitur ad dominũ quo ad præiuditium emphyteutæ, ſed non quo ad præiuditiũ tertij, cui ex pacto in inueſtitura appoſito ſingulo anno erant ſoluendæ ex vinea in emphyteuſim conceſſa duæ brentæ vini.*

1 LIMITATVR quadrageſimo quo ad præiuditium tertii,cui ex pacto in inueſtitura appoſito ſingulo anno ſint ſoluẽdæ ex vinea in emphyteuſim cõceſſa duæ brentæ vini. Quia, ſi reuertitur ad dominum ob canonem non ſolutũ, nihilominus tenetur dominus ad ſoluendum illi tertio duas brentas vini, vt tenet Guliel.de Cun.in l.adoptiuum .§. patronum. ff. de in ius vocando. per illum tex. & per l.1. C.ſi mancip.ita venier.de qua quæſt.vide etiam Alex.num.7.& Caſtr.n.8. in d.§. patronum.& Soc.ibidem, qui commẽtatur d.§.ſub lege in ius vocari.ff.eod.Iaſ.in l.2.quæſt.23.num.66.C.de iure emphyt. qui inquit, ꝙ veritas huius quæſtionis pendet ab his,quę Bart.Angel.Imola & Cum.poſuẽrũt in l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de verb. obligat. & late Bart.in l.a ſocero C.de iure dotium.Paul. de Caſtro in l.ſi cum venderet.ff.de pignor.act.&

l.in

l.in inſula.poſt.Bald.in fine.ff.ſol.matr. quibus in locis tangitur, an per tale pactum ſit illi tertio ius irreuocabiliter acquiſitum:quia, ſi tenemus quòd tale ius ſit tertio irreuocabiliter acquiſitum, non eſt dubium, ꝙ dominus, ad quem vinea eſt reuerſa, tenetur tertio ſoluere: ſi vero tenemus, tale ius eſſe reuocabile, ſecus erit, vt etiã videtur ſẽtire Alex.in d §.patronum.num.8. De qua re vltra not.per Bart. & alios in d.§.Flauius. vide late cumulata per Ant.Gabriel.lib 3. de donar.concluſ. 5. & inter cætera non obliuiſcaris, quòd ſi notarius ſtipulatus eſt pro illo tertio, vel aduenit tempus, in quo quæri deberet ius illi tertio, non poteſt amplius fieri reuocatio, vt tenent Cum.in d.§.Flauius, & Alex.col.3.verſ.tamen dicit Raphael.& col.7.verſ.ſecundus caſus eſt, & ibidem Iaſ.col.7.verſ.primo eam limita, Soc.col.5 in tertia concluſione, Dec.conſ.58.col.2.quos omnes refert, & ſeq.Ant.Gabriel.loco ſupracitato num.9.verſ.infertur igitur:nam ex hoc, ni fallor, infertur, quòd ſi poſt primum annum res reuerteretur ad dominum ob canonem non ſolutum, dominus nõ poſſit amplius illud pactum ad fauorem tertii appoſitũ reuocare, præſertim ſi emphyteuta ſemel, aut plures ſoluiſſet vinum huic tertio: quia iam a tertio pactum reperiretur ratificatum, & conſequenter reuocari nõ poſſet, ad tradita per Ant.Gabriel.loco ſupra citato num.4.& 5.

LIMITATIO XXXXI.

1 EMPHYTEVTA *eccleſiæ poſt lapſum biennium celeri ſatiſfactione poteſt moram purgare, & canonem ſoluere, ne emphyteuſis cadat in commiſſum.*

2 MORA *an poſſit purgari per emphyteutam eccleſiæ, quando in inſtrumento inueſtiture fuit appoſita clauſula Renunciantes omni legum iuris, & canonum auxilio, & num.6.*

3 PER *clauſulam Renunciantes omni legum iuris, & canonum auxilio, nõ intelligitur renunciatum beneficio cedendarum actionum.*

4 CLAVSVLÆ *appoſitæ acceſſorie ad validitatem, & executionem contractus non alterant illius diſpoſitionem.*

5 RENVNCIATIO *in inſtrumento per verba ampliſſima, nunquam comprehendit damnum enormiſſimum, etiam ſi verba illud comprehendere apta ſint.*

7 RENVNCIATIO *eſt ſtricti iuris, & in ea nõ veniũt, niſi expreſſa.*

8 RENVNCIATIO *in fauorem renunciantis eſt interpretanda, & nõ præſumitur, ſi alia coniectura capi poteſt.*

MO-

9 MORA *poſt beennium elapſum poteſt ab emphyteuta celeri ſatisfactione purgari, etiam ſi iam dominus declarauerit, velle eſſe locum caducitati.*

10 QVOD *noſtrum eſt nobis ſine facto noſtro auferri non poteſt.*

11 EMPHYTEVTA, *qui fuit impeditus intra tempus, quod datur ad purgandam moram, an poſt illud tempus poſſit eam purgare, remiſſiue.*

12 MORA *non poteſt ab emphyteuta purgari, qui in inſtrumēto inueſtituræ in ſpecie renunciauit beneficio purgandi moram.*

13 MORA *non poteſt ab emphyteuta purgari, qui canonem ſoluere iurauit, & quomodo hoc intelligatur num. 14.*

15 EMPHYTEVTA *an poſſit moram purgare, vbi in inſtrumento inueſtituræ cautum fuit, quòd emphyteuſis libere ad concedentem reuertatur, ſi emphyteuta per biennium in ſolutione canonis ceſſauerit.*

16 CLAVSVLA *Rato manente pacto ſecundum communem opinionem non tollit beneficium purgandi moram.*

17 EMPHYTEVTA, *qui ſe obligauit ad ſolutionem canonis in inſtrumento inueſtituræ, an poſſit moram purgare, ſi ex diſpoſitione ſtatuti inſtrumēta habeant executionem paratam, ſicut ſententia, vel vbi adeſt ſtatutum, q. in cauſis decidendis ſeruetur rigor.*

18 EMPHYTEVTA, *qui poſt biennium elapſū cōuentus a domino negauit ſe emphyteutam, moram purgare non poteſt.*

19 EMPHYTEVTA *poteſt moram purgare vſquequo dominus declarauerit, velle eſſe locum caducitati ſecūdum vnam opinionem, quæ reprobatur.*

20 EMPHYTEVTA *poteſt moram purgare vſque ad ſententiam excluſiue ſecundum aliam opinionem, quæ pariter damnatur.*

21 EMPHYTEVTA *poſt moram purgare vſque ad litem conteſtatam, quæ pariter reijcitur.*

22 EMPHYTEVTA *poſt moram purgare vſque ad quatuor menſes ſecūdum alteram opinionem.*

23 EMPHYTEVTA *moram purgare poteſt ſolum intra tres dies ex nōnullorum ſententia.*

24 EMPHYTEVTA *poſt moram purgare intra decem dies ſecundum alteram opinionem.*

25 MORA *intra quātum tempus poſſit per emphyteutam purgari, arbitrio iudicis relinquitur ſecundum veram, & communem opinionem: qui non debet arbitrari poſt duos mēſes poſſe purgari, & debet plus temporis tribuere pauperi, quàm diuiti, attenta canonis, & perſonæ qualitate.*

QVA-

1 LIMITATVR quadrageſimo primo & vltimo niſi ẽphyteuta eccleſię poſt bieniũ celeri ſatisfactione morã purgauerit, vt facere poteſt: quia tunc res in commiſſum non cadit, vt eſt tex.in d.c.potuit.vbi doct.extr.locati.& tradũt communiter doct.in l.ſi inſulam,& præſertim Ripa paulo ante num.38.de verb.obligat.Cagnol.in auth. qui rem, num.25.C.de ſacr.eccleſ.Dec.cõſ.452.num.19.verſ.ſexto,& vltimo. Cephal.conſ.25.num.5.vol.1.Cotta in ſuis memor.in verbo Mora purgari,Dec.conſ.138.ſub num.6.verſ.Et in emphyteuta eccleſiæ, Iaſ.in l.2. num.84.C.de iure emphyt.Bero.in d.c.potuit.num.140.& 142.& alij in fra citandi num.25.quod beneficium purgationis moræ an competat etiam iudæo,vide per Ioann. Hannib.in d.l.ſi inſulam.num.19. de verb. obligat.& alios, quos citat Marquardus in tract.de iudæis. part.2. cap.5. num.6.& ſeq.

2 AMPLIATVR, vt emphyteuta celeri ſatisfactione poſſit moram purgare,etiam ſi in inſtrumento inueſtituræ appoſita ſit clauſula Renũciantes omni legum iuris, & canonis auxilio:nam propter dictam clauſulam generalem non intelligitur renunciatum beneficio purgandi moram ex d.c.potuit.vt in terminis tenet Iacob.de Nigris in repet.d.l.ſi inſulam.num.181.ff.de verb.obligat.Cephal.conſ.25.num.37.& infra vol.1. & videtur tenere Puteus deciſ.465.num.2.lib.2. beneficium enim purgationis moræ non competit de præſenti,ſed ſub conditione de futuro, cũ fuerit in mora:ideo per dictam clauſulam non intelligitur dicto beneficio renunciatum,cum renunciatio intelligatur ſolum facta iuri de præſenti competenti, non autem iuri de futuro, l.Paulo Callimacho.§.1.de leg.3.& cl'a illa indefinite poſita duntaxàt ad præſens tempus referẽda videatur; arg.l.ſi ita.ff.de auro, & argẽto legato. & in ſimili Roman.cõſ.

3 472. in eo, quod quæritur.n.3.concludit, quòd per dictam clauſulam, Renunciantes omni legum,& iuris auxilio,non intelligatur renunciatũ beneficio cedendarum actionum; quia generalis ademptio beneficiorum non extenditur ad beneficium,quod quis habiturus eſt,nõ ſtatim, ſed poſt alicuius conditionis adiectę implementum, vt eſt beneficium exceptionis cedendarum, quod competit correo, ſiue cõfideiuſſori ſub conditione tacita,ſi ſoluere ſolidum agenti paratus ſit:& quia renunciatio iurium non iurata nunquam extenditur ad excluſionem iuris, quod habet ortum ex cauſa de futuro, & ideo non intelligitur renunciatum

bene-

beneficio cedendarum, quod incipit competere, cum vnus ex correis, ſi-
ue ex fideiuſſoribus inſolidum conuenitur, & inſolidum eſt paratus ſol
uere, vt etiã voluit Bald. in l. ſi diuiſione. C. de locato. Alex. in cõſ. 196. per
ſpectis. n. 9. vol. 6. & ibidem Modern. Paris. in addit. ad eum, Dec. cõſ. 99.
num. 3. & alii, quos citat Mandoſ. in apoſt. ad d. conſ. Romani 472. in ver
bo Non extendi, qui hãc eſſe veriorem opinionem affirmat, licet Afflict.
decis. 182. & nonnulli alii, quos ipſe citat, contrarium ſenſerint. Item fa-
cit, quòd emphyteuta renunciando legum iuris, & canonum auxilio, nõ
dicatur renunciaſſe beneficio purgationis moræ: quia hoc eſſet ſibi ma
gni præiuditii, & ex verbis generalibus non eſt veriſimile, vt quis velit ſi-
bi magnũ præiuditium inferre, Bart. in repet. l. 1. col. 6. verſ. præterea non
eſt veriſimile. ff. de offic. procurat. Cæſar. Ripa in l. centurio. n. 81. & 82. ff.
de vulgar. & pupillari. & etiam quia dicta clauſula, Renunciantes
omni legum iuris, & canonum auxilio, apponitur potius ex ſtylo nota-
riorum, quàm ex voluntate contrahentium; ideo renunciationem be-
neficii purgandi moram inducere non debet, ad tradita per Rip. in d.
4 l. centurio. num. 81. & ſeq. & per Bero. quæſt. 125. num. 3. & eo præſertim,
quia huiuſmodi clauſula apponitur acceſſorie ad validitatem, & execu-
tionem contractus, & non alterat illius diſpoſitionem, Clem. 1. ad finem.
de præbend. Cephal. d. conſ. 25. num. 42. poſt Iaſ. in l. ius autem ciuile,
col. 2. verſ. limita prædicta. ff. de iuſt. & iur. Soc. conſ. 232. num. 2. verſ. præ
dicta, vol. 2. Dec. conſ. 305. num. 7. Crauet. conſ. 25. num. 3. & alii, quos ci
tat Dec. conſ. 195. col. 3. in fine, ſub num. 3. Alex. conſ. 21. num. 21. vol. 7. Ri
minald. §. 1. num. 138. Inſtit. Quib. alien. licet, vel non. Alex. conſ. 60. num.
5. vol. 7. ideo dicta clauſula ſecundum naturam contractus eſt intelligen
da, & conſequenter dicendum eſt, vt dicta clauſula, Renũciauit omni le
gum, & iuris auxilio, intelligatur quo ad effectum validitatis actus, non
autem quo ad contrarium effectum, vt contingeret, ſi ex ea facultas pur
gandi moram cenſeretur ſublata contra regulam l. legata inutiliter. ff.
de adimend. legat. nam moræ purgatio reſpicit contractus validitatem,
& obſeruantiam, & non poſſe ipſam purgari, contractus ãnullationem,
& reſolutionem concernit, vt conſtat ex ſe ipſo, & ex l. ſi quis maior. C. de
tranſact. cum ſimilibus. Clauſula igitur prædicta, appoſita ad cõtractus
validitatem, non debet inducere renunciationem beneficii purgandi
moram, quæ renunciatio magis annullationem, & reſolutionem indu-
cit, quàm eius validitatem, vt optime conſiderat Cephal. in d. conſ. 25. n.
43. & ſeq. & conſequenter non poteſt dici purgationi moræ per d. clau-
ſulam generalem renunciatum, præſertim ſi aliquod auxilium ſpeciale
nõ eſt expreſſum ante clauſulam illam generalem, Omni legum, & iuris
auxilio: nam tunc illa nihil operatur, vt tradit Cephal. in d. conſ. 25. num.
41.

41.ex mente Pariſ.ĩ conſ.20.num.101.vol.1.Et ſub illa clauſula generali
continentur auxilia expreſſis ſimilia,Paris. conſ.110.num.97.lib.1.Soc.
Iun.conſ.76.num.9.vol.2.& alij,quos ipſe Cephal.loco ſupra citato ad-
ducit:ideo ſi nullũ auxilium ante illam clauſulam generalem ſit expreſ-
ſum,quod tẽdat ad cõtractus reſolutionẽ,ſicut eſt nõ poſſe morã purga-
re,clauſula illa generalis renunciationẽ purgationis moræ inducere non
debet,præſertim cum hoc emphyteutæ enormiſſimum damnum afferre
5 poſſit, & renunciatio in inſtrumento per verba ampliſſima nunquam
cõprehendat damnum enormiſſimum, etiam ſi verba illud cõprehẽde-
re apta ſint,Bero.d.quæſt.125.poſt Dec.in conſ.203.& in conſ.216.in 2.
col.Corn.in conſ.27.vol.4.Et verba generalia ſecundum naturam con-
6 tractus ſunt accipiẽda, ad tradita per Bero.d.quæſt.125.ſub nũ.1.Croi.
tamen in d.l.ſi inſulam.num.83.de verb. obligat.cenſuit, vt per dictam
clauſulam,Renunciantes omni legum,& iuris auxilio,dicatur beneficio
purgandi moram renũciatum,per ea,quæ decidit Alberic. in l. itẽ quæ-
ritur.§.exercitui.locati. vbi inquit, quòd per illa verba cenſetur condu-
ctor renunciaſſe facultati remiſſionis propter ſterilitatem, & per deciſ.
Alex.in conſ.11.lib.2. vbi inquit, quòd per verba ſupradicta cenſetur re-
nunciatum beneficio l.de his ff.de tranſact.& idem,quòd dicatur per ſu-
pradictam clauſulã beneficio purgandi moram renunciatũ, voluerunt
Dec.in conſ.452.num.18.& ſeq. Afflict.deciſ.174.num.4.verſ.item eſt re
nunciatum,Gozadin.in conſ.57.num.19.poſt Ioãn.de Monte Ferrato ĩ
d.l.ſi inſulam,in fine,Roland. a Valle de lucro dotis, quæſt.42.num.11.
quorum opinio videtur confirmari ex eo, quòd emphyteuta renunciãs
omni legum,& iuris auxilio,potuit præuidere,quòd poſt biennium ſibi
licebat celeri ſatisfactione moram purgare, ne emphyteuſis caderet in
commiſſum;ideo illa generalis clauſula videtur etiã ad beneficium pur-
gationis moræ, quod tempore inueſtituræ non competebat, ſed poſt
biennium elapſum erat competiturum, extendẽda, ad tradita per Barr.
in l.ſi ita.ſub num.4.ff.de auro,& arg.legato & per Riminald.Iuſtit.de do
nat.§.1.num.295.Veruntamen ego,niſi aliquod auxilium ſpeciale ſit ex-
preſſum ante clauſulam illam generalem, quod tendat ad cõtractus re-
ſolutionem, priori ſententiæ libentius aſſentior, tum quia illa clauſula
generalis refertur ad ſimilia expreſſis,& ẽ appoſita ad robur, & validita-
tem contractus,& potius ex ſtylo notariorum,quàm ex mente contra-
hentium,vt ſupra eſt dictum.

7 Tum quia renunciatio eſt ſtricti iuris,& in ea non debent venire, niſi
expreſſa,doct.omnes in l.poſtquàm liti. & ibi Dec.num.16.C. de pact.&
in conſ.452.viſo inſtrumento, num.21.& ſeq. Cephal.d.conſ.25.num.
47.cũ alijs, quos citat Tiraq.in præfat.l.ſi vnquã.C.de reuocand.donat,

num.

num.128.& in fauorem renunciantis eſt interpretanda, Dec. d. l. poſtq̃
liti.num.15.Ceph.d.conſ.25.num.48.cum de natura renunciationis ſit,
vt inquit Soc.in conſ.96.ad finem,vol.1.vt reſtringatur per l.ſi pluribus,
ff.de ſolut.& l.emptor.§.Lutius,ff.de pact.vt etiam vtrunq; voluit Caſtr.
in conſ.86.dubitatio,col.3.num.6.uerſ.tertia ratio, uol. 1. Tiraq. in præ-
fat.d.l.ſi unq̃.d.num.128.& nunquam præſumatur renunciatio, ſi alia p̃
ſumptio capi poteſt,Ceph.d.conſ.25.num.50.& ſeq.uol.1. Paul. de Ca-
ſtr.conſ.179.in cauſa, quam Magnificus,col.3.ſub num.4.uerſ.Item non
obſtat,quòd poſtea pater,uol.1.Bald.in l.Labeo.§.ſed etiam, ſub num.1.
ff.de pact.Fulgoſ.conſ.192.col.1.cum multis aliis, quos congerit Tiraq.in
d.præfat.l.ſi unq̃,num.129.C.de reuocand.donat.quod maxime proce-
dit in priuilegio,cui nemo cenſetur renunciare,ubi alia coniectura capi
poteſt,Ceph.d.conſ.25.num.51.poſt.Dec.in l.cuius per errorem,num.2.
de reg. iur. quem ipſe citat, & etiam quia in dubio amplectenda eſt illa
opinio,quæ fauet purgationi moræ,Ripa in d.l.ſi inſulam,num. 7. poſt
Imol.in l.ſi ſeruus.§.ſequitur.eod.tit.Ceph.d.conſ.25.in fine,vol.1.

9 Extẽditur ſecundo, ut poſt biennium elapſum emphyteuta celeri ſa-
tisfactione poſſit morã purgare,etiam ſi dominus iam declarauerit, vel-
le eſſe locum caducitati, vt docet Dydac.Cou,lib.3,variarum reſolutionũ,
cap.17.ſub nu.4.paulo ante finem, verſ.vltimo parum vrget; vbi repre-
hendit Cæpol.Caut.135.Dec.in conſ.146.nu. 4. & Cott.in ſuis memor.
in verbo Emphyteuta non ſoluendo, qui dixerunt moram ab emphy-
teuta etiam celeri ſatisfactione purgari non poſſe, vbi dominus ſtatim
ante purgationem moræ proteſtatur adhuc abſente emphyteuta, quòd
non vult eum amplius habere emphyteuſim illam,& quòd intendit il-
lam eſſe deuolutam: quam Dydaci opinionem tenet etiam ipſemet Cæ-
polla in d.cautela 135.tu ſcis,quòd emphyteuta,ſi recte ponderetur: nã
inquit, quòd cautela eſt,vt emphyteuta non admittatur ad purgandã
moram,quòd dominus ſtatim elapſo biennio proteſtetur etiam abſente
emphyteuta,quòd non intendit eum amplius habere pro libellario;quia
tunc non poteſt moram purgare,niſi celeri ſatisfactione;aliàs enim non
facta proteſtatione, inquit ſe credere, quòd poſſit moram purgare, &
ſubiungit ſic ſe intelligere d.c.potuit.vt eum etiam citat Iaſ. in l. 2. num.
79.de iure emphyt.non meruit ergo Cæpol. a Dydaco reprehendi: quia
in d.cautela 135.non ſentit quòd declaratio domini auferat emphyteu-
tæ beneficium purgationis moræ, vt a Dec.in d.conſ.146.num 4.a Ripa
in d.l.ſi inſulam,num. 38.a Goz.in conſ.57.ſub num.18.verſ. 3.reſpõdeo,
& ab aliis paſſim citatur,ſed quòd ſit neceſſaria domini declaratio,vt em
phyteuta non poſſit quandocunq; moram purgare, ſed ſolum celeri ſa-
tisfactione,ideo puto non recte ſenſiſſe Rip.Dec.Goz. & alios, qui dixe-
runt,

runt, emphyteutam poſt factam a domino declarationem ſtatim poſt
biennium non poſſe moram pugare: quia iam repetitur facta executio
a lege,& ab homine,& vbi eſt facta executio a lege,& ab homine,purga
tio amplius non admittitur Bart.& doct.in d.l.ſi inſulã. de verb.obligat.
Roman.conſ.103.num.4.nam cum beneficium purgandæ moræ com
petat emphyturæ ex diſpoſitione c.potuit.ext. de locato.illud per domi
10 ni declarationem ei auferri non poteſt,arg.l.non debet.& l.id quod no.
ſtrum.de reg.iur.cum vtrobique notatis per doct. aliàs enim eſſet in po
teſtate domini auferre emphyteutæ beneficium purgandi moram, ꝙ
eſt abſurdum,ſicut in actore,vt non poſſit reo auferre purgationem mo
ræ,conſiderat Iacob.de Nigris in d.l. ſi inſulam num.78. & ſeq. & quòd
dicunt doct.moram non poſſe purgari, vbi reperitur facta executio ab
homine,intelligendum eſt, quando illa executio ad excluſionem purga
tionis moræ potuit fieri.l.multum intereſt.C.ſi quis alteri, vel ſibi. cum
ſimilibus, & niſi a lege reperiatur expreſſe permiſſa purgatio moræ,Ri-
pa in d.l.ſi inſulam.num.87.verſ.limitatur 1.de verb.obligat. Alex.num.
33.verſ.vndecimo fallit,in fine, poſt gloſ.in c. mora.de reg.iur. in 6.Dec.
11 conſ.138.paulo ante num.7. col.3. An autem emphyteuta, qui fuit im
peditus intra tempus,quod datur ad purgandam moram, poſt illud tẽ-
pus poſſit illam purgare, decidere poteris ex his,quæ tradit Angel.in d.l.
12 ſi inſulam.num.54. Declaratur primo, vt non procedat, vbi emphyteu
ta in ſpecie in inſtrumento inueſtituræ renunciauit beneficio purgatio
nis moræ, Afflict.d.decis.174.ex ſententia Angel.& Ludouici Romani
in d.l.ſi inſulam,& per tex.in l.penult.C.de pact.& in l.ſancimus.verſ.ni-
ſi pacto.C.de fideiuſſor. Cephal.d.conſ.25.num.45.ex ſententia Ripæ in
d.l.ſi inſulam.num.117.vbi etiã Crot.num.82.verſ. quinto difficultas eſt,
& Angel. de Vbald.inter Repet.num.37. & Iacob. de Nigris num.178.
Alex.num.23.idem tradunt,Guliel.Mayner.in l.nulla intelligitur mora,
13 num.74.de reg.iur. Declaratur ſecundo, vt non procedat diſpoſitio d.
c.potuit. quod tribuit ẽphyteutæ, qui ceſſauit in ſolutione canonis,poſ-
ſe celeri ſatisfactione morã purgare, quando ipſe promiſit canonẽ ſol-
uere, & iurauit:nam iuramentum aufert beneficium purgandi moram,
Afflict.d. deciſ.174.num.5. Puteus deciſ.465.num.2. lib.2. Bart.in d.l.ſi
inſulam, num.20,Alex.num.97.vbi hanc cõmunem dicit: quam opinio
nem eodem loco late defendit, & pariter communem teſtatur,& etiam
de iure canonico procedere, oſtendit Iacob.de Nigris in quinta quæſt.
principali,num.289.cum pluribus ſequẽtibus, & Ripa num.93.cum iſte
emphyteuta,qui iurauit,non ſolum non poſſit moram purgare,ſed per
ceſſationem ſolutionis canonis per vnum annum duntaxàt iure ſuo pri-
uetur,Bald.in c.querelam.extra de iureiurando. Bero.conſ.126.num.17,

& ſeq.

&ſeq.vol.1.per l.ſi quis maior.C.de tranſact.vbi Iaſ.num.12. Franc.Curt,
num.18.Cagnol.num.22.Thomaſ.Parpal.num.11.& 54. idem tradunt,
& nos late diximus ſupra ex communi doct.ſententia, hac eadem cauſa
14 priuationis, ampliatione quadrageſima. Quod tamen intellige, niſi em-
phyteuta aliquo iuſto impedimento canonem ſoluere non potuiſſet: qa
tunc poſt biennium moram purgare poſſet, vt tradit Alex.in d.l.ſi inſu-
lam.num.37.in.12.limitatione, de verb.obligat.per doctr.Bald.Angeli,
& Imol.in l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis caut.& ſi hoc caſu emphyteuta pro-
pter iuſtum impedimentum dicatur potius excuſari a pœna, & non de
purgatione moræ agatur, vt in d.l.ſi inſulam.animaduertunt Alex.num.
37.Ripa num.92.Iaob.de Nigris num.295.Guliel.Mayn.in l.nulla mo-
ra.num.84.de reg.iur. Et quod dictum eſt emphyteutam, qui iurauit nõ
habere beneficium purgandi moram, intellige, vt procedat in iuramen
to de nõ cõtraueniẽdo, vt loquit͛ d.l.ſi quis maior.C.de trãſact.ſecus aũt
eſſet in iuramẽto aſſertorio, quo promiſſor iurauit omnia, & ſingula pro
miſſa fuiſſe, & eſſe vera: quia tũc ẽphyteuta nõ cõtrauenit iuramẽto, quã-
do vult morã purgare; ita Ripa in d.l.ſi inſulã.n.94.verſ.3.declarat͛, p ea,
quæ in ſimili dicit Imol.in c.cũ cõtingat, in 6.mẽbro, de iureiur.& Iaſ.in
15 l.nemo põt.de legat.1. Tertio vr͂ poſſe declarari, vt nõ vẽdicet ſibi locũ
diſpoſitio d.c.potuit, qñ in inſtrumẽto inueſtituræ pactũ fuit, quòd em
phyteuſis libere ad cõcedẽtẽ reuertat͛, ſi ẽphyteuta p biẽniũ cõpletũ in
ſolutione canõis ceſſauerit, tũ qa verbũ illud libere, excludit omnẽ morã
vt cõſuluit Oldra.in cõſ.125.col.3.verſ. p̃terea verbũ libere. Tiraq.in d.l.ſi
unq̃.in verbo Reuertat͛ n.136.in fine. tũ qa diſpoſitio.c.potuit.in quo p-
mittitur ẽphyteutæ celeri ſatisfactione morã purgare, locũ nõ habet,
qñ dies fuit ẽt appoſita ab homine, vt notãt Barbat.in d.c.potuit.n.4.in
3.notab.& Imol.n.53.nã cũ verba inſtrumẽti præciſa ſint, vt aliquid ope-
rẽt͛, iuxta l.ſi qñ.de leg.2.& c.ſi Papa.de priuil.in 6.& doctr.Bald.in rubr.
C.de contrah.ẽpt.quæſt.9.purgationẽ moræ excludere vident͛, vt tradit
Dec.in cõſ.138.n.4.& regulare eſt purgationẽ moræ nõ admitti, vbi dies
& pœna in ſtipulatione fuit appoſita, Bart.in d.l.ſi inſulam, n.4.& ibi cõ
muniter doct.de verb.obl.Gul.Mayn.in d.l.nulla, n.63.de reg.iuris. nec
referre videtur, q̃ dies, & pœna expreſſa ab homine in hoc caſu eodem
modo tacite inerat ex legis diſpoſitione, cũ emphyteuta iure ſuo priue-
tur ceſſãdo in ſolutione canonis p bienniũ, & ſi ſuper hoc nullum pactũ
interuenerit: qa hoc venit ex ſola natura emphyteuſis, vt notat Iaſ.in l.2.
in 4.notab.ſub n.4.C.de iur͂ ẽphyt.& ibidẽ Salic.i princ.Alber.n.1.Corn.
in conſ.219.in princ.vol.2.& quòd purgatio moræ non tollatur per ap-
poſitionem diei, & pœnę ab homine, qñ eodem modo inerat ex legis di-
ſpoſitione ſiñ Ang.in repet.d.l.ſi inſulã, n.19.verſ.3.fallit, qa exp̃ſſio eorũ

quæ tacite inſunt, nihil operatur l. 3. de leg. 1. nā ex quo biennium ineſt tacite non de neceſſitate, ſed de voluntate, quia contrahentes poterant aliàs paciſci, & alio modo ſolutionē canonis limitare, vt patet ex his, quæ dixi ſupra hac eadem cauſa priuationis, in prima, & vigeſima ſeptima limitatione, appoſitio diei ab homine debet operari, & auferre purgationem moræ, vt contra Angel. tenet Alex. in d. l. ſi inſulam. num. 20. ex ſententia Bart. & aliorum in locis, quos ipse citat. Contrarium tamen, vt p pactū in inueſtitura appoſitū, quòd res ipſo facto cadat in commiſſum, ſi canon die ſtatuta ſolutus non fuerit, non ſit ſublata purgatio moræ, cenſuit Dec. in d. conſ. 138. pſertim ſub n. 7. quia cū de iure cōmuni pmiſſū ſit ēphyteutæ, vt poſſit celeri ſatisfactione moram purgare, verba inueſtituræ, & illius pacti ſecundū ius cōmune ſunt interpretāda, & ad iuris cōmunis intellectū, quātū poſſunt, reduci debēt: ad ꝙ inquit facere, ꝙ notat Ioā. Andr. in add. ad Spec. in §. nunc aliqua. uerſ. 87. tit. de loc. vbi cōtra Spec. cōcludit, ꝙ ſi fiat pactū cū ēphyteuta, vt ſolutio pēſionis debeat fieri ſingulis annis: ad hoc tn̄, vt priuari poſſit, debet expectari trienniū, vel biēniu, ꝑ vt eſt de iure cōmuni in priuato, vel in eccleſia, vt ēt ſcriptū reliquit Alex. i l. diuortio. §. ob donationes. ſub n. 10. verſ. cōceſſa ē locatio. ff. ſol. matr. ideo cōſonat ſecūdū Dec. vt illa pœna, quæ extrinſecus ſimpliciter promiſſa fuit, intelligatur ſm̄ pœnā priuationis, quæ de iure cōmuni debet; quod vltra Dec. videtur probari ex notatis per Iaſ. in l. 2. in 8. notab. n. 34. & Salic. n. 3. & Alberic. n. 5. C. de iure ēphyt. dū concludūt, pactū ſimpliciter factū a domino de non expellēdo ēphyteutā intelligi ſm̄ ius, & naturā contractus, & ipſo ſoluēte, ac ſeruante ea, ad quæ ex natura contractus tenetur: nā intelligitur in ſe habere tacitā conditionē, ſi ēphyteuta non fecerit tale quid, pp ꝙ licitū ſit domino eum expellere, arg. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. nam ſicut ſupradictū pactū intelligitur ſm̄ ius ſi ipſe emphyteuta in ſolutione canonis non ceſſauerit, ita ſupradicta cōuentio, ꝙ emphyteuſis libere ad dominū reuertatur, ſi per bienniū in ſolutione canonis defecerit, intelligēda videtur ſecundum ius commune, & videtur in ſe tacitam conditionem habere, Niſi celeri ſatisfactione moram purgauerit, iuxt. c. potuit. de locato. illud enim verbum Libere, non excludit exceptionem, quæ venit ex natura actus, & reſtringitur ſecundū ſubiectam materiam, Goz. in conſ. 58. num. 22. poſt Alex. in conſ. 80. vol. 1. & in conſ. 14. vol. 2. Aduertendum tamen eſt, quòd Dec. in ſupradicto cōſ. 138. loquitur in feudo, quo caſu ſupradictū pactū multū operat̄, cū alś ꝑ cā feudi vel cēs⁹, nō ſoluta pēſione ꝗs nūꝗ̄ priuād⁹ fuiſſet, & ſtāte tali pacto cōtra ius coē īſurgat effect⁹, vt pp nō ſolutionē debeat priuari, vt ipſe Dec. cōſiderat: ꝗ̄ rō ceſſat i ꝗ̄ſt. de qua agim⁹, cū ēphyteuta abſq; alio pacto ſi ꝑ biēniū in ſolutione canonis ceſſaſſet, ius ſuū amiſſurus fuiſſet: ideo, ne

pa-

paƈtum ſuperuacue cenſeatur appoſitum, concludendum videtur, ſubla
tum eſſe beneficium purgandi moram, cum etiam illud verbum libere,
excludat omne impedimẽtum, & requiſitionem alterius, Dec. conſ. 360.
num. 5. poſt Ant. de Butr. in c. 1. de offic. ordinar. in 6. notab. & importat
rem liberã omni libertate, & abſolutã ab omni ſeruitute, & onere, Aim.
in conſ. 122. num. 5. & ſeq. Alex. conſ. 96. num. 1. vol. 5. Et hoc magis dicẽ-
dũ eſſet, ſi in inſtrumento vltra paƈtum, quòd res libere ad dominum re-
16 uertatur, ſi per biennium ſoluere ceſſauerit, adeſſet clauſula, Rato manẽ
te paƈto: quæ ſimiliter ſecundum Bald. in l. & ſi poſt tres. col. pen. ſub. n.
5. ff. ſi quis caut. Affliƈt. d. deciſ. 174. ſub n. 4. & Petr. de Bellapert. in d. l. ſi
inſulã, quem eo loci num. 28. & ſeq. ſequitur Iaſ. tollit purgationẽ moræ;
&, quamuis Bart. ibidem in ſecunda quæſt. teneat, quòd clauſula, Rato
manente paƈto, non impediat purgationem moræ, & Bart. opinio ſit cõ
muniter recepta, vt in d. l. ſi inſulam. teſtãtur Iacob. de Nigris num 242.
in ſecunda quæſtione, & Ioann. Annib. num. 150. nihilominus videtur
poſſe ſuſtineri opinio Bald. in d. l. & ſi poſt tres. & aliorũ, qui eum ſequ-
untur, cum in quæſt. noſtra ex faƈto hominis vtrunque peti poſſit, vt cõ
cordando opiniones declarat Ripa in d. l. ſi inſulam. num. 80. de verb.
obligat. Cogita; & retenta opinione, vt per ſupradiƈtum paƈtum dicaꝛ
renũciatũ beneficio purgãdi morã, declara multipliciter, vt p Alex. n.
15. vſq. ad 23. & p alios in d. l. ſi inſulã, & p̃ſertim. vt nõ ꝓcedat, qñ aƈtũ fu
it, vt ẽphyteuta admonẽdꝰ ſit a dño ꝓ ſolutione canonis, Ripa ibidẽ n.
47. verſ. 7. fallit, Alex. n. 19. verſ. 6. fallit, Iacob. de Nigris. n. 136. verſ. 4. limita
17 tur, Guliel. Mayn. in d. l. nulla intelligiꝛ mora. n. 66. de reg. iur. Quarto
declaraꝛ, qñ aƈtũ fuit in inueſtitura, vt, ſi ẽphyteuta ſteterit p biẽniũ ꝙ
canonẽ nõ ſoluerit, res cadat in cõmiſsũ: & in loco cõtraƈtus ex diſpoſi-
tione municipali inſtrumẽta habẽt executionem paratã, ſicut ſña: nã ſtã
te huiuſmodi ſtatuto mora purgari nõ põt. Angel. de Vbald. in d. l. ſi in-
ſulã. & ibidẽ Mõtif. Claud. Seyſel. col. 10. & moder. Peruſ. quos eo loci n.
32. refert Iac. de Nigr. Corn. cõſ. 149. viſo them. col. 5. n. 10. vol. 4. Dec. cõſ.
452. n. 16. verſ. 3. in caſu iſto, poſt And. Sicul. in cõſ. 86. vol. 3. & alios, quos
citat. Ang. opinionẽ defẽdit ẽt Ripa i d. l. ſi inſulã. n. 14. ſicuti ẽt nõ admit
tiꝛ purgatio morę, vbi adeſt ſtatutũ, ꝙ in cauſis decidẽdis ſeruetꝛ rigor, ſñ
Ang. de Vbal. in d. l. ſi inſulã, n. 3. Alex. & Iaſ. in l. & ſi poſt tres n. 3. ff. ſi qs
caut. (q̃uis iſto caſu expſſe cõtrariũ teneat Iac. de Nigr. i d. l. ſi inſulã. n. 30.
& ſeq.) nã ſicut poſt ſentẽtiã mora purgari nõ põt, vt eodẽ loco cõcludũt
oẽs doƈt. ita nõ põt purgari ſtãte ſupradiƈto ſtatuto, & ẽt quia, vbi ſunt
ſtatuta huiuſmodi, q̃ dant executionẽ inſtrumento; ſolet cõiter in his cõ
tineri, ꝙ cõtra tale inſtrumentũ nulla admittatur exceptio, & p cõſequẽs
cũ ſit reieƈta exceptio, vr̃ reieƈta ęquitas, cũ exceptio fũdetꝛ ęqtate l. ęq tate

ff.de doli except.& per conſequens nõ poteſt purgari mora,cũ purgatio moræ ſit inducta ex æquitate;quæ ſententia probatur etiam ex eo, quòd in tali inſtrumento quarantigia continetur,& fit præceptum in confeſſum,vt declarat Iaſ.in l.1.§.ſi quis ita.col.11.de verb.obligat.vt eum refert Iacob. de Nigris in d.l. ſi inſulam.num.32.& per præceptum factum in confeſſum huiuſmodi inſtrumenta,etiam de iure cõmuni ,habent executionem paratam ſecundum Bald.in l.1.in principio C.de cõfeſſ.Bart. in l.3.§.in hac actione.num.11.verſ.ex hoc etiam habes.ff.commodati.&, vbi facta eſt executio a lege, vel ab homine,nõ admittitur purgatio moræ,vt tradit Bart.in d.l.ſi inſulam.in 4.quæſt.Contrariam tamen opinionem,quòd non obſtante ſtatuto,quòd inſtrumenta habeant executionem paratam,poſſit mora purgari,tenuit Imola,& Romã. in d.l.ſi inſulam.quos ibidem refert num.4.& ſequitur Alex.quam opinionem amplectitur etiam Soc.conſ.199.ſub num.4.verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus,vol.2.quia,licet ſtatutum det executionem inſtrumento;tamen ſtatutum iſtud debet recipere interpretationem a iure communi, ne quis indebite damnum patiatur l.2.C.de noxalib.c. cum dilectus.de conſuetud.l.adigere.§.quamuis. ff.de iure patronat.not.gloſ.& Bart.in l.fin.§.in computatione.C.de iure deliber.nam,vt inquit Alex.ſtatutum tribuens inſtrumento executionem,non habet eundem effectum quo ad morã, quem habet ſententia, litis conteſtatio, iuramentum, & ſimilia,vt poſt Iacob.Butr.tradit Bart.in l.eum, qui.§.ſi iurauero.in fine.ff.de iureiurando.nam alia ratio eſt in ſententia, ante cuius prolationem proceſſit litis conteſtatio,& interuallum,quæ moram inducunt.l. vinum, & ibi notatur.ff.ſi cert.petat.& alia eſt ratio in inſtrumento quarãtigiæ, ãte cuius cõfectionem nulla proceſſit mora,& incõueniens eſt,quòd eodem tempore quis obligetur,& cõſtituať in mora,vt inqt Bart.loco ſ proxime citato.Cõfirmať hæc ſecũda opinio ex ſententia Soci. in d.cõſ.199.n.4.qa quarãtigia regulatur sm̃ naturã cõtractus,ſup quo interponiť,& recipit eaſdem cõditiones, quas recipit principalis obligatio,vt declarat Cin.& Bald.& Salic.in l.in cõtractibus,in fine principii,C.de nõ nũ.pec.& Bald. in l. ſi abſentis.C. ſi cert. petat. Ideo nõ impeditur purgatio moræ, cũ hoc ſit de natura contractus; quam opinionem æquiorem dicit Ripa in d.l.ſi inſulã.n.4.licet ſubiungat, in pũcto iuris poſſe defendi opinionem Ang.q tenuit cõtrariũ:quia,cũ ĩ inſtrumẽto ſit ꝓmiſſa pœna,vľ intereſſe & quarãtigia nihil aliud ſit,q̃ ꝓceptũ iudicis chartularii factũ ĩ debitorẽ cõfeſſũ,vt ſoluat aduenięte die,vt docẽt Bart.ĩ l.1.ff.de iud.& Iaſ.ĩ l.1.§. ſi quis. de verb. obligat. cum emphyteuta fuerit condemnatus a notario habente iurisdictionẽ voluntariã,vt res reuertatur ad dñm,ſi p bienniũ ĩ ſolutione canonis ceſſauerit, nõ debet poſt ſentẽtiã poſſe morã purgare

verum

verum videtur huic fundamento poſſe reſponderi ex eo, quòd dicitur, quarantigiam regulari ſecũdum naturam actus, & principalis obligationis: ideo ſententia notarii intelligitur lata, niſi emphyteuta celeri ſatisfactione moram purgauerit, vt ius commune diſponit. Et ſi quis vult videre alias rationes, quibus hæc opinio ſuſtineri poteſt, & alias rationes, quibus etiam opinio Angeli tuetur, & reſponſiones ad fundamẽta pro vtrãque parte adducta, videat apud Iacob. de Nigris in d.l. ſi inſulã. num. 32. vſque ad 38. & eodem loco apud Ioann. Annib. num. 22. vſque ad 33. vbi n. 32. teſtat̃, opinionẽ cõtra Ang. eſſe cõmunẽ, & illã duob⁹ modis limit.

Limitatur vltimo, vbi dominus poſt biennium elapſum conuenit em-
18 phyteutam ſuper deuolutione, & ipſe negat, ſe emphyteutam: quia tunc non poteſt amplius moram purgare ſecundum Speculat. in §. nũc aliqua. num. 106. quæſt. 84. tit. de locato. vbi expreſſe firmat, quòd, ſi poſt tempus dominus agat aduerſus emphyteutam, & ipſe negat, ſe emphyteutã, non poteſt amplius moram purgare iuxta c. potuit. de locato. quia negãdo ſe emphyteutam dicitur male verſari in ipſa re, & poteſt expelli, ſicut diximus ſupra de cauſa priuationis ob mendacium. ſub num. 2. & fere ꝑ totam illam cauſam, & idem iuris eſſe inquit Speculat. ſi dominus poſt tẽpus petit canonem, & emphyteuta denegat illum ſoluere: quia non põt amplius purgare moram, & ſibi celeriter prouidere, arg. c. multa. extr. de præbend. nam, cum iure antiquo, & communi non liceret vltra præfixũ tẽpus ſoluere, imo res ẽphyteutæ auferretur̃, ꝓuiſo d. c. potuit. vt poſſit ẽphyteuta ſibi celeri ſatisfactione prouidere, reſtringenda eſt, vt non procedat in illo emphyteuta, qui exactus debitum non ſoluit; quam ſententiam videtur etiam amplecti Iaſ. in l. 2. num. 85. C. de iure ẽphyt. ſed quia controuerſia eſt apud doct. an dominus per ſolam petitionem canonis dicatur caducitatẽ remiſiſſe, & veritas ſupradictę declarationis in vltimo caſu, vbi quis non negat. ſe emphyteutam, ſed denegat canonem ſoluere, dependet ab hoc articulo, vt cõſiderat Iaſ. loco ſupra citato. Vide quæ diximus de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem, limitatione vigeſima prima, n. 9. verſ. Extenditur ſecundo. Veruntamen, cum dictum ſit ꝙ, emphyteutã, qui per bienniũ in ſolutione canonis ceſſauit, iure ſuo nõ priuari, ſi poſt bienniũ celeri ſatisfactione morã purgauerit, & canonẽ ſoluerit iuxtã diſpoſitionẽ d. c. potuit. & dubitatur apud doctores, qñ celeriter hoc feciſſe dicatur, reſtat videre. intra quantum tempus poſſit
19 moram purgare. Super qua re variæ fuerunt doct. opiniones.

Prima fuit opinio Hier. de Tortis, quẽ refert Rip. in d. l. ſi inſulã. n. 39. de verb. obl. & ãte ipsũ Iaſ. in l. 2. n. 78. C. de iure ẽphyt. vt ẽphyteuta poſſit ſẽp morã purgare vſquequo dñs declarauerit, velle eſſe locũ caducitati: quam, ſi recte ꝑpẽdar̃, tenuit ẽt Cępol. d. caut. 135. tu ſcis, ꝙ ẽphyteuta dũ

admonet dominum,vt ſtatim lapſo biennio proteſtetur etiã abſente em-
phyteuta, quòd non intendit amplius habere eum pro libellario; quia
tunc non poterit moram purgare, niſi celeri ſatisfactione, & ſic ſentit,
quòd aliàs non facta proteſtatione ſemper poſſet moram purgare, & ita
inquit ſe intelligere tex.in d.c.potuit.quem ſequi videtur Guliel. Reodã.
in tract. de reb.eccleſ.non alienand.quæſt.24. de caducitat.feudat.& em
phyteutæ ob nõ ſolutionem canonis.§.tertio.num.18.pag.mihi 499.Sed
hæc opinio vera non eſt, & in terminis contrarium tenuit Ancar.in cõſ.
420.quidam ſer Antonius,ante num.primum iunctis his,quæ tradit nu.
3.vbi patet,quòd depoſitio canonis fuit facta ante declarationem domi
ni,& tamen Ancar.concludit bona eſſe deuoluta:quia emphyteuta cele-
riter non ſatisfecit,& idem contra Hier.de Tortis tenet etiam Ripa in d.
l.ſi inſulam, num.38.& vltra rationes ibidem per eũ adductas probatur
ex eo,quòd dominus ignorans, emphyteutam cecidiſſe ob canonem nõ
ſolutum,& recipiens canonem poſt tempus elapſum ad purgandã mo-
ram,ſibi non præiudicat,& non obſtante,quòd canonem receperit, po
teſt emphyteutam expellere, Speculat.in §.nunc aliqua quæſt.24.num.
35.tit.de locato.Iaſ.in l.2.num.130.verſ.prædicta omnia.C.de iure ẽphyt.
Alex.conſ.105.num.14.vol.3.Grat.conſ.2.num.75.vol.1. vbi hanc com
munem teſtatur, & alii,quos citauimus ſupra hac eadem cauſa priuatio-
nis ob non ſolutum canonem,limitatione vigeſima prima num.14.verſ.
declaratur ſupradicta. Si igitur non obſtante, quòd dominus canonem
ignoranter recepit,poteſt emphyteutam expellere, vt ſupra eſt dictum,
ſequitur omnino, quòd ẽphyteuta nõ poſſit ſemper morã purgare ante
declarationẽ domini;quia ſi hoc eſſet verũ ſequeret etiã quòd dominus
recipiẽdo canonẽ poſt tempus,ad purgandam moram conceſſum, ſiue
ſciẽter, ſiue ignorãter ſemper ſibi præiudicaret:nã ãte receptũ canonẽ,
ẽt ſi vltra bienniũ eſſent elapſi decẽ ãni, & vltra, bona nõ eſsẽt deuoluta;
quia mora ſoluẽdi ſine declaratione domini nõ ſufficit ad priuationẽ iu-
ris ẽphyteutæ,cũ ipſe nõ cadat ob nõ ſolutũ canonẽ, niſi domino volẽte
& priuatio nõ ſit in facto eſſe, ſed in potẽtia fieri, Cagnol.in auth.qui rẽ
n.25.C.de ſacr.eccleſ.Rolãd.a Valle cõſ.57.n.9.vol.3.Cephal.cõſ.25.vol.
1.& nos diximus ſ hac eadẽ priuationis cauſa, ãpliatione quadrageſima
quinta,& poſt receptã pẽſionẽ a dño ẽt ignorãte, nõ poſsẽt ãplius deuo
luere:qa iã reperit facta ſolutio, & mora eſſet purgata, q eſt cõtra ſ dictã
verã,& cõmunẽ opinionẽ, vt dñs q ignorãter recepit canonẽ poſt cadu
20 citatẽ icurſã,poſſit ẽphyteutã expellere.Secũda fuit opinio eorũ, q exiſti-
mauerũt, ẽphyteutã poſſe morã purgare vſq. ad sẽtẽtiã excluſiue, vt retu
lit gl.ĩ d.c.potuit.ĩ verbo Celeri, p.l.Papinianus §.meminiſſe.ff.de inof.teſt.
& l.alia.C.de his, qb⁹ vt indign.ſed & hæc opinio vera nõ eſt:quia,ſi nõ ad
mit-

mittitur purgatio moræ poſt litem conteſtatam propter duplicem moram, vt volunt Angel.Bart.& Roman.in d.l.ſi inſulam. & ibidem Rip.n. 76.& infra.Guliel.Mayn.in l.nulla intelligitur mora,num.89.de reg.iur. Angel.in l.ſi& poſt tres.ff. ſi quis caut. per tex.in l.traiectitiæ.ff. de act. & obligat.multo minus poterit emphyteuta purgare moram vſque ad ſententiã, cum primum fuerit in mora propter lapſũ biennij:nã dies iuris interpellat pro homine, vt habetur in d.c.potuit.in fine, & ſit in alia mora per interpellationem domini ſæpius in iudicio factam, arg.l.ſi ex legati cauſa. de verb.obligat.& hæc opinio reiicitur etiam eiſdem rationibus, quibus reiicitur ſequens illorum ſententia, qui opinati ſunt, tempus hoc purgãdæ moræ eſſe illud omne, antequam lis conteſtetur, vt tradit Menoch.de arbitr.iudic.quæſt.lib. 2.centur.1.caſu ſeptimo,num.11.vbi etiã inquit, non aduerſari tex.in d.§.meminiſſe.nam ille, querelãs de inofficioſo, excuſatur, ſi ante ſententiam deſiſtat, ea ratione:quia querelandi iuſtã cauſam habuiſſe præſumitur:nam ibi Papinianus æquiparat eum, qui ante ſentẽtiam a iudicio deſiſtit, illi, qui abeſt, cum fertur ſententia contra eum, & qui ponus ob abſentiam, quàm ob iniuſtitiam cauſæ ſuccubuiſſe creditur, & per conſequens in vtroque iuſta cauſa conſideratur, quod non contingit in emphyteuta volente morã purgare vſque ad ſententiã.

21 Tertia fuit opinio, quòd emphyteutæ licitum ſit moram purgare vſq. ad litem conteſtatam, vt etiam refert gloſ.in d.c. potuit. extra locati.in verbo Celeri verſ. quidam dicunt, Guido Pap.deciſ.123.licet de iure, vbi poſtquam diuerſitatem opinionum recenſuit, ſubiungit de ſtylo, & obſeruantia illius parlamenti eſſe, vt emphyteuta poſſit moram purgare vſque ad litem conteſtatam, quæ ſententia pariter reiicitur a gloſ.in d.c, potuit.ea ratione, quia emphyteuta hoc poſſet differre vſque ad duos annos, vnum, vel plures poſt tempus ſtatuti biennii, & ita non eſſet celeriter, & poteſt etiam eſſe, vt litis conteſtatio fiat ſpatio longiſſimi temporis ſecũdum Speculat.in §.breuiter, verſ.ſed iuxta.tit. de appellationibus. vbi teſtatur, quòd fuit ſibi quædam cauſa Romæ commiſſa, quæ iam durauerat per triginta tres annos, & in ea nõdũ erat lis conteſtata, vt eũ refert Iacob.de Nigr.in d.l.ſi inſulam.numero 81.& ibidem ante ipſum Iaſ. col. 5.numero.13.verſiculo extr. gloſ.Bart. format. Quæ opinio & ſi vltra citata per gloſ.in d.c.potuit.melius probari videatur ex d.l. ſi inſulam.de verb. obligat. vbi moræ purgatio conceditur vſque ad litem conteſtatã, nec reſtringatur, dummodo lis conteſtetur intra modicum tempus, vt tenẽt communiter doct.in d.l.ſi inſulam.vt ibidem teſtatur Iacob.de Nigris, & ante eum Iaſ. numero 13. quamuis Barr. eodem loco ſenſerit, quòd poſſit mora purgari vſque ad litem conteſtatam, dummodo lis conteſtetur intra modicum tempus, per l, ſi ita quis. §.

Scia. de verb. obligat. nihilominus eius ſententia crebriori doctorum calculo damnatur, vt in d.l.ſi inſulam. teſtatur Iacob. de Nigris num. 81. in fine. & ante eum Iaſ. num. 13. & hæc opinio, quòd emphyteuta poſſit moram purgare vſque ad litem conteſtatam, pariter reprehenditur a Beroo in d.c. potuit. nũ. 142. per eund. tex. & in l. 2. C. de iure emphyt. vbi nulla fit mẽtio de interpellatione iudiciali, aut extraiudiciali ſed ſolũ dicit, ꝙ ẽphyteuta, qui ceſſauit ꝑ biẽniũ in ſolutione canonis, iuſte põt expelli, niſi celeri ſatisfactione poſtmodum ſibi conſuluere ſtuduerit, & ẽt quia, ſi expectari deberet interpellatio iudicialis, ſequeretur, quòd poſtquam quis fuiſſet in duplici mora conſtitutus, illam purgare poſſet contra id, quod volunt Bart. Angel. & Roman. in d.l. ſi inſulam. & Angel. in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis caut. per tex. in l. traiectitiæ. de act. & obligat. & ſequeretur etiam, quòd mora purgari poſſet in caſu, quo lex diem, & pœnam appoſuiſſet, ac etiam interueniſſet interpellatio hominis contra ea, quæ ſcribentes tradunt, & præſertim Ioãn. de Imola Angel. & Alex. in d. l. ſi inſulam. col. 7. verſ. Nec obſtat. Quæ etiam opinio clare confunditur meo quidem iudicio ex illa doct. communi ſententia, quæ habet, dominum, qui ignoranter poſt incurſam caducitatem canonem recepit, ſibi non præiudicare, & poſſe emphyteutam expellere, vt diximus ſupra hac eadem priuationis cauſa, limitatione vigeſima prima, num. 14. nam, ſi requireretur litis conteſtatio, aut extraiudicialis interpellatio, vt emphyteuta non poſſit amplius moram purgare, vt opinatus fuit Innoc. ſecundum quod poſt Abbat. refert Bero. loco ſupra citato, ſequeretur ſemper, quòd dominus recipiẽdo canonem ignoranter, ſibi præiudicaret, & nõ poſſet amplius emphyteutam expellere: nam ante receptum canonem, etiam ſi vltra biennium eſſent decurſi decem anni, bona non eſſent deuoluta: quia emphyteuta ob canonem non ſolutum iure ſuo non priuatur, niſi domino volente, vt dictum eſt ſupra, & poſt receptum canonẽ non poſsẽt amplius deuoluere: quia iam reperitur facta ſolutio, nec dominus poſſet amplius declarare voluntatem ſuam ad effectum, vt res incidat in commiſſum: cum igitur conſequens ex communi doct. ſententia ſit falſum, oportet, vt etiam antecedens ſit falſum, quòd emphyteuta poſſit moram purgare vſque ad litem conteſtatam, vel vſquequo extraiudicialiter exactus non ſoluerit, vt opinatus fuit Innocentius: nam vt animaduertit etiam Abb. in d.c. potuit. num. 12. illa verba, Niſi celeri ſatisfactione ſibi cõſuluere ſtuduerit, denotant, vt ſine aliqua requiſitione ipſemet emphyteuta ſibi celeriter conſulat: & , ſi non requiritur, quòd extra iudicium moneatur, multo minus requiritur, quòd in iudicio petatur, cum plus ſit in iudicio petere, quàm extra iudicium admonere, vt ibidem in addit. ad tex. inquit etiam Ioann. Andr. Nec debet illud verbũ,

Cele-

Celeriter declarari per d.l. ſi inſulam, quæ varios, & diuerſos recipit intel
lectus, doct.Bart.in l.in ambiguo.ff.de reb.dub.
QVARTA fuit interpretum opinio, emphyteutam vſque ad qua-
22 tuor menſes poſſe moram purgare, vt tenuerunt aliqui, quos refert Bald.
in conſ.157.viſis verbis inſtrumenti.vol.2.quorum ſententiã veram non
putat Ripa in d.l.ſi inſulam.num.36.quia illa adiectio, Celeri ſatisfactio-
ne, de qua in d.c.potuit.intelligitur habito reſpectu ad biennium.l.hæc
adiectio.ff.de verb.ſignific.gloſ.in d.c.potuit.Bertrand.conſ.43.viſo pro
ceſſu, num.4. vol.3.quæ non poteſt intelligi de quadrimeſtri, quod eſt
ſexta pars totius biennij, & ita declarat Bertrand.conſ.11.vol.2.vt eum
loco ſupra citato refert, & ſequitur Ripa. Ex quibus patet etiam, recte re-
ſpondiſſe Ruin. in conſ.198.num.9.vol.1.qui dixit purgationem moræ
incontinenti fieri non dici, ſi poſt annum, aut poſt ſex menſes fiat, quod
inquit expreſſe voluiſſe gloſ.Bart.& doct. in d.l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis ca
ut.poſtquam enim gloſ.dixit, quòd debet purgari mora infra paucos di
es, opponit, quòd immo hoc fieri poſſit poſt multos dies, & menſes, per
l.ſancimus.C.de fideiuſſ. vbi fideiuſſori de iudicio ſiſti dantur ſex menſes
ad purgandam moram, & reſpondet, quòd illud habet locum in dicto fi
deiuſſore: ſed l.& ſi poſt tres in principali, qui promiſit ſiſtere: quia quis
ſecundum Bart.ſe ipſum facilius ſiſtit quàm alium, & ſic volunt, quòd
principalis non poſſit purgare moram intra ſex menſes: quia ex interual
lo, non incontinenti, diceretur facta purgatio. Quinta fuit eorum ſen
23 tentia, qui emphyteutæ ad purgandam moram triduum tantùm conce
di affirmarunt, vt retulit Bald.in d.conſ.157.ex l.vltima.C.de iudic.quæ
in iudiciali illa recuſatione loquitur, ad cuius ſuſpitionem iuſtificandam
infra triduum eliguntur arbitri; &, cum conſtet, terminos eſſe diuerſos,
ad purgationem moræ, quæ conceditur emphyteutæ; trahi non debet,
vt tradit Menoch.de arbitr.iud.quæſt.lib.2.cent.prima, d. caſu.7.num.8.
& contrarium tenet Dec.conſ.138.num. 6.vbi concludit, moram purga
ri poſſe intra octo dies, Cephal.conſ.25.in princ.& n.10. Bald.d.conſ.
157.Ripa in d.l.ſi inſulam.num.36.dum concludunt, moram dici cele-
riter purgatam, ſi intra duos menſes purgetur. Sexta fuit opinio, tem-
24 pus decem dierum emphyteutæ ad purgandam moram eſſe cõceſſum,
vt retulit gloſ.in d.c.potuit.in verbo, Celeri, ex tex.in l.promiſſor Stichi.
§.1.ff.de conſtit.pecun.& nonnullis aliis, quæ vere in caſib.diuerſis a no
ſtro loquuntur; vt inquit Menoch.loco ſupra citato, num.7.ideo neque
hæc ſententia eſt amplectenda, cum ſit etiam contra eos, qui dixerunt in
tra duos menſes purgari poſſe. Septima fuit communis doctorum ſen-
25 tentia, ex quo tempus, quod datur emphyteutæ ad purgandam moram,
non determinatur a iure, arbitrio iudicis relinqui, vt tenuit gloſ.in d.c.

potuit.

potuit.in verbo,Celeri,in fine per tex.in l.de cauſis.ff.de offic. delegat. & in l. 1.§.ait prętor.ff.de iure deliber.& eſt bonus tex.in l.ſi ita quis. §. Scia cauit in fine,de verb.oblig.quam opinionẽ approbant Bart.ĩ d.l.ſi inſulã. n.3.Rip.n.35.vbi hanc cõmunẽ teſtatur,Ang.ibidẽ n.50.Iac.de Nigris n. 100.Alciat. n. 15.Alex.n.12.Ioan.Annib.n.79,Iaſ.in l.2.n.84.C. de iure ẽphyt.Dec.ĩ auth.q rẽ.n.9.verſ.& ꝙ hinc,& in cõſ.138.n. 7. & rurſus ĩ cõſ. 146.col.2.Paris.cõſ. 108.n.44.vol.1.Tiraq.ĩ l.ſi vnq̃.in verbo õnia,vł partẽ ſub n.31.verſ.& cũ ſemel mora cõtracta,C.de reuoc.donat. Anc.cõſ.420. ſub n.2.Ruin.cõſ. 198.n.9.vol.1.Bero.ĩ d.c.potuit.n.142.Iaſ.cõſ.9.in 1.add. ad illud conſ.num. 3,& conſ.82.col. 2.in fine , vol. 1. Marſil. in l. quæſtionis,n.59.de quæſt.Ioſeph Ludou.in 8.deciſ Lucana n.6.Menoch.qui teſtatur hanc cõmunẽ,in d.centur.caſu 7.n.13.de arbitr.iud:q̃ſt. Iul.Clar. in §.emphyteuſis,quæſt.8.verſ.item quæro , lib.4.ſent.recept.Guliel. Reodan.in tract.de reb.eccleſ. non alienand. quæſt.20.de purgatione moræ ob ceſſatam ſolutionem canonis,num.3.& Bertrand.conſ.43.viſo proceſſu cauſæ diu agitatę,num.4.vol.3.qui pariter hanc communem fatentur. Qui iudex perpenſa qualitate canonis,& inſpecto , an pauper , vel diues ſit emphyteuta,plus,& minus tẽporis tribuet, vt admonent Iaſ. Menoch. Et Ioſeph Ludouic.in locis ſupracitatis. Et illud prætereundum non eſt, quòd non debet iudex arbitrari , vt emphyteuta poſſit poſt duos mẽſes moram purgare,aliàs poſſet a ſuo arbitrio appellari ſecundum Rip.in d. l.ſi inſulam.num.36.de verb.obligat, vbi citat Ancar. Dec.& Bald.in locis,quos eſt apud ipſum videre, & tradit etiam Iaſ. in d.l.2.num.84.C.de iure emphyt. Bero. conſ.126.num.3,vol.1.pro qua re facit altera opinio gloſ.in d.c. potuit. vt emphyteuta teneatur moram purgare incontinenti,& quamprimum poterit , arg.l.2.§.confeſtim.ff.ad Tertull.& c.quia ꝓpter.extr.de elect.nam vbicũque lex vult moram poſſe purgari, nec adiicit illa verba, Celeriter &c. tunc mora intra modicum tempus purganda eſt, gloſ.Bart. & alii in d.l.ſi inſulam.Ergo , vbicunque illa verba ſunt adiecta , citius & magis incontinenti mora purganda erit , vt illa verba Celeriter &c.poſita in d.c.potuit.aliquid operentur& non ſint fruſtratoria, vt ibidem conſiderat Bero.num.142.verſ.quarto vbicunque.Et ſatis longum tempus dicitur concedi a iudice reſpectu biennii, ſi dantur duo menſes. Et ſecundum hanc ſententiam vt non poſſit poſt duos menſes emphyteuta moram purgare,vidi ſæpius iudicari hic Arimini per D.Demophontem Pariſanum Vicarium Reuer, Epiſcopi , & nunquam ſatis laudatum virum, & coram eo pluties in cauſis pro Abbatia , & eccleſia ſancti Gaudentii obtinui.

QVÆ-

QVAESTIO PRIMA.

1 BIENNIVM, *aut triennium, in quo emphyteuta debet canonem ſoluere, an incipiat a die contractus, ſeu obtenta inueſtitura, an vero a die deſtinata ſolutionis.*

2 SOLVTIO *canonis adſcribitur illi anno, quo debebat ſolui, vt iuris eſt.*

PRO complemento huius materiæ ſolutionis ca
nonis ſubnecto nonullas quæſtiones: Et pri-
1 mo quæro, àn biénium, ſiue trienniú, in quo
emphyteuta debet canonem ſoluere incipiat
a die contractus, ſeu obtentæ inueſtituræ, an
vero a die deſtinatæ ſolutionis: & breuiter reſ
pondeo, biennium, ſiue triennium incipere a
die contractus, ſeu obtentæ inueſtituræ: nam
vbicúq. fit métio méſis, vł áni, puta ſoluas mi
hi decé intra méſé, & ánú procul dubio intelligit' de méſe, & anno ab hac
hora, ſeu die inchoáda, vt tradit Bart. in l. cú' biſſextus ff. de verb. ſignific. &
in l. 2. in fine, C. de tép. appell. & in l. libellorú in princ. n. 15. ff. de accuſat.
Hier. Butticel. in l. 1. §. qui præſens. num. 30. ff. de verb. obligat. inter repe-
tentes: ideo, ſi fuit conceſſa emphyteuſis alicui pacto appoſito, quòd ſol
ueretur canon ſingulo anno in feſto reſurrectionis, & tranſiuerit binus
terminus reſurrectionis, quòd emphyteuta non ſoluit, non tamen tran-
ſiuit totum biennium; emphyteuta non dicitur a iure ſuo cecidiſſe, vt in
terminis tradit Alex. in l. diuortio. §. ob donationes. num. 10. ff. ſolut. ma-
tr. allegans Ioann. Andr in addit. ad Speculat. §. nunc aliqua. verſ. 87. tit. de
locato. & idem tenet Grat. in cóſ. 79. num. 8. vol. 1. vbi etiam inquit, quòd
2 ſolutio canonis adſcribitur illi anno, quo debebat ſolui, & iuris eſt, iuxta
tradita in l. 2. C. de iure emphyt. & c. potuit. de locato. arg. not. in c. quæ
ſit. de Elect.

QVAESTIO II.

1 CESSATIO *in ſolutione canonis an requiratur per triennium, vel ſufficiat per biennium, quando eccleſia ſucceſſit in iure priuati, & in em-*

in emphyteuſi, quæ fuit Titio a priuato domino conceſſa.

1 SECVNDO quæro, an requiratur triennium, vel ſufficiat biennium, quando eccleſia in iure priuati ſucceſſit, puta quia emphyteuſis, quæ fuit Titio a priuato domino conceſſa, effecta eſt eccleſiæ tit. permutationis, vel alio tit. Quæſtionem hãc ponit Salic. in d. l. 2. C. de iure emphyt. quæſt. 25. num. 36. & in effectu concludit, quód, ſi ceſſatio biennii eſt initiata, & conſumata cum eccleſia, tunc ſufficit biennium, & eccleſia vtetur iure proprio, & eius priuilegio, arg. ff. de vſucap. l. cum quidam. §. ſi debitores. aut eſt initiata cum defuncto, puta quia iam in pſona defuncti tranſiuerat vnus annus, in quo omiſerat ſolutionem facere, & poſtquam eccleſiá ſucceſſit tranſiuit alius annus, & tunc non ſufficit: quia, ex quo vtitur adminiculo defuncti, debet vti iure illius, arg. l. cũ notiſſimi. §. illud. C. de præſcript. 30. annorum & l. Pomponius. §. cũ quis, ff. de acquir. poſſeſſ. & ſic requiritur tertius annus, & idem etiam tenet Iaſ. in d. l. 2. quæſt. 13. num. 51. & Bald. ibidem num. 27. in 2. lectura, Bero. in conſ. 120. num. 13. vol. 1. vbi inquit ad hoc facere, quod voluit Bart. quem alii ſequuntur, in auth. quas actiones. C. de ſacr. eccleſ. in vltimis verbis, qui cenſuit, eccleſiam, quæ in iure priuati ſuccedit, vti iure eccleſiæ, & non priuati, quando aliud tempus de iure ſeruatur quó ad eccleſiam, & aliud quo ad priuatum: quod præſertim eſt verum, ſi eccleſia, poſtquam in iure priuati ſucceſſit, emphyteuſim eiſdem emphyteutis renouando conceſſit, tanquam rem eccleſiaſticam, & vti de bonis eccleſiæ, vt per Bero. loco ſupra citato.

QVAESTIO III.

1 TRIENNIVM, *vel biennium, in quo ceſſatur in ſolutione canonis, debet eſſe continuum; aliàs res non cadit in commiſſum.*

2 EMPHYTEVTA, *qui pro primo anno canonem ſoluit, & pro ſecundo non; pro tertio ſoluit, & pro quarto non ſoluit, expelli non poteſt.*

3 DICTIO *Per adiuncta tempori continuationem temporis ſignificat.*

1 TERTIO quæro, an biennium, vel triennium debeat eſſe continuum; & breuiter reſpondeo, quòd debet eſſe continuum; quia aliàs interrupta eſſet præſcriptio per ſolutionem medij tẽporis;

poris:ita Salic.in d.l.2. de iure emphyt.num.1.& 6.& ibidem Alberic.n.
13.Socin.in conſ.118.num.9.vol.4.Guliel.Reodan. in tract.de reb.eccle-
ſiaſt.nō alienād. quæſt.24.cap.3.n.3. pag.497.Bald.in auth. qui rem.C.de
2 ſacr.eccleſ.qui expreſſe dicit, quòd, ſi emphyteuta ſoluit cenſum primo
anno,ſecundo anno non, tertio anno ſoluit,quarto anno non ſoluit; nō
3 poteſt expelli:nam requiritur,quòd ceſſet per biennium continuum:nā
quando dictio,Per,adiungitur tempori,continuationem temporis ſigni
ficat, l.vrbana.§.pernoctare.de verb.ſignificat.vt etiā tenet Dec.in auth.
qui rem.num.9.ſequutus Ioān.Andream in addit.ad Speculat.in d.§.nūc
aliqua,verſ.27.tit.de locato.

QVAESTIO IIII.

1 EMPHYTEVTÆ, *qui dicit ſe ſoluiſſe canonem,incumbit onus probandi.*

2 EMPHYTEVTA *probans, ſe tribus annis proximis canonem ſoluiſſe præſumitur pro alijs omnibus annis præteritis ſemper ſoluiſſe;& dominus non poteſt ab eo canonem petere, nec ipſum expellere ſub prætextu, quòd alijs anterioribus annis non ſoluerit,& quomodo hoc intelligendum num.3.*

3 SOLVTIO *canonis probatur per confeſſionem domini,vel per inſtrumēta,vel per teſtes.*

4 SOLVTIO *canonis, conſiſtentis in frumento, vel vino, poteſt probari per eos, qui canonem nomine emphyteutæ detulerunt ad dominum.ſi ſoliti sūt viuere ex illa arte portitoris,vel baiuli,licet hi teſtes tractent de ſe exonerādo.*

5 TESTES *quot requirantur ad probandam ſolutionem canonis.*

1 LOCO quarto quæro, ſi ēphyteuta dicit ſolutū fuiſſe canonē, & dn̄s hoc negat,cui incumbat onus probandi: & omiſſa diſputatione ad partes,concludo,emphyteutam teneri ad probandum, ſe canonem ſoluiſſe, vt tenet gloſ.in d.l.2.C.de iure emphyt.i verb.Repellere,verſ.Item quis probabit,arg.l.1.de probat.cum qua gloſ. tranſeunt Bald.ibidem in 1.lectura, num.16.& in 2.lectura, num.15. Bart.num.9.verſ.quæro quis.Alberic.num.7.Salic.num.15. quæſt.8.Iaſ.num.132. affirmans, quòd cum d.gloſ.tranſeunt omnes, nemine diſcrepante:nam is, qui habet ius in re,propter quam ſolutio eſt facienda, nō tenetur negatiuam probare, ſed ille,qui tenebatur ſoluere,vt in terminis noſtris tenent Imola n.55.&

Ancar,

Ancar.in c.potuit.de locato. Marian.Soc.in conſ.1 11.num.15.vol.2.vbi
teſtatur,hanc eſſe communem opinionem;quam etiam vti communẽ,
& veram amplectitur Ioann. Igneus in repetit.l. neceſſarios.§. non alias.
num.310.ff.ad Syllan. Bero. in conſ.152.num.1.vol.1.& ante ipſum idẽ
voluit Speculat.in §.nunc aliqua.num.42.quæſt.31.de locato.& poſt ip-
ſum Guliel.Reodan.in d.tract.de reb.eccleſiaſt.non alienand.quæſt.20.
num.23.pag.446.& ad nonnulla,quæ poſſunt in contrarium adduci,re
2 ſpondent doct.in ſupra citatis locis.Eo ipſo tamen,quòd emphyteuta ꝓ
bat,ſe tribus annis ſoluiſſe, præſumitur quòd pro omnibus aliis annis
præteritis ſemper ſoluerit,ita vt nõ poſſit dominus ab eo canonẽ petere,
nec eum expellere ſub prætextu,quòd aliis anterioribus annis non ſolue
rit,niſi dominus eum nõ ſoluiſſe probet,ita gloſ.in d.l.2.in verbo Repel-
lere,verſ.vel quòd tribus annis.C.de iure emphyt.per l.quicunque.C.de
apoch.public.lib.10. cum qua gloſ. tranſeunt omnes in d.l.2. vt ibidem
teſtatur Iaſ.num.135.quam gloſ.dicit etiam ſingularem,& notandam Sa
lic.eodem loco in 2.quæſt.& quòd Dyn.ita conſuluit,& quòd ipſe ita de
facto obtinuit,& idem voluit etiam Speculat.in §.nunc aliqua.quæſt.27.
num.38.tit.de locato.& ibidem apoſt.Imol.in c.potuit.num.55.de loca-
to.Bero.in conſ.152.ſub num.3.vol.1.Soc.in conſ.118.num.3.vol.4.Pa-
ris. ex ſententia omnium doct. in conſ.108. num.31. vol.1. Dec.conſ.
650.num.15.Rota decis.304.in nouis,incipit,lex quicunque. Bart.in d.
l.quicunque.C.de apoch.public.lib.10.Bald.in d.l.2.num.18.C. de iure
emphyt.& ibidem Bart.num.9.& Alberic.num.7.Viuius in ſuis commu
nibꝰ opinionibus, opinione 92.in prima parte,Guliel.Reodan.in tract.
de reb.eccleſ.non alienãd.quæſt.20.num.18.pag.445.Ant. Gabriel.lib.
1. de præſumptionibus,concluſione 11. in prima ampliatione, Ioſeph.
Maſcard. de probat. concluſ.603. in verbo emphyteuſis, num.9. vol.2.
Grat.conſ.121.num.9.lib.2.vbi etiam inquit, hoc procedere in emphy-
teuta,qui iurauit ſoluere,a qua communi opinione non diſcedas,quam-
uis Bero.in d.c.potuit.num.169.dicat,quòd contrarium defendi poſſet,
3 vt ibidem per eum.Quæ tamen communis opinio intelligenda eſt, ſi
dictæ ſolutiones triũ annorum ſint factę ſingulo anno,& vna quęquæ
de per ſe,non ſi trinæ ſolutiones factæ eſſent vno anno vnico contextu,
vt declarat Bart.in d.l.quicunque Iaſ.in d.l.2.ſub num.135. Guliel.Reo-
dan.loco ſupra citato,poſt Bald.in l.2.C.de dotis promiſſ.Ancar.& Ioãn.
Andr.in c.litteræ,de dilat.Capell.Tholoſ.deciſ.125.Ioſeph.Maſcard.d.cõ
cluſ.603.num.21.vol.2.Caſſan.ſuper cõſuetud. Burgund. Rubr.11.fol.
1414.§.5.num.1.& etiam,quòd emphyteuſis ſit eccleſiæ, requiruntur
trinæ ſolutiones ſingulo ãno factæ,vt præſumatur emphyteuta pro præ
teritis,etiam anterioribus,ãnis ſoluiſſe,vt contra Hoſtiens. qui in ſũma

tit.de

tit.de locato, paulo ante finem putauit, duas ſolutiones ſufficere, tenet Iaſ.in d.l.2.ſub num.35.C.de iure emphyt.& ante eum Ioan. Andr.in ad dit.ad Speculat.in d.§.nunc aliqua, tit.de locato.quæſt.31.Ioſeph Maſcar. d.concluſ.603.num.18.vbi hanc communem dicit poſt Duenn.reg.54.
4 in 2.fallentia:iſtas autem ſolutiones probabit emphyteuta, vel per confeſſionem domini, vel per inſtrumenta, vel per teſtes, vt inquit d.gloſ.in verbo Repellere, verſ.Reſponde emphyteuta, in d.l.2.de iure emphyt.vbi etiam Bart.num.9.Bald.num.18.Alberic.num.7.Bero.in d.c potuit. nũ.
5 171.Et ſi canon conſiſtat in frumento, vel vino, poteſt etiam probari ſolutum fuiſſe a me per eos, qui detulerunt nomine meo ad dominum, ſi hi ſoliti eſſent viuere ex illa arte portitoris, vel baiuli, licet hi teſtes tractent de ſe exonerãdo, practic.Papienſis in forma oppoſitionis contra teſtes, in gloſ. In facto eorum, num.7. Boſſ.de oppoſit. contra teſtes, num.
6 57.Et ad probandam ſolutionem canonis ſufficiunt duo teſtes, vt tenet Iaſ. in d.l.2.num.134.C. de iure emphyt. & ante eum Bald. in l. teſtium. ſub.num.2.C.de teſtibus.& poſt eum Afflict.decis.13.num.26.Octauian. Cacher.decis.53.num.7.& 15. quamuis Salic. in d.l.2.num.17.verſ. item quòd, de iure emphyt.exiſtimauerit ſolutionem canonis non poſſe probari, niſi per quinque teſtes togatos, cum de ſolennitate emphyteuſis ſit, vt de ea fiat ſcriptura, d.l.teſtium, cum auth.rogati.C.de teſtib. vt ẽt ſẽtit Bald.in conſ.220.vol.1. quem tamen reprehendit Cacher. loco ſupra citato, inquiens, Bald.in d.conſ. male fuiſſe loquutum: quam opinionem Salic.non eſſe tutã ſcribit etiam Bero.in conſ.152.ſub nu.3.vol.1. Omittendum etiam non eſt, quòd, ſi emphyteuta dicit, ſolutiones apparere ex libris, ſeu diaceptus Eccleſiæ, in quibus ſolutiones huiuſmodi annotãtur; eccleſia tenetur libros edere ad eius intentionem fundandam, cum hoc ſit ad fundandam exceptionem emphyteutæ rei conuenti.l.fin.C. de edendo.l.1.§.editiones.ff.eod. & ibi cõmuniter doct. ad not.per Dec. in c.1.num.126.& 131.extr.de probat.& libri cenſus conficiantur gratia vtriuſque ſ3 domini, & emphyteutæ, l.quædam.& ibi not.per doct. & l. prætor.§.rationes.ff.de edendo.Bald.in conſ.449. ius naturale, num. 10. vol.3.

QVAESTIO V.

1 DOMINVS *poſt emphyteuſim conceſſam nõ poteſt emphyteutæ canonem augere.*
2 PENSIO *colono non augetur.*
3 PRÆLATVS *non poteſt ad præiuditium ſucceſſoris canonẽ minuere.*

QV-

1 LOCO quinto quæro, an dominus poſt emphyteuſim cõceſſam poſſit emphyteutæ canoné augere: & non poſſe augeri, ſi induſtria ẽphyteutæ res facta ſit fertilior ſcriptum reliquit Bart. in l. quicunq. la 2. in fine. C. de omni agro deſerto. lib. 11. vbi etiam idem tenent Ioann. de Plat. & Iacob. Rebuff. & Archidiac. in c. 1. poſt principiũ, verſ. Quid dicis. 13. quæſt. 50. vt eos refert, & ſequitur Boer. deciſ. 50. num. 8. Ruin. conſ. 157. num. 15. vol. 1. Bald. in l. fin. C. de Alluuionib. & palud. Guliel. Reodan. in tract. de reb. eccleſ. non alienand. pag. 27. num. 32. omne enim augmentum, quod ad emphyteutam pertinet, de quo diximus ſupra remiſſiue, de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem, ampliatione 36. Emphyteutæ cedit ſine onere pẽſionis, quæ etiam colono non augetur. l. legem. C. locati. vt tradit Ioann. Andr. ad Speculat. in d. §. nunc aliqua, quæſt. 136. num. 162. tit. de locato. qui etiam refert alias opiniones, & reprobat: cum quo videtur etiam tranſire ibidem Speculat. Et an emphyteuſi finita per generationem, vel alio modo ſine culpa emphyteutæ poſſit eccleſia cenſum augere, vide apud Caputaquen. deciſ. 304. ſeu. 7. in prima parte. Quæro e conuerſo, an Prælatus poſſit in præiuditium ſucceſſoris canonem minuere, & non poſſe tenuit Aluarot. in c. 1. Qui ſuceſſ. feud. dare teneantur, col. 4. ſub n. 2. verſ. ſed vtrũ, prælatus. Bart. in auth. qui rem, C. de ſacr. eccleſ. ſub n. 5. verſ. quæro iuxta prædicta.

QVAESTIO VI.

1 AN *primus, vel ſecundus poſſeſſor teneatur canonem ſoluere, ſi ceſſatũ fuit in ſolutione canonis, & dominus ad canonẽ agat, n. 4. & 6.*

2 PERSONALIS *actio nõ ſequitur poſſeſſorẽ, ſed cõtrahentem.*

3 PRIMVS *emphyteuta, ſi efficiatur non ſoluendo canonem, dominus poteſt rem vendicare a ſecundo emphyteuta, & in ſubſidium petere penſionem ab ipſo.*

4 EMPHYTEVSIS *eſt pro canone obligata, & poſſeſſor poteſt conueniri hypothecaria pro canone, ſed contra num. 7.*

5 TACITVRNITAS *operatur conſenſum obligationis fauore pupilli & eccleſia.*

6 FVNDVS *tributarius eſt obligatus pro tributis ſoluendis.*

SEXTO quæro, ſi ceſſatũ eſt in ſolutione cano-
nis, & res eſt alteri conceſſa, an primus, vel ſe
1 cundus poſſeſſor teneatur canonẽ ſoluere, ſi
dominus ad canonẽ agat, Specul. in §. nũc ali-
qua quæſt. 12. n. 21. & quæſt. 9. n. 18. de loc. po-
nit hãc quæſtionẽ, & inquit, quòd pro tẽpore,
quo fuit ceſſatũ ꝑ primũ ẽphyteutã, ſoluet tã-
tũ primus, vel eius hæres, nõ aũt ſecundus, cui
fuit res conceſſa, aut qui ephyteuſim emit; qa
perſonalis actio non ſequitur poſſeſſorem, ſed cõtrahentẽ, ff. de cõtrah.
2 empr. l. fin. §. fi. C. ſi aduerſ. credit. l. 2. ff. de Trebellian. l. 1. § ſi hæres. de hæ
redit. vel act. vendita. l. 2. Quã etiã opinionem poſt Din. & Martin. de Fa-
no in locis, quos ipſe refert, ãplectit' Alberic. in l. fin. n. 5. verſ. Quærit do-
minus Din. C. de iure emphyt. vbi etiã. n. ſeq. inqt eſſe notãdũ, ꝙ, Si pri-
mus emphyteuta efficiatur nõ ſoluendo, dñs põt rem vendicare a ſecũ-
do emphyteuta, vt notatur in gloſ. Vſufr. quẽadmod. caue. l. ſi vſufruct'
3 nomine. & forte etiã in ſubſidium petere penſionem ab ipſo arg. eorũ
quæ notãt' in gl. in. l. 2. C. de hæredit. vel actione vẽdita. & idem etiã videt'
ſentire Bart. in l. ſi domus. §. fin. de leg. 1. dum cõcludit, emphyteutã, qui
nõ ſit emphyteuta reipublicæ, nõ poſſe tit. donationis alienare ſine con
ſenſu domini; quia nouus poſſeſſor nõ teneretur ad penſionem, cum ni-
hil ipſe promiſerit, vt ẽt tenet Bald. in l. ſi vſufruct'. ff. Vſufruct. quemad-
mod. caue. Romã. cõſ. 417. Ruin. cõſ. 168. n. 16. vol. 1. Cæterũ Bald. in auth.
4 Si quas Ruinas. ãte n. 6. verſ. ſed vltra omnes. C. de ſacr. eccleſ. cõtrarium te
nuit, quòd nouus ſucceſſor poſſit, etiã ꝓ canone præterito, conueniri;
quia emphyteuſis eſt ꝓ canone obligata; ideo poſſeſſor põt cõueniri hy-
pothecaria ꝓ canone, allegat tex. in §. ſcire, in auth. de nõ alienãd. & eum
ſequuntur Afflict. deciſ. 95. Abbas cõſ. 20. videtur n. 1. vol. 2. Soc. Iun. cõſ.
70. n. 14. vol. 1. Ripa in l. 1. §. ſi hęręs, ſub n. 11. ff. ad Trebellian. Alex. in d. l.
ſi domus. §. fin. col. 5. ãte n. 7. de leg. 1. Caſſad. deciſ. 3. de locato. Iaſ. in d. l.
fin. n. 72. de iure emphyt. Aim. cõſ. 217. ſub n. 5. Romã. cõſ. 311. in caſu ꝓ
poſitæ, fretus alia ratione, qa emphyteuta vendendo emphyteuſim, de-
clarat rem ipſã emphyteuticam eſſe ſubiectã canoni, cui canoni ſeu pen
ſioni ẽptor, cũ nõ cõtradicit, cõſensũ præſtitiſſe videtur, & cõſequẽter ſe
obligaſſe: nã licet taciturnitas nõ operet' cõſẽſũ obligationis, l. ſicut. §. nõ
videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluitur, l. vt filiusfamilias. §. inui-
tus. ff. de procurat. tamen hoc fallit fauore pupilli, & eccleſiæ, vt eodem
5 loco per Roman. quæ ratio nõ haberet locũ in ẽphyteuſi priuati. Ego in
hac varietate cõcludẽdũ ita puto, ꝙ, ſi ẽphyteuta, cõducẽdo rẽ, obliga-
uit ſe ad canonẽ cum obligatione bonorum pro obſeruatione cõtractus

LL domi-

dominus directi aduerſus nouum poſſeſſorem poſſit agere hypotheca-
ria pro canone non ſoluto, etiam pro illo tẽpore, quo ipſe nouus poſſeſ-
ſor rem non habuit; ſed ſi canõ fuit ſimpliciter promiſſus occaſione rei
emphyteuticæ, citra tamẽ aſſignationẽ canonis ſuper ipſa re, vł cũ aſſi-
gnatione tali, ex qua res ẽphyteutica non eſſet hypothecata, iuxt.not.p
gloſ.& Bart.in l.fundus.ff.de annuis legat. & per Caſtr. in conſ.333.vol.1.
& tunc cẽſeo, veriorem opinionẽ Speculat.vt dominus pro canone præ-
terito non poſſit aduerſus nouum poſſeſſorem agere pro illo tempore,
quo ipſe nouus poſſeſſor nõ poſſedit: quia ẽphyteuſis, pro qua canon de-
betur, non dicitur taciteę obligata pro canone, vt contra Bald.in d.auth.
7 ſi quas ruinas.tenet Bart.in l.fin.C.de iure ẽphyt.Ant.de Butrio, & Imol.
in c.potuit.ſuper gloſ.3.de locato.Angel.in l.vniuerſas.C.ne rei dom.vel
tẽp.Alex.in l.quod dicitur.la 2.col.9.ſub num.15.verſ.& ſic ex prædictis
ff.de verb.obligat.quos omnes refert, & ſequitur Neguſant. in tract. de
pignor.in quarto membro.2.partis, num.127.nam, licet de iure pro tri-
butis ſoluendis ſit obligatus fundus tributarius, l.imperatores.ff.de pu-
blic.l.1.2.& 3.C.ſine cenſu, vel reliquis.tamen in canone debito pro em-
phyteuſi, iſtud non reperitur, etiam ſi ſimus in emphyteuſi eccleſiaſtica,
vt ipſe inquit ex ſententia Angeli.Ant.de Butr.Alex.& Imolæ, & Bart.dicẽ
tes, quòd tex.in d.§.ſcire quem Bald.pro ſe allegat, non probat eius opi-
nionem. Et hec mea diſtinctio fuit Caſtr. in d.conſ.333. & Aim.in d.cõſ.
217.ſub num.4.ſi recte eorũ verba perpendãtur, & Anton.Rub.in reper.
l.Gallus.§.qdam recte.n.152.ff.de lib.& poſth.dũ dicit, ꝙ opinio Bald.in
d.auth.quas ruinas.ſolum concludit, vbi in contractu adeſt hypotheca,
& licet Cæſar Vrſillus ad d.deciſ.Afflicti.95.teneat opinionẽ cõtrariã, &
alios citet: multi tamen auctores ex his, quos ipſe citat, non dicunt id, ad
quos ipſe eos citat, ſi bene eorũ dicta inſpiciantur. Tu vide Carol.in cõ-
ſuetud.Paris.§.2.gloſ.4.quæſt.7.Et nota, ꝙ, ſi in inſtrumẽto fuit appoſi
tũ pactũ, ꝙ ꝓ canone poſſit executio fieri cõtra quẽlibet ſucceſſorẽ &c.
tũc agi poterit ꝓ canone ꝑterito aduerſus nouũ poſſeſſorẽ, vt docet Cæ-
ſar Vrſill᷒ ad d.deciſ.Affl.95.ad finẽ.

QVÆSTIO VII.

EMPHYTEVTA *an poſſit ſoluere canonem pro parte inuito domino.*

1 SEPTIMO quæro, á ẽphyteuta poſſit canonẽ ſoluere ꝓ parte inuito
1 dño, gl.in verbo Cautũ in l.2.C de iure ẽphyt.ad finem, tenet eũ poſſe,
dũmodo iter tres vices ante Calend.Ianuarii ĩtegrũ canonẽ ſoluat, p l. pla
cuit, C.de fund. patrimon.lib.11.ſed Bart.ĩ l.eũ, q.ff.de annuis legat. tenet
contrarium p l. tutor.§.Lucius.ff.de vſur.& l.plane. ff. famil. erciſcundæ,
& l.quidam exiſtimauerunt.ff.ſi cert.petat.in quibus locis dicitur, quòd
quis non cogitur particularem ſolutionem recipere, & reſpõdet eſſe ſpe-

ciale

ciale in d.l.placuit.& Bart.ſequitur Iaſ.in d.l.2.ſub num.18.C.de iure emphyt.& inquit, quòd idem voluerunt moderni Fulgoſ. Paul.de Caſtr.& cæteri in d.l.quidam exiſtimauerunt, quam ſententiam amplectitur etiã Afflict.decis.153.num.3.Comenſ.conſ.41.ad primum quæſitum, verſ. Ad ſecundum reſpondetur, vbi id ampliat in eo, cui conceſſæ ſunt plures res in ẽphyteuſim ſub vno canone, vt eũ refert, & ſequitur Tiraq.de retract.lignag.§.23.gloſ.1.num.14.nam & is non poteſt partem penſionis pro rata vnius rei ſoluere, & pro aliis non ſoluere.

QVAESTIO VIII.

1 CANON *quo tempore ſolui debeat.*

OCTAVO quæro, quo tempore canon ſolui debeat, Iaſ. in d.
1 l.2.C. de iure emphyt. ſub num.180.concludit, quòd, ſi actũ eſt inter partes, quomodo, & quãdo debeat ſolui canon, debet conuenctio ſeruari: ſin minus, conſuetudo loci eſt ſeruanda, & ſi cõſuetudo non adſit, vel conſuetudines ſint difformes, dicit, quòd emphyteuta tenetur in fine anni canonem ſoluere, vt etiam tenet Salic.ibidem quæſt.15.num.24.& eſt de mente Bart. in d.l.eum qui.ff. de annuis legatis.licet gloſ.in d.l.2.ſentiat, quòd quando non eſt conuentum inter dominum, & emphyteutam, quo tempore debeat ſolui canon, emphyteuta poſſit per tres vices particulariter ſoluere, dummodo totum reperiatur ſolutum in Calendis Ianuarii, cum qua gloſ.tranſeunt communiter doct. vt ibidem teſtatur Iaſ.licet ipſe eam reprobet, & bene.Retenta tamẽ opinione gloſ.eam limita duobus modis, vt per Iaſ.ibidem.

QVAESTIO VIIII.

1 CANON *qua actione petatur.*

2 EX *curſu temporis inducitur præſumptio tituli, ſi titulus allegetur.*

1 NONO quæro, qua actione canon petatur, Spec. in §.nunc aliqua, quæſt.171.n.197.tit. de locato.format quæſtionẽ, & inqt, ꝙ qdã dicũt, Cõditione ex lege, & remittit ſe ad ea, q̃ dixit ſ verſ.68. q̃ nihil faciũt ad ꝓpoſitũ. Sed tu ex ſentẽtia Ioán. Andr. in addit.ad Specul.d.quæſt. 171.ſic cõclude. ſi cõtract⁹ & eius forma põt ꝓbari ꝑ teſtes, vel ꝑ publicũ inſtrumẽtũ, & põt ꝓbari ſtipulationẽ interueniſſe, & pẽſionẽ fuiſſe certá, aget dñs ad canonẽ Certi cõdictione ex ſtipulatu, alias Cõdictione ex l.Zenonis.C.de iur̃ ẽphyt.l.1.& inſtit.locati.§.adeo.cũ iſte Cõtract⁹ ſit induct⁹ ab illa lege, nec ſit cautũ, quo genere actionis &c.Si aũt de cõtractu teſtes, & inſtrumẽta deficiãt pp cõtract⁹ ãtiqtatẽ videbit dñs, an pro

bare poſſit, reum ſibi penſionem ſoluiſſe pro illo fundo, vel re, decem, vel 20. annuatim, & allegabit contractum, vel ſtipulationem præceſſiſſe, & ex vno illorum aget, l. cum de in rē verſo. ff. de vſur. dicendo, quòd anteceſſores ſui, & ipſe dederunt talem rem, ſiue fundum in emphyteuſim pro tali penſione, & addere etiam poterit, quòd dictam penſionem per ſtipulationem ſoluere promiſit, & quòd paratus eſt probare, quòd canonem ipſius rei ſoluit decem, vel 20. annos: nam ex curſu temporis inducitur præſumptio tituli, cum non ſit veriſimile, vt quis pecunias ſuas iactet, l. cum de indebito. ff. de probat. nam, ſi cauſam, vel titulum dominus non allegaret, ex ſolo curſu temporis agere non poſſet, l. ſi certis ānis. C. de pact. vt latius docet Ioān. Andr. in ſupradicta apoſt. ad Specul. ad quē te remitto.

QVAESTIO X.

1 CANON *ſi fuit in moneta conſtitutus, quæ poſtea eſt aucta, quomodo ſolui debeat*

1 DECIMO quæro, ſi canon a principio conſtitutus fuit in vna moneta, quæ nunc eſt aucta, quid iuris ſit, & quo pacto ſolui debeat, & remitto te ad Alberic. in d. l. 2. C. de iure emphyt. n. 20. vbi ponit quæſtionem, & ad Iaſ. ibidem num. 91. quæſt. 36. qui plene & magiſtraliter rem tractat, & ad Emanuel. Soarez. in ſuis communib. opinionib. in verbo emphyteuta, num. 98. qui citat addit. ad Angel. in l. cum quid. ff. ſi cert. petatur. atteſtantem, cōmunē opinionē eſſe, vt emphyteuta non cogatur ea pecunia ſoluere, cuius æſtimatio poſt contractum aucta eſt, ſed ſatis eſt, vt pecuniam ſoluat priſtino illius valore.

QVAESTIO XI.

1 S*I res eſt in emphyteuſim conceſſa cum pacto, vt quolibet menſe fiat ſolutio canonis, an requiratur biēniū, vel trienniū cōpletū, vt res cadat in cōmiſſū.*

1 VNDECIMO quæro, quando res datur in emphyteuſim ſub pacto, vt quolibet mēſe fiat ſolutio canonis, an tūc requirat biēniū, vel triēniū cōpletū, vt iſte ceſſās in ſolutione canonis poſſit expelli; & biēniū, aut trienniū cōpletū nō requiri, ſed tēpus iſtud debere duplicari, cēſuit Speculat. in §. nunc aliqua. quæſt. 87. n. 110. tit. de locato. nā, ſicut qñ facieda eſt ſolutio in fine āni, duo anni reqrūt, ſi ſit ēphyteuſis eccleſiæ, & tres, ſi ſit priuati: ita tres mēſes, vl duo non ſufficiūt; ſed duplicari debēr, motus p tex. in l. ſi ſic. ff. Quēad. ſeruit. amitt. & l. ſi. C. de ſeruit. & cum eo ſimplr tenet Ioā. Faber, vt eū refert Iaſ. i d. l. 2. n. 52. C. de iur. ēphyt. q ibidē inq,

inquit, quòd contrarium, & melius tenet Ioann. Andr. in addit. ad Speculat. loco ſupra citato, quòd imo requiratur biennium, vel trienniũ: quia contraria loquuntur de præſcribenda libertate, & hic agitur de pœna prouenientе ex ceſſatione canonis: quod etiam confirmatur ex ſententia Iaſ. quia de iure communi, quando aliud pactum non interuenit, ſolutio tota debet fieri per tres vices l. placuit, C. de fund. patrimonial. lib. 11, vt firmat etiam ipſe Speculat. in d. §. nunc aliqua. verſ. 79. & tamen non propterea mutatur tẽpus biennij, vel triennij, & idem ſatis expreſſe vult Cuman. in conſ. 164. & Barbat. conſ. 40. in 2. dubio, vol. 1. & in conſ. 36. in fine, vol. 2. Bald. conſ. 290. ſecundum impreſſionem Mediolani, vol. 2. & Ant. Corſet. ĩ tract. de poteſtate regia in 4. quæſt. in tract. de minimis, col. 11. vt hos omnes refert, & ſequitur Thomas Parpal. in addit. ad Iaſ. in d. l. 2. C. de iure emphyt. num. 52. quæſt. 14. cum quo etiam videtur tranſire Reodan. in tract. de reb. eccleſ. non alienand. pag. 498. ex quo vltimo loco refert hanc opinionem; quam expreſſe firmat Caſſad. de locato, decil. 3. num. 8.

QVAESTIO XII.

1 DOMINVS *poſt incurſam, & declaratam caducitatem poteſt propria auctoritate poſſeſſionem rei emphyteuticæ apprehendere ſecundum vnam opinionem.*

2 DOMINVS *non poteſt propria auctoritate ingredi poſſeſſionem, & emphyteutam expellere ob canonem non ſolutum ſecundum aliam opinionem.*

3 DOMINVS *non poteſt emphyteutam expellere propria auctoritate, ſi negat rem eſſe deuolutam ob non ſolutum canonem, licet poſſit, ſi emphyteuta, ſe cecidiſſe, fateatur ſecundum aliam opinionem veriorem.*

4 OPINIO *doctoris diſtinguentis in conflictu opinionũ eſt amplectenda.*

5 SENTENTIA *iudicis ſuper deuolutione ob non ſolutum canonem eſt neceſſaria ad executionem eſſe, non ad ſubſtantiam eſſe.*

6 DOMINVS *an poſſit emphyteutam propria auctoritate expellere, etiã ſi emphyteuta factis reſiſtat, & nolit a ſua poſſeſſione expelli.*

7 LICENTIAM *obtinens a iudice ingrediendi poſſeſſionem propria auctoritate, nõ poteſt per vim ingredi, & illã exercere, ſi reſiſtentem inueniat.*

DVODECIMO quæro, an dñs poſt incurſã, & declaratã caducitatẽ

1 poſſit ꝓpria auctoritate poſſeſſionẽ rei ẽphyteuticæ apprehẽdere. Et ĩ hac re variæ sũt doct. opiniones, vt eſt videre apud Iaſ. in d. l. 2. n. 100. vſq. ad 118. C. de iure ẽphyt. prima. n. fuit opin. gl. in d. l. 2. q̃ tenuit, dño licere ꝓpria auctoritatẽ poſſeſſ. apphẽdere, & i c. potuit. ĩ verbo Expelli. de loc. dũ. n. dicũt d. gl. ꝙ meli⁹, & tuti⁹ eſt, cũ auctoritatę iudicis poſſeſſ. apprehen-

hendere, volunt, quòd dominus poſsit propria auctoritate eam capere vt opinati ſunt etiam Azo. in ſumma tit. de iure emphyt. num. 6. Iacob. But. Oldrad. & Rain. de Forl. in d. l. 2. vt eos ibidem refert, & ſequitur Iaſ. ſub numero 100. verſ. prima fuit opinio, Cæpol. in conſ. 25. cauſarum Ciuilium. numero tertio. Aret. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. poſſeſſ. Imol. in d. c. potuit. num. trigeſimo cum duobus ſequentibus, Ioann. Crot. in l. prima numero 8. ff. de acquir. poſſeſſ. Cæſar Vrſillus ex communi doct. ſententia ad decis. Afflicti 97. Abbas in conſ. 67. numero ſecundo, volumine ſecundo. Dec. conſ. 146. numero 7, col. 6, verſ. His tamen non obſtantibus, Bart. Soc. conſ. 167. ſub numero quarto. verſ. Tertia principalis opinio fuit. vol. ſecundo. Alex. conſ. 105. numero 18. vol. tertio. & in conſ. 117. numero 11. vol. quinto, vbi hanc communem dicit, Corn. in conſ. 271. ſub numero ſecundo. verſ. His tamen non obſtantibus, vol. tertio. qui pariter teſtatur, hanc eſſe communem opinionem, ſaltem in caſu, vbi dominus non inuenit reſiſtentiam, vel dumtaxàt verbalem reſiſtentiam, Gozad. in conſ. 39. numero 25. qui ex communi tenet in caſu, quòd linea ſit finita, vt poſſit dominus, & eccleſia propria auctoritate ingredi bona, & poſſeſſorem expellere, licet eum impugnet in caſu lineæ finitæ D. Hier. Gabriel. in conſ. 88. in fine, qui inquit, quòd, licet dominus, & eccleſia poſſit propria auctoritate ingredi bona, quando res deuoluitur propter canonem non ſolutum, quo tantum caſu inquit loqui doct. congeſtos: a Gozad. in d. conſ. 39. non tamen id poteſt, quando per alienationem, vel generationem finitam bona eſſe deuoluta prætendit; quia eccleſia non poteſt ita eſſe certa de alienatione illicita, vel extinctione generationis, ſicut de non ſolutione canonis, vt tenet etiam Afflictus dicta decis. nonageſima ſeptima, quam deciſionem ſequutam fuiſſe Rot. Roman. teſtatur Peregrin. decis. 33. inter manu ſcriptas, vt ibidem refert Gabriel. idem tamen cum Gozadino, vt eccleſia in caſu lineæ finitę poſſit propria auctoritate bona apprehendere, tenet Berous in conſilio quadrageſimo quinto, numero decimotertio volumine tertio, & in conſilio 102. numero quadrageſimo octauo, volumine primo. Aim. in conſilio 302. columna finali, prope medium, & in conſilio decimo octauo. numero ſeptimo. Baldus conſilio 177. ad audientiam. numero tertio. volumine tertio. & idem, quòd dominus poſſit bona propria auctoritate apprehendere, ſi ob non ſolutionem canonis, aut ob rei deteriorationem ſint deuoluta, nulla facta probatione ſuper deterioratione, vel non ſolutione canonis, tenet idem Berous conſilio 125. volumine primo, cuius dictum non eſt omnino tutum, ſi dominus prætendat bona deuoluta ob rei deteriorationem, cum non omnis deterioratio faciat, vt res cadat

in com-

in cõmiſsũ, vt diximus ſ. de cauſa priuationis ob rei deteriorationẽ;ideo
viget ratio Afflicti in d.decis.97. vt non poſsit bonorũ poſſeſsionẽ apre-
hẽdere,cum poſſit emphyteuta multas exceptiones opponere:magis ta-
men communis opinio eſt, vt i caſu non ſoluti canonis poſſit dominus
propria auctoritate bona ingredi, & emphyteutam expellere,vt teſtatur
Iul.Clar.in §. emphyteuſis.queſt.xi.poſt Sigiſmund.in conſ.feudalib.cõſ.
37.poſt num.3.cuius opinionis ſi quis rationes, & argumenta uidere
cupit,conſulat Iaſ.in d.l.2.ſub num.100.verſ.Prima fuit opinio,vſque ad
verſiculum,Secunda principalis opinio eſt,& Soc.in d.conſ.167.ſub n.4.
2 verſ.Tertia principalis,vol.2. Secunda fuit opinio Petri,& Cini in d.l.2.
C.de iur.emphyt.qui exiſtimauerũt,quòd dominus nullatenus propria
auctoritate poſſit emphyteutam expellere,vt eos refert ibidem Iaſ.num.
101.verſ.Secunda principalis opinio,vbi etiam ponit argumenta huius
opinionis;quæ ego non recenſeo,cum quis poſſit illa apud ipſum videre;
quos ſequitur Rodulphus de Lomandinis conſ.274.num.2.inter conſ.Pe
tri Ancarani, Bero.ſibi contrarius in conſ.49.num.24.vol.3.Albericus,
qui dicit,hanc eſſe communem,& æquiorẽ,& tutiorem ſententiam,in
d.l.2.col.1.verſ.Ex hoc Oritur,C. de iure emphyt.quam etiam amplectit
eo loci Salic.num.10.quæſt.4.Paul.de Caſtr. in l.colonus,ff.locati.Card.
Alex.in d.c.potuit.vt eum refert Carol. in addit. ad conſ.Alex.105.num.
18.vol.3.qui inquit, quòd hæc opinio iuſtior eſt, & practicat,& de ſtylo
etiam ſeruatur in parlamento Delphinali,teſte Guidone Papa decis. 107.
3 TERTIA fuit opinio Speculatoris in §.nunc aliqua.quæſt.48.n.64.
tit. de locato qui diſtinguendo concludit,quòd aut certum eſt, emphy-
teutam ius ſuum amiſiſſe, & domino poſſeſsionem interueniſſe, &
tunc dominus auctoritate propria poteſt eum expellere:aut emphyteuta
negat,rem cecidiſſe in commiſſum,& dicit ius ſibi in emphyteuſi com-
petere,& tunc non poteſt:quia per eius negationem res efficitur dubia,
& eccleſia,ſiue dominus non poteſt,emphyteutam expellendo, ſibi ius
dicere,præſertim ſi copiam iudicis habeat, arg.ff.ad. exhibẽd.l.3.§.ibidẽ.
C.vnde vi l.non ab re. ibi.Sine cauſa legibus cognita &c. & C.de decurio
nib.lib.12 l.generali:ſubiungendo, illud certum eſſe quòd ſi ẽphyteuta
alteri rei poſſeſſionem tradidit, vel ipſe ab alio ſit inde expulſus, tunc do-
minus auctoritate propria non poteſt deiicere talem poſſeſſorem,
arg.l.ſi colonus ff. de vi, & vi armata. & cum Speculat. in hac
vltima parte tranſit etiam gloſ.in d.c potuit.in verbo Expelli verſ.Sed ſi
alii tradidit poſſeſsionem;quam eſſe communiter receptam teſtatur ibi-
dem Imola ſub num. 32.verſ.Et prædicta. Speculatoris ſententiam, vt nõ
poſſit dominus auctoritate propria emphyteutam expellere, quando
is negat, bona eſſe deuoluta ob non ſolutum canonem ample-

ctitur Corn.in conſ.193.ſub num.3.vol.3.dicens, quòd ex quo non con
ſtat, an res inciderit in commiſſum, ſuadet ratio, vt non poſſit propria
auctoritate expellere, & ſibi ius dicere:cum qua opinione videtur etiam
tranſire Ioann.Andr. & Bald.in d.l.2. de iure emphyt.& in c.1.§.ad hæc.
de pace iuram.firmãda. vt eos refert Soc.in d.conſ.167. ſub num.4. verſ.
Secunda principalis,vol.2.Bero.in d.c.potuit.num.153.verſ. Præmiſſis ta
men non obſtantibus,in prima limitatione:quæ etiam mihi ſemper pla
cuit,tum quia opinio doctoris diſtinguentis in opinionum conflictu eſt
amplectenda, vt tradit Salic.in l.filiæ,cuius.ff. famil.erciſc. Grat.conſ.30.
4 num.33. vol.1. Roch. de Curte in c.fin.col.22. de conſuetud. Soc. Iun.
conſ.39.num.78.vol.2.Riminald.Inſtit.de donat.in princ.num.13.tum
quia emphyteuta in multis caſibus, licet canonem nõ ſoluerit, excuſa-
tur, nec a iure ſuo cadit, vt diximus ſupra de cauſa priuationis ob non ſo
lutum canonem in limitationibus:ideo,ſi negat, bona eſſe deuoluta, cũ
poſſit eſſe, vt exceptio ſua ſit iuſta, neceſſaria videtur iudicis ſententia;
quæ etiam indiſtincte,vbi quis eſt ipſo iure priuatus,ad executionem eſ-
ſe,licet non ad ſubſtantiam eſſe,requiritur, vt voluit Bald.in c.1.de feud.
ſine culpa non amitt. per not.per Ioan. Andr.in c. pro humani.de homi
cid.in 6.in nouell. vt eum refert, & ſequitur Ruin.in conſ.57.col.1.verſ.
Si vero quæritur.vol.4.& eo præſertim,quia doctores concedunt,quòd
dominus melius,tutius,& vrbanius facit, ſi auctoritate iudicis poſſeſſio
nem bonorum deuolutorum conſequi intendat, vt etiã inquit Marian.
Soc.in conſ.111.num.12.vol.2. Sed maior difficultas eſt, retenta magis
6 communi opinione, vt dominus poſſit emphyteutam propria auctori
tate expellere,an id procedat, ſi emphyteuta nedum verbis,ſed factis re-
ſiſtat, & nolit a ſua poſſeſſione expelli: & iſto etiam caſu domino licere
propria auctoritate ingredi bona, voluerunt Imola in d.c. potuit.ſub n.
32.extr.de locato.& Iaſ.in d.l.2.num.105.verſ.vltimo loco,C.de iure em
phyt.freti ex illa lege, quæ ſimpliciter,& indiſtincte dicit,Domino licere
emphyteutam repellere, poſtquam canonem ſoluere ceſſauit; & etiam
quia ex quo emphyteuta reſiſtit de facto,videtur ſpoliare dominum ſua
ciuili poſſeſſione, pro qua defendenda põt dominus emphyteutã repel-
lere propria auctoritate,& poſſeſſionem ingredi,ad not.in l.3.§.cum igi
tur.& §.cum fundus.ff. de vi,& vi armata.& in l.ſi certo.§.ſi duobus.ff.cõ
modati.& in l.1.& 2.ff.ſi ager vectig. vel emphyt. ex quo enim non po-
teſt deſiſti a violẽtia, & turbatione ciuilis poſſeſſionis,videtur quòd pro
pria auctoritate poſſit eum expellere. l. clam poſſidere. §. fin. cum l.
ſequenti.ff. de acquir. poſſeſſ.præſertim ſi emphyteuta non proteſtetur,
quòd non intendit dominum priuare ſua ciuili poſſeſſione,ſed defẽde-
re ſuam naturalem manam in dubio ſimpliciter reſiſtendo de facto, ne do

minus

minus intret poſſeſſionem, videtur facere violentiam etiam reſpectu ciuilis, vt inquit Imola in d.c. potuit. per not. in d.l. clam poſſidere. §. fin. cum l. ſeq. ff. de acquir. poſſeſſ. ideo dominus poteſt illam defendere: &, ſi non fuerit expulſus, ſeu admiſſus, videtur, quòd incontinenti poſſit ſuam ciuilem poſſeſſionem recuperare, licet non poſſit facere ex interuallo, vt voluit Ant. de Butr. & alij, quos refert Imola loco ſupra citato: ſed contrarium, vt dominus de facto contradicentem emphyteutā, & de poſſeſſione exire nolentem expellere non poſſit, tenet Bart. in d.l. 2. num. 3. de iure emphyt. per l. non eſt ſingulis. de reg. iur. quem ibidem ſequitur Salicetus ſub num. 12. & Cępol. conſ. 25. num. 3. lib. cauſarum ciuiliū, Cardin. Florēt. in. d.c. potuit. Petr. de Peruſ. Petr. de Bellapert. & Cin. in d.l. 2. quos refert Corn. in conſ. 193. ſub num. 3. vol. 3. & eos ſequi videtur, ex quo vltimo loco eorum opinionem refert, iuxta gloſ. in l. qui filiū. §. Sabinus. ff. ad Trebell. in verbo Nobis, & expreſſe ſequitur Bero. in d.c. potuit. num. 155. verſ. Tertio concludo. Idem, quòd ſi emphyteuta factis reſiſtat, debeat expelli per iudicem cauſa cognita, nec poſſit propria auctoritate expelli, voluit etiam apoſtillator ad Dec. conſ. 146. ſub num. 7. in verbo Reſiſteret, inquiens, quòd ita obſeruatur in practica, vt etiam quoque teſtatur Iul. Clar. in §. ēphyteuſis, quæſt. 11. lib. 4. ſent. recept. Bart. in fortioribus terminis in l. alia §. eleganter. num. 11. ff. ſol. matr. cum qui
7 bus ego tranſeo. Pro qua opinione quoque facit, quòd, ſi quis obtinuit licentiam a iudice ingrediendi poſſeſſionē ptopria auctoritate, non pōt illam exercere, ſi reſiſtentem inueniat, & per vim ingredi, vt concludunt Bart. Angel. Imola, Raphael Cum. Paul. de Caſtro, Aret. & communiter doct. teſte ibidem Alex. & Iaſ. num. 13. in l. iuſte poſſidet. ff. de acq. poſſeſſ. licet non deſint, qui contrarium exiſtimauerint, vt eodem loco per Iaſ. numero 19.

QVAESTIO XIII.

1 DOMINVS *an poſſit propria auctoritate emphyteutam factis reſiſtentem expellere, quando fuit pactum in inueſtitura, quòd ſi emphyteuta ceſſauerit ſoluere canonem, tunc liceat domino bona ingredi propria ſua auctoritate, & poſſeſſionem corporalem apprehendere.*

2 DOMINVS, *qui ex vi pacti, aut ex diſpoſitione iuris poteſt ingredi bonorum poſſeſſionem propria auctoritate, ſi ex vrbanitate adijt iudicem ſuper hoc, an poſſit poſtea ſua facultate vti: & quid, ſi ſuper ſua facultate ingredien di poſſeſſionem propria auctoritate fuerit proteſtatus.*

DE

DECIMO tertio quæro, ſi interuenit pactum
1 expreſſum inter dominum,& emphyteutam
in inueſtitura, vt quotidie fieri videmus,
quòd,ſi ẽphyteuta ceſſauerit per bienniũ, aut
triẽnium ſoluere canonem,liceat tunc domi-
no ingredi bona ꝓpria ſua auctoritate,& cor-
poralẽ poſſeſſionem apprehendere, an iſto ca
ſu ſaltem vigore pacti,etiam de facto reſiſten-
te ẽphyteuta, poſſit dominus propria aucto-
ritate ingredi poſſeſſionem, & emphyteutam expellere. Salic.in d.l.2.C,
de iure emphyt.num.12.quæſt.5.tenet iſto caſu licere domino etiam, em
phyteuta factis reſiſtente, ingredi poſſeſſionem propria auctoritate, &
corporalem poſſeſſionem ſibi quærere,per l.pignoris.C.de pignor.nam
licet urbanius faceret, ſi cum auctoritate iudicis eam adipiſceretur:hæc
tamen vrbanitas non vitiat,licet deficiat, vt inquit probatì in d.l.pigno-
ris.in alternatiua,quam ibi ponit,& inquit,quòd pro hac re facit, l.cum
creditor.ff.de furt.& l.Titia teſtamento.§.Lucius.cum ibi notatis in gloſ.
ff.de leg. 2.& d.l.2.de iure emphyt.in princ. ibi Et de reiectione eius &c.
debet enim pactum, & eius verba aliquid operari:nam emphyteuta iſto
caſu iniuſte domino reſiſtit,& conſequenter dominus iuſte agit,& violẽ-
tiam non dicitur inferre,ſed violentiæ reſiſtere,l.vt vim.ff.de iuſt.& iure.
vt cenſuit etiam Bald. in d.l.2.in 2.lectura nũ.12. & ibidem Iaſ.num.109.
verſ.prædicta omnia procedunt,& Imola in d.c. potuit.de locato. ſub n.
32.nã ſi id licet dño,quãdo hoc nõ fuit expreſsũ in inueſtitura,idẽ debet
ſibi licere,cũ ſuper hoc eſt cautũ,cũ ius exequẽdi ꝓpria auctoritate,ꝙ cõ
petit ex legis diſpoſitione, a pari ꝓcedat cũ eo,ꝙ cõpetit ex pacto,vt vult
Bart. in l. creditores .in 5.quæſt.C. de pignor.& Ruin.in cõſ.57.ſub n.2.
vol.4. cũ de facto cõtrahẽtiũ ad factũ legis argui poſsit, vt etiã inq̃t loco
citato, arg.l. ſi cõuenerit.ff. de pactis.& quod habet eodẽ tit.l. nõ impoſ-
ſibile.& l. fin.ad finem, C.de fideiuſſ.Contrariam ſententiam, vt tale pa-
ctum expreſſe factum inter dominum, & emphyteutam de ingrediẽdo
poſſeſsionem propria auctoritate nõ poſsit exerceri contra emphyteu-
tam factis reſiſtentem,& contradicentem, tenuit Bart.in l.alia.§.elegan-
ter.num.11.ff.ſol. matrim.& in l. creditores.num.18. quæſt.4.C. de pi-
gnor.per l.non eſt ſingulis.de reg.iur. & l.conuenire. & l. ſi vnus.§.pacta,
quæ turpem.ff.de pactis. cui aſſentitur Neguſant. in tract. de pignor.in
4.parte principali, num.14.verſ.Quinta concluſio eſt,& doct. commu-
niter,vt teſtatur Soc.Iun. in conſ.147.num.11. vol.1.Menoch. de adipi-
ſcenda poſſeſsione,remedio 5.num.77.& alij omnes,vbique ſequuntur,
vt teſtatur Tiraq. de iure conſtituti, in 1.parte, num.36.niſi vltra huiuſ-
modi

modi conuentionem,& pactum,emphyteuta,ſi canon non ſoluerit, cō-ſtituiſſet ſe nomine domini poſsidere:nã nō ſoluto canone,& ſic purifi-cata cōditione apud dominum reperiretur vtraque poſſeſsio,ſi fuit ſim-plex conſtitutum, Tiraq. de iute conſtit.part.2.limit.17.Ideo,ſi emphy-teuta factis reſiſtat, vim domino dicitur facere, qui ideo poteſt per vim incontinenti ingtedi bonorum poſſeſsionem, vt tradit Bart. in d.l.3.in 4.quæſt.num.19.C.de pignor.& ibidem Salic. quæſt.1. vt eum refert & ſequitur Neguſant.in d.tract.de pignor.in 4.parte,nu.14.verſ. iſtud ta-men limitatur, Caſtr.in conſ.43.videtur dicendum,in principio vol.1. Menoch.d.remed.5.de adipiſcend.poſſeſ.numero.81.vbi hanc commu-nem dicit, Alex conſ.82. ſub numero 8. verſ. Et per conſequens, vol.2.& alii,quos congerit Tiraq. de iure conſtit.loco ſupracitato in 1.parte nū. 36.& ſeq. Et hoc duobus modis declaratur, primo ſi incōtinenti domi-nus,dum emphyteuta factis reſiſtit,per vim poſſeſsionem bonorum in-grediatur: quia non poſſet ex interuallo, vt declarat Menoch. d. temed. 5.de adipiſcenda poſſeſſione,num.84.ex ſententia Bart.& aliorum in d. l.3.C. de pignor. & Imol. in d.c.potuit.ſub num.32.& tradit Tiraquel. d. num.36.de iure conſtit.in 1.patte.Secundo declaratur,vt procedat,ſi do minus violenter ingreditur cum moderamine inculpatæ tutelæ:ſecus ſi vellet ingredi coadunatis hominibus, cum effuſione ſanguinis, vel alio modo,vt ingreſſio huiuſmodi per vim haberet admixtum delictū; quia emphyteuta factis reſiſtēte, dominus nō poſſet per vim ingredi propria auctoritate,vt docuit Menoch.d.remed.5.de adipiſcend.poſſeſſ.num.85. ex ſententia Salic. ibidem.& tradit Neguſant.in d.4.parte,num.14.in fi ne,in tract.de pignor.ſed dubitatur,ſi dominus,qui ex vi pacti,aut diſpo

2 ſitione iuris poterat ingredi bonorum poſſeſsionem propria auctorita-te,adeat iudicem ex vrbanitate ſuper hoc,an poſtea poſsit ſua auctorita-te emphyteutam expellere,& ingredi bonorum poſſeſsionem,Bald.in l. 2.quæſt.10,num,29.C.de ſeruit.& aqua.& in l.idem.in 3.quæſt.num.13. C.locati.ſcriptum reliquit,dominum non poſſe amplius emphyteutam ꝓpria auctoritate expellere,& bonorū poſſeſsionē ingredi:nã,poſtq̄ adi tus eſt iudex,debet expectari eius auctoritas,ne iudiciū inchoatū ſit ludi brio,& ſit in poteſtate vni⁹ iudiciū euertere,arg.l.ſi quis rē,in rōne.ff.de arbitr.Itē qa ex quo elegit viā iudicii,vr̄ fact⁹ meticuloſus,& ad viā facti redire nō pōt,l.de pupillo.§.meminiſſe.ff.de no.op.nūc.arg.l. ſi mulier in fine.Quod metus cā(licet multi hanc rationē impugnent, ſed nō di-ctum)idemque tenet Neguſ.in d.tract.de pignorib.in 4.parte principa li,num.15. qui in eandem ſententiam citat etiam eundem Bald.in l.1.in 1.col.C. de execut.rei iudicatæ. & Angel.in repet.l.nemo carcerem. poſt medium,verſ.item an poſsit capi,C.de exact. tribut.lib.x. quam ſenten-

tiam

tiam tenet etiam Ruin. conſ.127.col.3. verſ. Et item reſpondendum eſt, vol.5.ſub num.11.Angel.Aret.in §.actionũ,col.7.ſub num.19. verſ. Non obſtat,Inſtit.de actionib.Grat.conſ.76.num.9.vol.2.Ripa in l.de pupillo.§.meminiſſe.num.7.ff.de no.oper.nunciat.Franciſ. Aret.in l.clàm poſſidere.§.qui ad nundinas.col.antepenult. verſ.Niſi ciuiliter,& ibi Claud. Aquenſ.verſ.Hanc tamen concluſionem,col.4.& alii,quos in hanc ſententiam congerit Tiraq. de iure conſtit. in 1.parte, num.38.& ſeq.& in terminis noſtris tradit Gozad. in repet.l.1. num.8.C. de edendo.& Iaſ.in d.l.2.num.114 verſ. Quid autem ſi pro tali.C. de iure emphyt. vbi hoc declarat,niſi eſſet facta proteſtatio,& reſeruatio facultatis de ingrediendo propria auctoritate: nam talis proteſtatio reſeruat facultatem, quam emphyteuta habebat,& operatur, vt poſſit iudicium deſerere, & ad viã facti redire,vt voluit etiam Alex.in conſ.130.num.12. verſ. Quia reſpondeo,& conſ.ſeq.vol.4.Ripa in d.§.meminiſſe.num.14.Tiraq.de iure conſtit.in 1.parte.num.41.Neguſant.in tract.de pignorib. in 4.parte principali, num.25.verſ.Intellige tamen prædicta, Alciatus in c,1.num,30,de offic.ordinar.vbi ait idem eſſe,ſi in genere dictũ ſit,Sine præiuditio ſuorum iurium,ſed, poſtquàm hanc viam elegit, ſi lis ſit conteſtata,vt non obſtante ſupradicta proteſtatione, dominus non poſſit propria auctoritate ingredi bona,ſed iudicis miniſterio,tenet Carol.in conſuetud.Pariſienſ.vt ipſe ſe ipſum refert ad conſ. Decii 146. ſub num.8. & Carol. Ruin, conſ.57.lib.4.nec nõ apoſt.ad Bald.in l.ædem.C.de locato.ĩ verbo Expectari,ſed priorem ſententiam etiam,ſi lis ſit conteſtata,amplectitur Cæſar Vrſillus ad deciſ.Afflict.326.maxime ſi in inſtrumento adſit clauſula, quòd vna via electa,altera non tollatur,quæ communiter in inſtrumentis apponi ſolet:vbi etiam habes,an is,qui habet poteſtatem capiendi bona debitoris, ſi vadit ad iudicem pro obtinenda licentia, debeat partem citari facere: de qua re vide etiam Bart.in d.l. creditores.C.de pignor.Iaſ. in d.l.2.C.de iure emphyt.ſub num.113. Neguſ. in d. tract. de pignorib. in 4.parte principali,num.23.& Ant.Gabriel.lib.2.de citat.concluſ.1.in 52.ampliat. num.223. vſque ad 226. & in ſupracitatis locis etiam habes, an iſtud pactum poſſit exerceri cõtra ſingularem ſucceſſorem; de qua re tractat etiam Menoch.d.remed.5.de adipiſcenda poſſeſſ.

QVAESTIO XIIII. ET VLTIMA.

DOMINVS, *cui de iure non licebat ingredi poſſeſſionem propria*
1 *auctoritate, & emphyteutam expellere, ſi de facto eum expulit, an poſſit petere illius confirmationem, allegando bona ad ipſum eſſe deuoluta ob non ſolutum canonem; an vero emphyteuta ſit in ſe omnia tanquam ſpoliatus reſtituendus.*

LO-

DECIMO quarto, & vltimo, quæro ſi do-
1 minus de facto in caſu, quo non poterat propria auctoritate emphyteutam expellere; poſſeſſioné bonorum ingreſſus fuerit, an poſſit petere illius confirmationem, allegando bona ad ipſum eſſe deuoluta ob non ſolutum canonem, iuxta doctr. Angel. & Alex. in l. ſi finita ff. de damno infecto; an vero emphyteuta ſit ante omnia tanquam ſpoliatus reſtituendus. Cęſar. Vrſillus ad deciſ. Afflicti 392. num. 21. & ſeq. ponit quæſtionem in terminis, & inquit, quòd, ſi dato termino apparet, veritatem eſſe, canonem non fuiſſe ſolutum, emphyteuta tanquam ſpoliatus non eſt reſtituendus, ſed poſſeſſio confirmanda, per ea, quæ voluit Dec. conſ. 449. n. 16. cum ſeq. pro qua re faciunt etiam tradita per Aim. in conſ. 46. de ſtylo n. 7. & per Grat. conſ. 123. in 1 vol. & in conſ. 76. vol. 2. ſed, ſi emphyteuta poſtulet prius poſſeſſioné ſibi reſtitui, & nõ ſinat dari terminũ ſuper nõ ſolutione, tũc ille ante omnia eſt reſtituẽdus, ſm̃ Bald. quem ipſe citat in l. 1. in primis verbis. C. de Carbon. edicto. & in conſ. 102. vol. 5. & tandé teſtatur, in ſacro conſilio varie fuiſſe obſeruatũ, vt poteſt lector apud eundem Vrſillum, videre, de qua re in caſu lineę finitæ, vide etiam Gozad. in conſ. 39. num. 20. vbi tenet, emphyteutam expulſum a domino, tanquá ſpoliatum, non reſtitui. Et ex ſupradictis omnibus finem huic libro imponam, ſi prius illud addidero, quod Martin. Nauar. in ſuo tract. de ſpolis §. 18. num. 7. verſ. Noto octauo, addendum eſſe notat. c. potuit. extr. locati, & l. 2. C. de iure emphyt. nempe quòd res feudales, vel emphyteuticæ ipſo iure cadunt in commiſſũ, alijs legitimis ad eas forte vocatis nõ exiſtentibus, ſi illas habens, de illis virtute facultatum apoſtolicarum in filios illigitimos, proprios, vel extraneos, vel cognatos eorum diſpoſuerit. propter bullam Pij. V. eodem tractatu inſertam.

ET hic ſit finis ad laudem ſummæ Trinitatis, & Deiparæ Virginis ac diui Gaudentii, ſubmittendo me ſemper in huiuſmodi ſcriptis, ſicuti etiam in alijs, determinationi Sanctæ Romanę Eccleſiæ Catholicę &c.

FINIS.

Fol. 8. verſ. 12. licet cadat in maiorem. lege licet cadat in minorem.
Fol. 18. verſ. 23. oſtendimus ex communi. l. oſtendimus, & ex communi,
Fol. 12. verſ. 7. ne inculti. l. ne inculta.
Fol. 19. verſ. 1. renouatur iuxta. l. renouatio iuxta
Fol. 21. verſ. 30. & l. nec & regula ff. de calumniat. l. & regula ff. eod.
Fol. 25. verſ. 8. inueſtitura. l. inueſtitura
Fol. 28. verſ. 26. vt non habet locum, l. vt non habeat locum
Fol. 41. verſ. 36. non condiret. l. non conderet
Fol. 57, verſ. 10. emphyteucis. l. emphyteuſis
Fol. 57. verſ. 18. ideo fiſcus. dele ideo, & lege fiſcus.
Fol. 66, verſ. 25, vel exeptio. l. exceptio
Fol. 70. verſ. 15. admonedi. l. admonendi
Fol. 73. verſ. 19. qua vult acquireret, l. qua vult acquirere
Fol. 85. verſ. 2. quàm in emphyteuſim. l. quàm in emphyteuſi
Fol. 86. verſ. 21. aliàs itelligitur. l. aliàs intelligitur
Fol. 88. verſ. 22. coniect. vltimorum. l. coniect. vltimarum.
Fol. 91. verſ. 13. ad tepus. l. ad tempus.
Fol. 131. in princi pio deſunt hęc verba. vt plurimum inueſti-
Fol. 155. verſ. 17. pinatus. l. priuatus
Fol. 159. verſ. 10. eccl. l. eccl,
Fol. 165. verſ. 14. reguletura prima. l. reguletur à prima
Fol. 169. verſ. 36, prędicta. l. prædicta
Fol. 173. verſ. 8. deſinit poſſe. l. doſinit poſſe
Fol. 183. verſ, penult. in inueſtituta. l. in inueſtitura
Fol. 201. verſ. 12. coſulere. l. conſulere
Fol. 217. verſ. 19. veriorem exiſtimauerunt. l. veriorem exiſtimauit
Fol. 225. verſ. 28. & qui quia. l. & quia qui
Fol. 232. verſ, 13. alibi poſſim. l. alibi paſſim
Fol. 243. verſ. 5. dicatur legitime, l. dicatur illegitime
Fol. 249. verſ. 26. qua requiris executionem. l. qua reſpicit executionem
Fol. 255. verſ. 13. non inducit priuationem. l. non inducat priuationem
Fol. 257. verſ. 25. Ruin. conſ. 48. num. 1, Cald. l. Ruin. conſ. 48. num. 1. vol. 1,
Fol. 262. verſ. 8. num. 8. & 2. limitatione. l. num. 8. in 2. limitatione
Fol. 265. verſ. 13. cum igitur de praiuditio, l. cum agatur de praiuditio
Fol. 277. verſ. 16. & poſſito. l. & poſito
Fol. 280. verſ. 4. qui eum obligauit, l. qui eam obligauit.
Fol. 288. verſ. 35. à procuratore conſtitutum, l. à procuratore conſtituto
Fol. 288. verſ. 36. iure. u e a, l. iure, vel ſtatuto
Fol. 288. verſ. 37. ſi procurato vendat, l. ſi procurator vendat
Fol. 294. limit. 29. verſ. 14. & ſequuntur a i, l. & ſequuntur alij,
Fol. 309. verſ. 12. ipſi reſpondens, l. ipſi reſpondent
Fol. 310. verſ. 12. ob ecclesia, l. ab ecclesia, & verſ. 13. eum vendere, l. eam vendere,
Fol. 318. verſ: 7. pretio confingunt. l. pretia confingunt.
Fol. 320. verſ. 14. probationis idona, l. probationis idonea
Fol. 323. verſ. 19. & hac de cauiſa, l. & hac de cauſa
Fol. 326, verſ. 34. cenſeo opinione Alex. l. cenſeo opinionem Alex.
Fol. 399, verſ. 1. in emphyteuſi conceſſa pupillo, & infanti ma- hęc verba ſunt ſuperflua
Fol. 409. in principio deeſt verſ. iſte. 2. emphyteuſis poteſt pro dote obligari, finita tamen emphyteuſi finitur obligatio.
Fol. 411. verſ. 24. in fin. §. empltor. l. in l. final. §. emptor
Fol. 418. ver, 12. nuon transfertur, l. non transfertur
Fol 421. verſ. 28. in relect. quamuis, l. in relect. c. quamuis
Fol. 421. ver. 37. emphyteuta cui, l. emphyteuta qui
Fol. 423. verſ. 37. vel ne gl ogetiam, l. vel negligentiam
Fol. 432. verſ. 1. abſq. pacto l. abſq. facto

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL.

Omnes ſunt Quaterniones. præter A. Duernio & Q. Sexternio.

VRBINI MDLXXXVI.

De licentia Superiorum.

INDEX
RERVM NOTABILIVM
QVAE IN HOC OPERE
CONTINENTVR.

ABLATIVVS abſolutus conditionem facit. nu. 4. 207.

Ablatiui conditionem faciunt, quando non poſſunt inducere fideicommiſſum, vel ex natura perſonę, cui adiiciũtur, vel ex natura rei, ſed quando referuntur ad perſonam, & ad rem, in qua poteſt cadere fideicommiſſum conditionem non faciunt, & fideicommiſſum inducunt. num. 7. 208.

Abſens cauſa reipublicæ non tenetur mittere procuratorem, & excuſatur a non petita inueſtitura intra annum & diem. num. 21. 24.

Abſens ex cauſa voluntaria, licet non excuſetur a non petita inueſtitura intra annum & diẽ, excuſatur tamen quando annus incæpit iam ipſo abſente. num. 22. 24.

Abſens præſumitur ignorare ea, de quibus eſt publica fama in ciuitate. num. 13. 472.

Acceptans contractum debet in totum ratificare. num. 15. 350.

Accommodans tacitam fidem in vno nummo, cenſetur indignus tota hæreditate. num. 6. 334.

Acquirens emphyteuſim tit. emptionis, vel donationis, vel alio titulo, ſi intra duos mẽſes a die contractus inueſtituram de emphyteuſi acquiſita a domino non recipiat iure ſuo priuatur. num. 1. 16.

Actio inanis eſt, quam excludit inopia debitoris. num. 23. 351.

Actio perſonalis cum male fide nunquã præſcribitur de iure canonico. num. 2. 490.

Actoris electio eſt in alternatiuis remedijs, nõ promiſſoris. num. 3. 353.

Actum aliquid non dicitur, donec ſupereſt aliquid ad agendum. num. 8. 334.

Actus agentium non operatur vltra eorum intentionem. num. 54. 54.

Actum celebrare, & ei conſentire à pari procedunt. num. 18. 85.

Actum faciens videtur ſe adſtringere legibus loquentibus de illo actu. num. 8. 362.

Actus interpretatur factus ſecundum conſuetudinem facientis. num. 6. 311.

Actus nullus ex conſenſu alterius partis tantum conualidari non poteſt. num. 5. 68.

Actus, qui certo loco, vel tempore, poteſt eſſe licitus, & factus impune, præſumitur geſtus eo tempore, quo poterat fieri licite, & impune. num. 6 quæſt. 5. 315.

Actus ſubſequentes, declarant antecedentes. num. 18. 110.

Adiectum ad fauorem alicuius nõ debet in eius odium retorqueri. num. 2. 352.

AEtas infantis, quiquid videt ignorat. num. 4. 399.

AEſtimatio, & vtilitas rei in parte reſpectu partis, non eſt tanta, quanta in toto reſpectu totius. num. 5. 167.

AEquum eſt, vt releuetur, qui frui, ex certis cauſis non potuit num 5. 462.

Agnatus, qui cæteris præfertur in venditione feudi debet dare precium quod ab aliis reperitur. num. 3. quæſt. 2. 313.

Alienare emphyteuſim irrequiſito domino, & canonem non ſoluere a pari procedunt. n. 2. 159.

Alienans emphyteuſim domino irrequiſito a iure ſuo cadit. num. 1. 159.

Alienans emphyteuſim irrequiſito domino cadit a iure ſuo, etiam ſi nullum pactum fuerit

inter ipſum emphyteutam, & dominum circa alienationem rei emphyteuticæ, & melioramentorum.num.1. 159.

Alienatio emphyteuſis poteſt fieri in potentiorem.quando ille, in quem fit alienatio, eſt cõſors eiuſdem emphyteuſis.num.7. pag. 182.

Alienatio irrequiſito domino, & non ſolutio canonis, quo ad priuationem a pari procedunt. num.21. 337.

Alienatio permiſſa ad præiuditium comprehenſorum in inueſtitura non reſtringitur ad vitam alienantis, ſed perpetuo valet in præiudiciũ comprehenſorum.num.37. 51.

Alienatio in coemphyteutam facta, cenſetur repudiatio.num.2. 254.

Aliud eſt dicere lego marmor, aliud omne marmor.num.51. 124.

Aliud eſt totum, aliud pars illius. num.1. pag. 166.

Aliud eſt vendere, aliud eſt permutare.num.2. pag. 183.

Aliud eſt venditio, aliud promiſsio de vendendo.num.1. 260.

Angel.in conſ.184. damnatur.num.15. pag. 93.

Alternatiua ponitur inter æqualia, & vna pars intelligitur ſecundum aliam.num.46. pag. 122.

Alternatiua etiam prolata negatiue ex propria ſignificatione verificatur in vno. num.5. pag. 373.

Annus datus vaſallo ad petendum inueſtituram non currit ignoranti.num.2. 469.

Annus, & dies datus a lege ad petendam inueſtituram non incipit currere, niſi a die ſcientiæ num.8. 20.

Annus, & dies datus proximiori, aut emphyteutæ ad petendum inueſtituram non currit infanti, & pupillo.num.27. 25.

Annus, & dies datus ad petendam inueſtituram currit minori 25.annis, ſed ei competit in integrum reſtitutio aduerſus lapſum temporis.num.30. 26.

